

EVANGE
LISTARIVM. MARCI MA

ruli Spalatensis viri disertissimi: opus
vere euangelicum cultissimoque ador
natum sermone: sub fidei: spei & chari
tatis titulus: in septem partitum
libros

*



APVD INCLITAM
Coloniam. 1529

FRANCISCVS IVLIANIVS VENETVS LECTORI FELICITATEM



Aud sane me latet multos, ut humano generi opitularẽtur, & nomen sibi ex hoc pararẽt, multa ingenij sui monimenta reliquisse. Cum enĩ alia uetustate deficiant, sola literarum monimẽta, & æterna sunt, & mortaliũ res æternitati commendant. Nihil sane æque humanum est quàm alteri prodesse. Quo modo enim melius ciuium coetus publice, priuatimque nisi ab homine adiuuentur? Huiuscemodi igitur uiris de humano genere bene meritis templa dicata, aræ erectæ, statuæ consecratæ fuere. Quid igitur Marci Maruli singularis uiri laudibus par referemus? Cuius uigiliæ cæterorum labores adeo superant, ut quanto illi cæteris præstiterunt, tanto hic ipsis præstantior iudicetur, qui tanquam lucidum sydus hac nostra ætate enituit, qui non solum sibi natus, immo ad communem omnium utilitatem nullis sudoribus parcit, ut hominibus auxilio sit: uiuit, ut nos uiuere faciat, laborat, ut quietẽ inueniamus, ut inquam bene, beateque uiuendo (prout ipse præ cæteris docet) coelorum sedes sortiti, beati æuo sempiterno fruamur, nosque etiam in diuorum numerum relatos mortales ipsi ceu numina colant. Quid hoc maius excogitari potest? Spreuit diuitias, spreuit honores, ab ijs in quibus summum bonum mortales collocant, se penitus abdicauit. Quid cętera cõmemorem, cum paruula admodum sępius inclusus cella, inter syluestres arbores, feris tm̃ comitatus uitam degat, ut his curis alienus, nobis prosit? Scriptis

semper uacat, quæ salutem uniuerso terrarum orbi afferant, his se penitus addixit. Quid hoc uiro, immo diuino spiritu sanctius, quid beatius, qui in carne præter carnem uiuẽs cœlestem uitam in terris agit? Quis itaque tam assiduam eius in scribendo curam non admiretur, præsertim cum plurima ab eo uolumina iam perfecta sint? Adde scribendi facilitatem, sermonis elegantiam, quodque uerborum põdere, sententiarumque grauitate nulli cedit. Interdum tamen sedati amnis more labitur, modo paulum assurgens, sine ullis salebris quasi torrens pro rei qualitate decurrit incitatior. Acerrime uitia insectatur. Taceo multiplicem literarum cognitionem, ut utrum elegantiore stilo, an doctrina magis ualeat non facile possis diiudicare. Donauit itaque nos diuino hoc opusculo, ut alias alia, cui Euangelistarium nomen indidit ex intimis sacræ theologiæ fontibus, abditaque utriusque instrumenti lectione haustum. Totam tripartitam moralem philosophiam complectitur. Cuius diuina consilia si exequenda curabimus, in diuorum quidem cœtu gaudebimus. Quo igitur maiori munere donari potuimus? Quare quantum ipsi debeamus, quis uerbis queat consequi? Commendauit hoc salutiferum opus Francisco Lucensi sacerdoti integerrimo (Cui enim aptius diuina commendari possunt, quam illi qui quotidie diuina attrectat?) Qui ut bonos, & doctos uiros colit, & ab iisdem colitur (Simile enim simili ueteri prouerbio facillime hæret) ita illorum opera ut quam emendatissima excudantur, uehementer laborat. Leges itaque opus a uiro & doctissimo, & optimo elucubratum: a sacerdote uero rarissimo diligentissime excusum. Tu igitur nocturna uersato manu, uersato diurna, cum tantum utilitatis ex huius lectione capturus sis. Bene uale, & deum opt. Max. deprecare, ut Marulo nostro Nestoreos annos largiatur, ipsumque feliciorem reddat. Expectato interim opus eiusdem Maruli de imitatione Christi compluraque opuscula Christianæ pietatis cultori fructuosissima. Iterum uale:

FRANCISCVS IVLIANIVS VENETVS MARCO MARVLO, VIro & doctissimo & optimo.

QVæ ueterum pietas, fidei quæ gloria nostræ,
Iam pridem scriptis innotuere tuis.
Scilicet hoc uario deducta exempla labore,
Et docuit miræ sedulitatis opus,
Nunc cœli dum pandis iter, dum numina nobis,
Vt mihi sis magni numinis instar, agis.
Quare age quo tantum cœptum est pede, fortiter aude,
Et tua quo uirtus te uocat, ista pete.
Sic decus, & nomen, laudemq; parauerís, ut tu
Extinctus superis adnumerere tuis.

FRANCISCVS IVLIANIVS VENETVS FRANCISCO LVCENSI sacerdoti integerrimo.

QVanta tui est Maruli scribendo gloria, tanta est
Laus tua, qui Marulum uiuere posse doces.
Adde, quod ingenio quantũ contẽdere neruis
Fas fuit, ut late splendeat, unus agis.
Profuerat tibi Marce parum, noctesq; diesq;
Peruigilem studijs inuigilasse tuis.
Frustra omnis labor, & frustra hæc industria, ni te
Et populo, & longo uindicet iste situ.
Hic uitam dedit æternam, astruxitq; nitorem,
Hic tibi quæ deerant, cætera pene dedit:

M. MARVLI PRAEFATIO IN SVVM EVANgelistarium.



Vemadmodum inter marmora Ophites, inter gēmas Adamas, inter metalla aurꝝ, æstimatiōe pretioq; præstare putant: & sicut sol oīm sydeꝝ fulgētissimus pulcherrimusq; habet, ita supra oēs sciētias eminet illa quā ethicen uocant, q̄a de moꝝ uitæq; cultu ptractat. Cū eīm nihil in hoīe, laudabilius uirtute sit, nihil uitio detestabilius, quid ea doctrina magis egregiū magisq; amplectēdū uideri deb3, q̄ hoiem ipsum instruit ac erudit, qua ratiōe & a malitia declinet et studeat probitati? Sed licet ī isto tā p̄claro docēdi gn̄e: multa q̄dē sapiēter & acute a philosophis inuēta tractataq; ferant: q̄s tn̄ tanta desipit temeritate, ut illa cū his, q̄ nobis diuinitus tradita sunt, ulla ex parte audeat cōferre? Errare uti q; ipsi philosophi potuere, sicuti & errarūt ī plurimis, q̄m hoīes erāt: deus aūt q̄a solus cōsummatissimę sapiētiæ est, falli aut errare nullo mō pōt. Eius ergo, q̄ nihil est uerius, nihil sapiētius, leges p̄ceptaq; uiuendi & nobis suscipiēda proponimus, & alios ut suscipiāt hortamur. Quibus profecto si obtēperare curabimus, nō erit ipsa sibi p̄ciū uirtus, ut Stoici dixerūt, sed uirtuti merces accedet, pro mortalitate īmortalitas, pro corruptione incorruptio, pro miseria beatitudo. Deniq; deo ipso frui licebit, cū dei iussa p̄egerim9 eiusq; p̄petuo gaudebimus conspectu, q̄ sua luce oīa illustrat, sua sapiētia oīa gubernat, sua potētia oīa sustētat. Nihil nobis ad p̄fectā cōsummatamq; felicitatē deesse poterit, cū ab ipsius maiestate atq; gloria, quā eloq uel excogitare nemo pōt, recepti atq; assumpti fuerimus. Vt igit̄ ad tā immēsum et incōprehēsibile bonū p̄uenire tandē ualeamus, ueteris nouiq; instrumēti q̄ꝝ deus est autor, acta institutionesq; p̄scrutabimur. Tria p̄cipua sunt, q̄ in his obseruanda nobis mandāt: fides, spes, charitas. Fides, ut credamus uerissima esse quę Moyses & prophetæ, q̄ Christus & apostoli diuino afflati spiritu locuti sunt. Spes, ut exe-

quendo ea quæ iubentur, illa quæ promissa sunt, accepturos nos minime diffidamus. Charitas, ut nihil agamus, neq; dicamus, nisi quod deo gratum & hominibus credimus profuturum. Et quoniam quicquid uel agẽdum, uel fugiendum præcipitur, ad hæc tria satis commode referri queat, ex ijs quę scripturi sumus, alia sub fidei, alia sub spei alia uero sub charitatis titulo expediemus: nihil omnino asserentes a scripturarum sensu autoritateq; alienum. Non erit itaq; meum quod docebo, sed diuinum: & de ipo sanctorum uoluminum thesauro fideliter syncereq; depromptum, ut quicquid dixero tam uerum sit, q̃ ipsa ueritas. Etenim statui atq; decreui, nusq̃ a lege, nusq̃ ab euãgelio discedere, sed per utriusq; scripturę spatia discurrendo, quę magis necessaria nobis uidebuntur, passim colligere, & in septem digesta libros, q̃ diligentissime potero explanare, discereq; uolentibus offerre. Nihil in his inseretur externũ, ne alienis indigere uideamur, nostra tm̃, quę nobis in om̃i differenda de moribus materia satis abundeq; suppetunt in medium proferent: nullo exotici coloris fuco linita, sed sola sui puritate contẽta. Porro opus ipsum Euangelistarũ nomine consecrabitur: quamuis non solum euangelij, sed etiam legis dicta exemplaq; continebit. Nam quoties per synecdochen a parte totum designare uolumus, ab ea parte quæ insignior uidetur, uocabulum imponi debet: unde & puppim pro naui, & animam pro homine quandoq; legimus apud autores. Præstat autem legi euangelium: qa in lege futurorum signa erant, quæ in euangelio impleta uidemus: illic typus & umbræ, hic ueritas & umbrarũ caliginem dissipans desyderata lux. Illic præterea per seruos suos nobis locutus est deus, hic per filium: & tũc quidem in Adam mortui eramus, nunc uiuimus in Christo. Explicata tandem rerum, quas aggredimur, propositione, inscriptionisq; ratione ostensa, reliquũ est, ut spiritu sancto aspirante uela pandamus, & ab ipsa, quam deo debemus fide illo bene iuuante institutum opus auspicemur. Vt tamen cuiq; mox constet, quæ materia in singulis pertractetur libris, libuit prius indicem librorum & eorundem capitum cum titulis seriatim subnotare.

Præfationis Finis.

INDEX TITULORUM CUIUSQUE CAPITIS septem Euangelistarij librorum.

Cap. Tituli capitum libri primi. Foli.

Cap.	Tituli capitum libri primi.	Foli.
1	DE fide deo præstanda	1
2	De fidei constantia & uirtute	4
3	De fide sine operibus	7
4	De perfidia	9
5	In illos qui de miraculis quæ scripta sunt dubitant.	13
6	De ecclesia fide fundata.	14
7	In eos qui in ecclesia nequiter se habent.	16
8	De lege lege & euangelio.	17
9	In contemptores legis uel euangelij.	20
10	De conuersis ad deum	23
11	De auersis a deo.	26
12	De animi constantia.	27
13	De animi inconstatia.	29
14	De animi fortitudine	30
15	De animi imbecillitate.	33
16	De contemptu gloriæ	37
17	De gloriæ appetione.	41
28	De mortis conditione.	43
19	De uitæ cupiditate	47
20	De perfectione uitæ	49
21	De uita solitaria	53
22	De bono sacerdote	55
23	De malo sacerdote	59
24	De studio lectionis	62
25	De auditionis cura	67
26	De contemplatione	69
27	De loco & tempore contẽplationis	73
28	De prauis cogitationibus cauendis	75

Ca.p ¶ Tituli capitum Libri Secundi. Foli.

1 De spe ueniæ 78
2 De desperatione 80
3 De decem præceptis 81
4 de mandatorum consyderatione 85
5 de præuaricatorum pœna 88
6 de uigilia 93
7 de malo somnolentiæ 97
8 de somnijs 98
9 de oratione fructuosa 101
10 de oratione infructuosa 107
11 de peccatorum pœnitentia 111
12 Qualem oporteat esse pœnitentiam 115
13 de obstinatione non admittentiū pœnitentiam 119
14 Ad desperantem exhortatio 124
15 de peccatorum confessione 127
16 de ijs qui confiteri negligunt 131
17 de sacramento corporis Christi 132
18 In eos qui sacramentum male sumunt 138
19 In eos qui sacramentum sumere recusant 140
20 de ieiunio & refectione 146
21 Quale debet esse ieiuniū, & q̃ta sit eius uirtus 150
22 de uitio uictum delicatiorē exigentium 153
23 de uitio male ieiunantium 154
24 de uitio ieiunare nolentiū, uentriq; indulgentiū 155
25 de remedio crapulæ 158
26 de perseuerantia uirtutum 160
27 de leuitate ad uitia relabentium 164

Cap. ¶ Tituli capitum Tertij libri. Foli.

1 De prudentia & simplicitate 167
2 De prudentia uitiosa & simplicitate stupida 170
3 Quid sit sapientia & ubi quærenda 171
4 de scientia diuinitus tradita & sapientis officio 174
5 Quod sapientia donum dei sit, & uera sapientia Christum imitari 176
6 Quod sola dei sapientia efficit beatos 179
7 Quæ sapientia est uitanda 182

8 Quod sapiens docere alios debet 185
9 de dæmonum natura 186
10 Quare creatus diabolus 189
11 de nominibus dæmonum proprijs 191
12 de nominibus dæmonnm brutalibus 161
13 de nominibus dæmonum publicæ dignitatis 193
14 de nominibus dæmonum priuatæ conditiõis 195
15 de denoĩatione dæmonũ a rebus inanimatis 196
16 Quod tentationes pati necesse sit, maxime circa principia conuersionis 198
17 de duobus tentationum generibus 200
18 Quod diabolo imminutæ sunt uires 202
19 Quomodo uincitur tentatio diaboli 204
20 de tentationibus carnis 205
21 de remedijs contra carnis tentamenta 207
22 de reparatione lapsi 210
23 Oratio contra tentationes carnis, & post uictoriam actio gratiarum 211
24 Quod oportet nos conformari Christo 213
25 de consortio fugiendo 220
26 de consortio habendo 223
27 de paupertate colenda 225
28 de diuitiarum confidentia 226
29 de diuitiarum malo & paupertatis bono 229
30 Ne quis timeat necessaria sibi defutura 231

Cap. ¶ Tituli capitum Quarti libri. Foli.

1 De charitate erga deum 234
2 De charitate erga proximum 237
3 De charitate erga inimicos 240
4 de malo odij 242
5 de pace publica & priuata 244
6 de pace seruorum dei 246
7 de pace animæ & corporis 250
8 de pace simulata 253
9 de bonitate 257
10 Quod bonitas & perfectio donum dei sit 261
11 de moderatione uirtutum 263

12 de fructibus bonitatis 266
13 de præmio iustorum 270
14 de peccatis principalibus per septem lepræ genera significatis 273
15 de peccatorum differentia 277
16 Quæ mala peccato accedant 279
17 Quæ peccata sunt præcipue damnabilia 283
18 Vnde tanta peccantium multitudo 285
19 de quinque sensibus 287
20 de uisu 289
21 de auditu 291
22 de odoratu 292
23 de gustu 294
24 de tactu 295
25 de remedio contra sensuum uoluptatem 297

Cap. ¶ Tituli capitum libri Quinti Foli.

1 De temperantia 299
2 De uirginitate 301
3 De castitate uiduali 303
4 de consortio diuersi sexus uitando 306
5 de remedijs aduersus tentamenta libidinis 308
6 de matrimonio 311
7 de uiri uxorisque officio 313
8 de coniuge diligenda temporeque continendi 315
9 de coniuge eligenda 316
10 de filiorum educatione familiaque regenda 317
11 de fornicatione uitanda 318
12 de triplici eleemosynarum genere 321
13 Quibus danda est eleemosyna 323
14 Quantum pauperi sit largiendum 327
15 Pro quibus facienda est eleemosyna 329
16 de eleemosynæ utilitate 330
17 de uitio auaritiæ 334
18 de uana diuitum spe 339
19 Quod auaritia multorum causa sit malorum 342
20 Ad diuites exhortatio 348
21 de beneficijs conferendis, ut deo similes simus 349

22 de beneficijs dispensandis 350
23 Qualiter nos gerere debemus i dãdis beneficijs 353
24 de beneficijs accipiendis 354
25 de beneficijs reddendis 356
26 Vtrũ debemus pro bñficio cui successit iniuria 357

Cap. Tituli capitum libri Sexti. Foli.

1 Vtrum deo reddi possit beneficium 359
2 De gratis erga deum in testamento ueteri 361
3 De gratis erga deum in testamento nouo 363
4 de ingratis ante diluuium 365
5 de beneficijs Iudæis collatis post diluuium 367
6 de ingratitudine Iudæorum in deum, & quæ pro idolatria passi sunt 368
7 Mala decem tribuum 371
8 Mala duarum tribuum 372
9 Mala Iudæorũ post Christi passionem propter incredulitatem 374
10 de ingratitudine hæreticorũ & Iudę proditoris 376
11 de officio catholici prædicatoris 378
12 Quid potissime prædicandum sit 382
13 Qui prætermittendi, & qui docendi, & qualiter corripiendi 384
14 Vt prædicator ab adulatione procul sit, & prædicandi tempora obseruet 386
15 de prædicantium meritis 387
16 de prædicantium beatitudine 391
17 Quantum prodest habere prædicatorem 392
18 Quantum nocet prædicatorem non habere 394
19 de corporis manuumq; labore 396
20 de otio inutili & infructuoso 400
21 de humilitatis uirtute 403
22 de exaltatione humilium in lege 405
23 de exaltatione humilium in euangelio 407
24 de humilitate Christi 409
25 de humilitate uitiosa 411

Cap. Tituli capitum libri Septimi. Foli.

1 De superbiæ uitio. 414

2 Quanta mala pariat superbia 415
3 In eos, qui sanctitatis ostentatione alios carpũt 417
4 Quod superbi succumbant passionibus, & quæ sint illa per quæ notantur superbi 419
5 Quod alij dignitate, alij humilitate laudari appetunt, alij deo quoq; se audent comparari 422
6 Quod sancti q̃nq; lapsi sint per superbiam 423
7 de superbia diaboli & superbo⁊ damnatione 425
8 de superborum pœna 427
9 de obedientia deo præstanda 431
10 Quorum imperio parendum sit 433
11 de obedientium præmio 435
12 de inobedientium pœna 438
13 de patientia calumniæ 442
14 de patientia persecutionis 444
15 de patientia ingratitudinis, percussionis & bonorum ablationis 446
16 de patientia morbi & aduersitatum 448
17 Quantum prosint res aduersæ 451
18 de patientia Iob, & quare bonis accidant mala 452
19 de patientia martyrij 453
20 de exhortationibus ad patientiã martyrij 456
21 Verba sanctorum martyrum ad tyrannum in ipsos sęuientem 458
22 Quod non debemus ultro se offerre supplicijs 460
23 Quod multum prodest in calamitatibus recolere passione Christi 461
24 de impatientiæ uitio erga deum 463
25 de impatientiæ uitio erga proximum 466
26 de ira non uitiosa, sed utili, & de ira dei 470
27 de remedijs iracundiæ 472
28 de benedicendi studio 474
29 de maledicendi nequitia 476
30 de calumnia & detractione 478
31 de delatorum malignitate 480
32 de maledicentiæ uitandæ cura 481
33 In fine operis peroratio 483

EVANGELISTARII MARCI MARVLI VIRI IN

euangelicis literis exercitatissimi Liber Primus, ꝙ uerissima sint, certaqꝫ fide amplectenda, quæ Moyses & Prophetæ, quæqꝫ Christus & Apostoli diuino afflati spiritu tradiderunt, edocens: aliaqꝫ plura Christi pręclara complectens dogmata: quæ uidelicet accommodatius sub fidei titulo digeri uisa sunt.

DE FIDE DEO PRAESTANDA. Ca. I.



RIMVS IGITVR sperandæ beatitatis gradus fides est. Credamns Deo: credamus Dei filio: et quicquid spiritu sancto instructi diuini homines de ijs, quæ non uidimus, nobis testati sunt, indubitatę credulitatis assensu suscipiamus. Vt iacto rectæ fidei fundamento, cæteras quibus beata uita cōparatur, uirtutes super ædificare possimus, & de nobis dici queat: Beati qui nō uiderūt, & crediderunt. Iohan. 20 Vnde etiam sacramētum corporis & sanguinis sui dominus sub panis uiniqꝫ specie instituit: ut nō quod cernimus, neqꝫ quod tangimus, sed quod credimus in terra adorātes, hoc ipsum uidere in cęlo mereamur exultantes. Et quoniā unus fidei nostræ finis est, diuino frui conspectu, consulens nobis ipse saluator noster, ait: Pœnitemini & credite euangelio. Mar. 1 Tunc enim plurimū prodest euāgelij fides, cum nos delictorꝫ, quibus Deū hominesqꝫ offendimus, pœnitet. Idē alibi præcipit, dicēs: Habete fidem dei. Mar. 10 qui fidem dei habent, hi non humanæ solertiæ callide inuētis arguteqꝫ cōclusis credūt, sed soli ueritati diuinitus reuelatæ firmiter adhærent, humanā doctrinā diuinæ semper posthabentes. Idcirco quidem & ad Sama-

ritanam mulierem, id est, ad animã per fidem saluandam ipse ueritatis magister Christus dixit: Crede mihi mulier, quasi diceret, mihi crede qui dei sapientia sum, nõ philosophis qui humana sapiunt, nõ poetis priscæ fatuitatis scriptoribus, qui in Deorꝫ uix enumeranda multitudine delyrant, neqꝫ Iudæis, qui trinitatẽ denegant, non intelligẽtes in una simplicicꝫ substantia personarum pluralitatẽ, quã
Psal. 109 & ipse sanctus propheta Dauid uidit, dicẽs: Dixit domi-
Psal. 42 nus domino meo, sede a dextris meis. Et alibi: Verbo dei cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Quod si recte acciperent, etiam in ueteribus scripturis mysteriũ sanctæ trinitatis cõtineri faterentur, et nobiscũ simul sentirent. Crede mihi inquit. Distantiã quidã faciunt, inter credere deo, & credere in deum, ut credere in deum sit per fidẽ operari, & eius cui credimus, præcepta exequi. Hinc
Iohan. 6 idem ait: Hoc est opus dei, ut credatis in eum quẽ misit ille Prius tamen credimus, deinde operi accingimur, alterꝫ sine altero nihil proficit ad salutẽ. Cæterum fieri solet, ut ad sectæ huius professionem accedentes nonnihil suspensum animum primitus gerant, deinde (si tamen dignoscendæ ueritatis proposito hoc agunt) magis illuminati, nihil ueri us esse existimant, q̃ quod sacrarꝫ literarum monumentis contineri cognoscũt. Qui ita in fide stabiliri cupiũt (omes
Mar. 9 aũt cupere debent,) Deo supplicent, & hominẽ illum imitentur, qui in euangelio ait: Credo domine, adiuua credulitatem meam. Simul eñ & credebat, & quasi incredulus nutabat. Et quoniam experimẽto iam didicerat, suã incredulitatem omnino infirmam esse & imbecillẽ, nisi auxilio iuuetur diuino, a domino opem petijt, ut perfectius crederet. Porro qui iam de religione nihil dubitant, cõtinuo de Iudæa ad montes transmigrare cupiunt, ad altiora uirtutũ
Iohan. 12 culmina conscendere nituntur, & credendo in filium peruenire festinant ad patrẽ, ipso filio dicente: Qui credit in me non credit in me, sed in eum qui misit me. Fide enim penetramus usqꝫ ap inuisibilia dei. Ne aũt ipsum qui est mis
Iohan. 14 sus, minus aliquid habere putares, q̃ eum qui mittit, rursum ait: Creditis in deum, & in me credite. Aequalẽ se illi

testatur, dum eandem ipse de se fidem exigit, quę habetur de deo patre. Cui sententiæ & illud dictum congruit: Ego & pater unum sumus, non propter assumptam humanitatem, in qua minor sum patre sed propter substantiæ unitatem, in qua illi æqualis sum. Cum ergo patris & filij & spiritussancti unam eandēq; deitatem confessi fuerimus, consequens est, ut de ipsius filij doctrina nihil hæsitemus. Postquam autem omnes prorsus ambiguitatis tenebræ cordis latebras excesserint, tunc reliquum erit, ut nobis ad bene beateq; uiuendum et cupiditas accendatur, et detur facultas. Quod quidem futuꝝ pollicet dominus, dicens: Qui habet, dabitur ei, & abundabit, hoc est, qui habet fidem, merebitur gratiā, & fructibus exuberabit uirtutū. Sic & luxurioso prodigoq; filio, post offensam ad patrem reuertenti petentiq; ueniam nō solum ignoscitur, sed etiam datur stola, ut ueteri homine deposito, nouū induat annulus in manu, ut iustitiæ operibus incumbat, calciamēta in pedibus, ut ipse firmiter incedens, alijs quoq; se itineris, quo ad Christum peruenitur, ducē pręstet, atq; alios doceat, quod ipse prius & didicerit & fecerit. Semper tamen meminerit, ad fidei perfectionē non, nisi deo adiuuante, se posse peruenire, cum saluator dicat: Nemo pōt uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Illi ad Christum trahuntur, qui trahi uolunt, quiq; orant ut trahātur. Nemo saluatur inuitus. Vt uelimus nostrum est, ut aūt uelimus et possimus, dei est. Si quis sitit inqt, ueniat ad me & bibat. Sitiant igitur & esuriant iustitiam, qui iustitiæ pabulo saturari uolunt, & tunc demum ex abundantia cordis os loquetur. Ipse enim subiungit, dicēs: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ, quod exponens euangelista, ait. Hoc autem dixit de spiritu quē accepturi erant credentes in eum. Fidelis ergo Christianus ueritatis & intelligentiæ impletur spiritu, quo iam plenus saluberrimis uitæ præceptis incipit scaturire. Minime quippe ociosi sunt, qui diuino aguntur spiritu. Hic idē Christum dominum in se manentem habet, dicente illo: Manete in me, & ego in uobis, & rursum: Qi manet in

Iohan. 10 | Math. 13 | Luc. 15 | Iohan. 6 | Iohan. 15

me, & ego in eo. Quãtum aũt boni ex hoc consequamur, continuo declarat, dicens: Hic fert fructum multũ. Ne quis tamen quicq; suæ libertatis arbitrio magis q̃ gratiæ tribu at diuinæ, subiunxit. Quia sine me nihil potestis facere. Itaq; ut possimus, ut ualeamus ad uitæ melioris perfecti orisq; statum peruenire, futuri ædificij fundamenta nõ ali bi ponenda sunt, q̃ supra firmissimam petram Christum, qui de semet loquens ait. Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meã. Quam petram ille qui primus cõfessus est, Petri nomẽ accipere meruit, & inter apostolos tenere prin
Math. 16 cipatum. Hoc igitur quod Iudæis dictum est: Si filij Abra
Iohan. 8 hæ estis, opera Abrahæ facite, nobis quoq; dictũ putemus
Geñ. 15 Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Fides sola nunq; ei ad iustitiam reputaret̃, nisi congruis fi dei uirtutum ornamentis sese excoluisset. Et hoc est quidẽ quod alibi ait dominus: Qui credit in me, opera quæ ego
Iohã. 14 facio, & ipse faciet, et maiora horũ faciet. Maius em̃ est pie iusteq; uiuere, q̃ miracula facere, quæ etiã p impios quan doq; fiũt. Sed qui ex ueritate est, inquit, audit uocem meã.
Iohan. 18 hoc est, qui in me credit, qui sum ueritas, hic p̃ceptis meis obtemperat, & me imitari pro uiribus contendit.

¶ De fidei constantia & virtute. Cap. II.

CAeterum nisi rectæ religionis fides semel suscepta constanter teneatur, uirtutes quoq; effluere ac dissi
Lucæ. 18 pari necesse est. Conuulso quippe fundamẽto, quic
Mar. 10 quid superædificatum fuerit, corruet. Firma sane fides fuit
Matth. 20 cæcorum illorũ, qui increpiti ut tacerent, magis clamabãt:
Matth. 15 Domine miserere nostri fili Dauid Chananææ quoq; mu lieris inconcussa permansit credulitas, quam ipsa ne con tempta quidem dimisit, & quod credendo atq; sperando poposcerat, perseuerando impetrauit. Inuicta deniq; fuit ipsorũ martyrum in credendo constantia. Cæde, urẽ, occi de inquiunt, cuncta quę homini inferri possunt tormenta, prius in corpore nostro perferemus, q̃ Christum negabi mus. Hi ergo fuere, qui domũ sibi non in terra, sed in cęlo ædificare uolẽtes, fidei suæ fundamẽtum supra firmam pe trã posuerant, atq; ideo domus illa nec fluminis illisione,

nec ualidis uentorum flatibus potuit moueri. Sed hanc quoque in credendo constantiã a deo petendã esse docet dominus, dum ad Petrum cõuersus ait: Ego rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. Stabilitas aũt in deo fidei quãta uis uirtusque sit, quis explicet? Chananaea credens responsum accipit: Fiat tibi sicut uis, quod multo plus est, quam si audisset, fiat tibi sicut petisti. Minus enim interdũ petimus quam uolumus, ne impudens uideatur petitio. Et illud profecto ad credulos est dictum: Cognoscetis ueritatẽ, & ueritas liberabit uos. Casso nimirum labore tota gentiliũ philosophorum schola desudauit in quaerẽda ueritate, quã sola Christi aperuit fides. Frustra Romani liberos se esse iactitarunt, dum orbi terrarum dominarent. Fidei enim Christianae ueritas uere liberos reddidit credentes, non potentiae fastus terrenae. Sola quippe ex corruptibilibus incorruptos, et ex mortalibus facit immortales. Virtus etiã fidei in eo enituit, quod ex tam infirmo pincipio tantum roboris concepit, ut humiles homines, pauperes, inermes, neque persecutionibus neque caedibus cohiberi potuerint, quin longe lateque reuelatae diuinitus ueritatis uerba disseminarent. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrae uerba eorum. Hoc sane fuit granũ illud synapis quod minimũ erat omnium seminum: postque aũt creuit, maius factũ est omnibus oleribus, euasitque arbor grandis, in cuius ramis uolucres caeli habitarunt. Nusquam enim alibi caelestia contemplantiũ mẽtes iucundius conquiescunt, quam in ipsa euangelicae doctrinae lectione. Si habueritis inquit, fidem, sicut est granum synapis. Ad naturã seminis referẽdum est, ex quo fit arbor magna. Magna igitur fide opus est, ut magna operemur, & credentibus nihil impossibile sit. Etenim perfecte credentes nihil inutiliter petent, ideo nec montes transtulisse feruntur, nõ quia nequiuerint, sed quia non expedierit. Nõ minus aũt mirabile fuit, mortuos suscitasse, quodquidem fecerunt, quam montes transtulisse, quod fecissent, si utile fore cẽsuissent. Vnde alibi dominus ait: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Sed uideamus quãnam sunt ista omia, quae factu possibilia dicat. Centurionis fides seruum suum

Luc. 22 · Mat. 15 · Iohan. 8 · Psal. 18. · Matth. 13 · Mat. 17 · Marc. 4 · Luc. 13 · Luc. 17 · Mar. 9 · Math. 8

paralyticum sanat dum ipse a domino audit: uade, & sicut credidisti fiat tibi. Fides mulieris Hemorrhoidas patiētis ipsam morbo liberauit: fimbriam tetigit saluatoris nihil de omnipotētia eius hæsitans, & meruit audire: Filia fides
Lucæ.7 tua te saluam fecit. Fides leprosos mundauit, & ei, qui re-
Lucæ.8 uersus pro beneficio accepto gratias egit, dicit: Surge uade
Luc.17 quia fides tua te saluum fecit. Fides cæcum illuminauit q dum misericordiam implorat ut uideret, statim audiuit: Respice, fides tua te saluum fecit, & confestim uidit, atq;
Luc.18 ut benefactori gratiā quā poterat referret, sequebatur illū
Matth.9 (ut euangelista ait) & magnificabat deum. Fides Iairi synagogæ principis filiā eius mortuam uitæ restituit. Domino enim iubente ut surgeret, quæ iam exanimis plangeba-
Iohan.11 tur, uiua in pedes se erexit. Fidei deniq; merito Martha et Maria Lazarum fratrem, quem mortuum sepultūq;, & iā foetentē fleuerant iterū uiuū receperunt, dicente domino: Qui credit in me, etiā si mortuus fuerit, uiuet, & rursum: Si credideritis, inquit, uidebitis gloriam dei. Præcessit ergo fides, & subsecutus est tam grandis miraculi effectus. Omnium tamen quæ per fidem Christi facta sunt, quæq; fiunt, fientue, hoc maximum quidem est, q per eam ipsi
Matth.10 credentes de mundi huius miserijs ad cælestē transferant
Marc.8 beatitudinē, perpetuoq; felices efficiantur. Omnis inqt, q confitebitur me corā hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui in cælis est. Si ergo In terra, ut oportet crediderimus, illic certe in cælesti gloria coronabimur ut optamus. Beatus inquit, qui non fuerit scandalizatus in
Lucæ.12 me. Scandalizantur illi qui dubitant, nec satis credunt. Vn
Lucæ.7 de apostolus: Nos ait, prædicamus Christum crucifixum,
1.Cor.1 Iudæis quidem scandalū, Gentibus aūt stultitiā ipsis aūt uocatis Iudæis atq; Græcis Christum dei uirtutem & dei sapientiam. Sed post Christum quid quæso beatius matre Christi? & ipsa tamen ideo beata prædicatur, quia de nuncio sibi cælitus allato nihil dubitauit. Sic enim spiritus san
Luc.1 ctus per os Helizabet eius cognatæ ad eam dixit: Beata q credidisti, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi a domino. Porro ne quis quasi propinqua ad propinquā di

ctum cauilletur, audiat ipsum dominũ dicentem: Amen amen dico uobis, quia qui uerbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam, & in iudicium non uenit, sed transit a morte in uitã. Vnde etiam latroni in cruce credenti atq; confitenti respondit: Hodie mecum eris in paradiso. In paradiso utiq; omnium bonorum pleno, & nulli unq̃ obnoxio molestiæ, nulli querelæ. Cũ iterum ueritas dei dicat: Qui uenit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet in æternum, & paulo post: Hæc est inquit, uoluntas patris mei, qui misit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitã æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die, ut uidelicet non solum in anima beatus sit, sed etiam in corpe. Atq; ut se esse filiũ hunc, in quẽ credere oporteat, ostẽderet, postea intulit. Qui credit in me, habet uitam æternã. Præsentis temporis uerbo utitur, ut credentes, & secundum ea quæ credunt, uiuẽtes, iam beatæ æternitati prędestinatos monstraret. Ne aũt minus recte credendo ab ipsa patris diuinitate filiũ separemus Arrianæ impietati assentientes, alibi item ad patrem conuersus dixit: Hæc est aũt uita æterna, ut cognoscant te solum deum uerum, & quem misisti Iesum Christum. Pater igitur & filius, & utriq; communis spiritussanctus solus uerus deus est, trinus in personis, unus in substantia: Et si hoc credere uita æterna est, profecto qui sancte trinitatis fidem non tenent, licet unum deum, unum dominum & credant & p̃dicent, uitã æternã habere non poterũt. Iohan. 6 Iohan. 17

De fide sine operibus. Cap. III

VT autem fides nostra ex omni parte perfecta sit, operibus compleat iustitiæ. Vt quid em̃ euangelio credimus, si secundum euangelium non uiuimus? Quid Christum confitemur, si præceptis eius non obedimus? Talis fides iuxta Iacobi apostoli sententiam, mortua est. Mortui sunt ergo illi, qui quod uerbis credere se aiunt, factis non probant, de quibus dominus ait: Dicunt & nõ faciunt. Illis utiq; comparandi, qui Christum spinis coronatum genuflexi adorabant, non ut eum uenerarentur, sed ut deriderent. Vel etiam illis simillimi, q eidem sitiẽti Matth. 23 Matt. 27

uinum quidem porrigebāt, sed felle mixtū. Quare autem
ille uinum illud gustauit & bibere noluit? quia licet dili-
gat confitentium fidē, fidei tamen præceptis aduersantes
Matth.22 non recipit. Quāuis enim aliquis ad nuptias fidei inuita-
tus ueniat, ueste tamen nuptialem, hoc est uirtutū ornamē
ta non habens, de ædibus eliminatur, & quod deterius est
manibus pedibusq; ligatis proijcitur in tenebras exterio-
res, ibi erit inquit, fletus & stridor dentium. ut discas eos
damnandos esse, qui uel per ociū, uel maliciam beatitudi-
Matth.25 ne fidelibus promissa se fecerint indignos. Quos etiā cum
fatuis uirginibus in euangelio conferre possumus, uirgini
tatē quippe fidei habent, quia syncere credunt, sed piæ re-
ctæq; actionis oleum, quo fides ipsa illustrat, non habent.
Frustra itaq; clamant: Domine domine aperi nobis. ipso
dño aditum præcludente ac respondēte: Amen dico uobis,
nescio uos. Quid quæso infelicius, qd calamitosius, q̄ ab
illo ignorari, qui solus nouit omnia? Illos aūt nescire dicit
deus, quos a se reijcit, & procul a beatorum repellit cōsortio.
Matth.7 Vnde ait: Non omnis qui dicit mihi domine domine, in-
trabit in regnum cælorum, sed qui facit uoluntatē patris mei
qui in cælis est, ipse intrabit in regnū cælorum. Nemo itaq;
sibi de sola fide plaudat, iustitiā iungat fidei, si uitæ æternę
pręmia consequi desyderat: alioquin ne miracula quidem
aliquādo fecisse illi proderit, a quo abest iustitia. Ideo sub-
ditur: Multi dicent mihi in illa die, domine dñe nonne in
nomine tuo dęmonia eiecimus? & in nomine tuo uirtutes
multas fecimus? Et tunc confitebor illis quia nunq; noui
uos, discedite a me omnes qui operamini iniqtatem. Hoc
idem apostoli uerba docent, dicētis: Si fidem habuero, ita
1.Cor.13 ut montes transferam, charitatem aūt non habuero, nihil
sum. Cæterum hoc quoq; mali credentibus & non operanti-
bus contingit, q cum sese otio dederint, etiā fide deficere
Matth.21 incipiant. Hoc in illa fici arbore apparuit, quæ quoniā fru-
ctibus carebat, maledicto domini arefacta etiam folia q̄
sola habebat amisit. Exiccato aūt omi humore, nulli usui
apta nisi ignibus fuit. Ita nonnulli qui Christiano censent
nomine, cum sese ignauia corruperint, si quid Christianita-

tis conceperant, totum consumunt, æternisq́ ardoribus digni efficiuntur, cum infidelibus cruciandi, nisi pœnitentiā egerint, & ante uitam correxerint, q̄ iusti iudicis sententiā subire cogantur. Sed si neq́ fides actionibus bonis carens a morte liberat, quanto dānabiliorē putabimus pfidiā?

De perfidia Cap. IIII.

NVnc ergo q̄ pernitiosum sit, ab euangelica ueritate dissentire, ipsorum euangeliorum testimonijs probare conabimur, ut cum aduersariorum mens pertinacior nullis argumentis flecti queat, saltem nostri ea secū consyderantes, in proposito fidelis professionis intentius perseuerent, fortiusq́ stabiliant. Qui nō crediderit inquit, condemnabitur, ne uidelicet bona consequatur fidelibus promissa, sed pœna infidelibus proposita puniatur. Pœnę autem uel maxima pars erit, meminisse æternæ beatitudinis quam amiserunt, minas domini contēnendo dicentis: Qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum uenerit in maiestate sua & patris & sanctorum angelorum. & iterum. Qui negauerit me inquit, coram hominibus, negabit coram angelis dei. Hoc ipsum est, q̄d de illis qui inuitati uenire neglexerant dixit: Nemo uirorum illorum q uocati sunt, gustabit cœnā meam. Et cū summi boni participes esse nullo modo possunt increduli, additur dolori cumulus, quod continuo post uitæ huius finē summū malum subire cogantur. Hoc quoq́ tibi indicat ille in euangelio, qui non habens ueste nuptialem, id est, fidei lauacro carens, non solū propellitur e conuiuio, sed etiā ligatis manibus ac pedibus in tenebras mittit exteriores. Væ etiam illi dicitur, quo fide aduersante fideli alicui scandalū oritur, & melius cum ipso actū iri, si molari lapide ad collum alligato in mare proijciatur. Etem remissior pœna eū manet, qui per incredulitatē se solum perdit, et puersa suasione alios non inquinat. Quāuis autem leuius crucietur, æternæ tamen morti, sicut & illi, qui alienæ subuersionis autores sunt, obnoxius est. Si non credideritis inquit, quia ego sum, in peccato uestro moriemini. Quid sit ita mori, Ioannes in Apocalypsi ostendit, dicens: Timidis, & in-

Mar. 16
Luc. 9
Luc. 12
Luc. 14
Matth. 22
Luc. 17
Apoc. 21

credulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & ueneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. Qui ergo in peccato incredulitatis moriunt
Ioan.15 inferni ardoribus traditi sunt. Hoc ut magis manifestum faceret dominus, ait: Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes: & arescet: & colligent eum: & in ignē mittent, & ardet. Tritici præterea & zizaniorum parabo la distantiam fidelis & infidelis demonstrat, dicēte domi
Math.13 no: Colligite primum zizania, & alligate in fasciculos ad comburendum: triticum aūt congregate in horreum meum. Alteri ergo in ignem proijcientur: alteri ad usum domini in thesauris cælestibus translati seruabuntur. Quam ob rem de nobis solicitus saluator noster, ut hæreticorum
Matt.16 doctrinam deuitemus, hortatur & ait: Cauete a fermento pharisæorum & saduceorꝫ. Parum em̄ fermenti, ut aposto
Mar.13 lus inquit, totam massam corrumpit. Idē rursum ait: Vide te ne quis uos seducat. Multi em̄ uenient in nomine meo, dicentes quia ego sum, & multos seducent. Cum hæreticis igit̄ & bonarꝫ mentiū seductoribus perniciosa est conuer atio. Si quos ergo diuinitati Christi derogare uideris, eos nō Christianos esse existima, sed Antichristos: non minus
Mar.14 execrandos illis, qui in domo Caiphæ in eum spuere & faciem eius uelare, quiq; caput ipsius & spinis cōpungere, & arundine ausi sunt uerberare. Nam Christi caput deus, Christus aūt caput nostrū est. Rursum si quē circa humanitatem eius errare senseris, eum sic existima, quasi qui ipm uestibus exuat: & nudum extensumq; affigere cruci non dubitet Talis Manichæorꝫ fuit impietas, qui Christū non ex uirgine natū dicebant, sed tantūmodo in phantasmate uisum. Horum profecto & his similium fugiendū est consortium. Sunt em̄ in pellibus ouium lupi rapaces, dum simulatione credulitatis fidelibus insidiant. Sunt abominatio desolationis stans in loco sancto. Fingunt enim se cum ecclesia Christi sentire: & tamen maligne argumentatiōis machinis eam destruere & euertere conant, & sancta eius prophanare, Male interpretantur scripturas, diuersiq; sen-

sus dogmata conscribunt, & se ueritatis assertores esse pdicant, ut Iudam imitati osculo Christũ prodant, & spongiã fellis calamo impositã ori eius offerant, illis ipsis qui olim hoc egerunt deteriores. Si quid eos petieris, porrigent tibi pro pane lapidem, pro pisce serpentẽ, pro ouo scorpionem pro bono uidelicet malũ, pro ueritate mendaciũ, pro antidoto uenenũ. Quo aũt facilius illos declines, audi dominũ dicentem: Ex fructibus eorũ cognoscetis eos. Aut eñ terrenarum rerum studiosi cælestia contemnunt, ociosiq; in foro negociant: & in uinea domini operari nolunt. Aut uoluptatibus & impudicitiæ seruiunt: porcis illis similes, q receptis intra se immundiciæ spiritibus in profundum maris præcipites iere. Aut auaritiæ student cũ Iuda uendentes dominum: & cum custodibus accepta pecunia negantes eius resurrectionẽ. Aut de omnibus dubij atq; animo suspensi nihil affirmare audent: quibus dicit: Quare timidi estis, necdum habetis fidem. Aut procaces sunt, ut illi qui prætereuntes Christum in cruce pendẽtem blasphemabãt. Aut iniqui & in omne scelus proni, Sathanę primogeniti, quibus dicere possis: Vos ex patre diabolo estis. Aut prorsus in errore ita obdurati, ut nec ratione, nec autoritate, nec miraculis moueantur: facti lapides, in quibus semen uerbi dei arescit: & spinę in quibus præfocatur: & uia in qua conculcatur: quibus dominus ait: Quod scimus loquimur: & quod uidimus testamur: & testimonium nostrum non accipitis. Hi sunt qui lapides cordis sui tollunt: ut his obstinationis telis Christum repellant: & ipse obscondit se, ne quando ueritatem agnoscant, qui mendacio iam occalluerint: qbus si ipse sua uoce dixerit, ego sum, retrorsum abibunt: & in eodem corruent luto uitiorum, quo tam nequiter infecti sunt. Et quoniam obcæcauit eos ipsa animi malignitas. cum etiam ab aliquo fideli doctore quæ uera sunt audierint, non satis intelligunt, & tenebris repleti lucis disciplinam suscipere nequeuut. In tenebris ergo & in umbra mortis sedent: & diligunt magis tenebras q̃ lucem: quibus ait dñs: Quæritis me, & non inuenietis. Quęrẽtes quippe eum in scripturis, dum sanæ intelligentiæ sen-

Math. 7 | Math. 8 | Marc. 4 | Ioan. 3 | Ioan. 13

sum puertunt, minime ipsum inueniunt, terrenarũq; rerũ impediti curis cælestia capere nequeunt: mundumq; magis q̃ mundi dominum diligentes, nõ iam mundani, sed mundus appellantur: domino ita de illis ad patrẽ dicente: Pater iuste mundus te non cognouit. Huius mundi domi-
Ephe. 6 nus diabolus est. Apostolus em̃ cũ de diabolo loqueretur, Princeps mundi huius inquit, & ne incertũ esset de quo mundo diceret, addidit: mundi tenebrarum harũ. Ille itaq; qui pertinaciter errat, & mundus tenebrarũ est, & diaboli seruus. Dei creatura es, o homo, dei iuris es, cur auerteris ab eo cuius es, & illi te tradis cuius non es? Dictum est: Date deo quæ dei sunt. & tu quæ dei sunt, porrigis diabolo Quid tunc dicturus es, cum ipsum, cuius doctrinã cõtemnis, te iudicantem uideris, tibiq; dicentẽ audieris: In pro-
Ioan. 1 pria ueni, & mei me non receperunt? Qua fronte, qua fiducia tũc rogabis, ut ipse te recipiat, quẽ omnino negare nõ poteris, abs te receptum non fuisse? Quid de illorũ incredulitate dicam, qui ne miraculis quidẽ mouentur, quos tamẽ
Ioan. 10 admonens dominus ait: Si mihi non uultis credere, operibus credite, quę si ab homine fieri nullo modo possunt, cur non creditis in me aliquid esse supra hominẽ? Cæci uidẽt, claudi ambulant, leprosi mundantur, mortui resurgunt: et uos me hominẽ esse confitemini, deum negatis. Talia & ab hominibus facta sunt inquiunt: sed qui hoc fatẽtur, nõ ne uerius dicerent, non ab hominibus, sed per homines facta fuisse, si consyderare uellent, in cuius nomine, quo inuocato facta sint. Quod si hæc miracula, ut debent, facta esse a deo credũt, & per quos ea ipse fecerit, ueraces & sanctos fuisse non negant, dicant quis unq̃ illorũ, se uel deũ, uel dei filium esse confessus sit? Et si eum se esse Christus affirmauerit, cur ei non credunt? cur eius uerbis fidem non præstant, cum etiam ipsi homines, quibus talia agendi data fuit potestas, in nomine Christi ea se egisse nunq̃ dissimularint? Quibus certe si crederẽt, & in Christum, qui ab ijsdem prædicatus est, crederent. Porro cum nec operibus
Math. 11 uolunt credere, audiant inclamantem: Væ tibi Corosain, uæ tibi Bethsaida; quia si in Tyro & Sydone factæ fuis-

sent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & ci
nere pœnitentiam egissent. Verũtamen dico uobis, Tyro
& Sydoni remissius erit in die iudicij, quã uobis. Tyrus &
Sydon ciuitates idolatræ erant, uitijsq; deditæ: & tamen
his acerbius punietur illi, qui cum per inuocationem Chri
sti non pauca prodigia facta uiderint. Christum nõ ut deũ
recipiunt: & minus aliquid patre habere affirmare non
dubitant.

¶ In illos qui de miraculis quæ scripta sunt dubitant. Ca. V.

SVnt qui signa illa quidem facta fuisse legunt, sed an Math. 12
uere facta fuerint, animo suspensi sunt, ac simile ali-
quid suis ipsi oculis intueri spectareq; affectãt. Qui-
bus respondens dominus ait: Generatio praua & adultera
signum quærit. Et quoniam qui dubitant, indigni sunt ut
tale aliquid cernãt, signum inquit, non dabit ei, nisi signũ
Ionæ prophetæ. Quæri potest, cur dictum sit, & signum
non dabitur ei, cum Iudæis incredulis multa signa data fu
erint? Sed qui signo, id est miraculo dominicę resurrectio-
nis, cuius typus Ionas fuit: non crediderũt, quod maximũ
erat, multo minus alijs non ita magnis credere poterant.
Maius est enim semet a morte reuocare ad uitam, quã alios
& ad uitam incorruptibilem atq; immortalem, quã ad cor-
ruptibilem atq; mortalem. Non est ergo eis datum signũ
efficatius ad credẽdum Christo, quã ipsa resurrectio Christi:
quam tamen subornatis per largitionem custodibus dene
gare conati sunt. Eorum perfidiam imitantur, qui miracu
la ipsi cernere quærunt, & de illis, quæ in euangelio recen
sentur, dubitant. Pharisæis quoq; & Saducæis infidis com Matth. 16
parandi, qui de cælo signum sibi ostendi petierunt, non sa
tis habentes ea, quæ facta coram se in terra uiderant. Iure
igitur ac merito talibus exprobrauit dominus dicens: Nisi Ioan. 4
signa & prodigia uideritis, non creditis. Et si non credide Ioan. 8
ritis inquit, quia ego sum, moriemini in peccato uestro-
mori autem in peccato (ut supra ostendimus) omni alia
morte peius est. Qui dubitat, Christi aduersarius esse con-
uincitur, ipso dicẽte: Qui non est mecũ, contra me est. Pe- Matt. 12

trus dubitando cœpit mergi: discipuli non potuerunt eijcere dæmonium. Zacharias factus est mutus? & hi quidē quod dubitando amiserant, credendo recuperarunt. Tu quoq; nisi dubitare desieris, non poteris euitare dæmonū dolos, nec loqui ea quæ tibi saluti esse possent, nec iā emergere de abysso inferni, si modo cum corde isto dubio tibi decedere contigerit. Quod si cum Thoma hactenus dubitasti, iam & cum eodem credens Christum confitere dicens: Dominus meus & deus meus. Alioquin ne illa quidem quæ bene egeris, prodesse tibi poterunt ad salutem. Nisi enim firma petra, quæ est Christus fundamentum tui ædificij fuerit, quicquid operis extructum erit, corruet. Vt autem operis tui labor non sit irritus, crede deo non hominibus, apostolis non philosophis, ecclesiæ dei non diaboli synagogæ: cum filius dei dicat: Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cælestis eradicabitur, hoc est, omnis religio, omē dogma, quod alio præterq̃ deo autore inductum fuerit, diu stare non poterit.

¶De ecclesia fide fundata. ¶Ca. VI.

PEr hanc ergo fidem diuinitus nobis reuelatam ædificata est ecclesia supra firmissimam petram Christū dei filium dominum nostrum. Si fideles simus ipsi sanctæ dei ecclesiæ, cuius caput est Christus, membra corporis Christi sumus. Qui autem non credit ecclesię, nec potestati eius subijcitur, ille abscisus & abiectus est, atq; cū mortuis computatus: nisi forte pœnituerit eum erroris, ac rursum per fidem iunxerit se ecclesię, mandataq; eius perfecerit. Solo enim fidei glutino corporis huius membra ferruminantur, spe firmantur, charitate perficiuntur. Igitur quicquid catholicæ apostolicæq; ecclesiæ recepit autoritas & te illud citra omnem cordis hæsitationem recipere oportet: & quicquid seruandum constituit, obseruare: si cum
Marc. 6 Christo uiuere mauis, q̃ cum infidelibus interire. Ecclesia nauis illa apostolorꝝ est, quæ fluctibus & procellis multarum hæresum inquietabať: sed dum fideles in remigando laborarent, hoc est in tuēda defendēdaq; ueritate fatigarentur, ope adiuti diuina superiores euasere. Suscepto enim

Iesu in naui cessauit uentus, & turbines errorum dissipati sunt. Sed obserua, q ad laborantes uenit saluator, non ad desides & pigros, & a iustis operibus ociosos. Qui ergo quod per se facere potest, non omittit, facile impetrabit, ut etiam illa quæ per se facere nequit, efficiat. Porro primæ ab initio ecclesiæ illa in euangelio parabola est: Homo plantauit uineam, id est deus pater domum Israel: circundedit eam sepe: custodia muniuit angelorum: posuit in ea lacum siue torcular, id est, legem præceptis uitæ redundantem: ædificauit turrim, id est, templum. Turris quippe arx est urbis: ita oratoria nobis munimenta sunt: ad quæ confugientes, carnis dæmonumque impugnationes minus timemus, orationis armis accincti, & cælestis contemplationis fide protecti. Sequitur: Et peregre profectus est. non discedendo, sed permittendo: ut in utranque partẽ libera sit operandi facultas. Misit deinde seruos ad fructus uineæ colligendos: misit enim prophetas, qui mandatorum dei obedientiã exigerent: sed agricolæ, id est Iudæi proterui, & nullius bonę disciplinæ patientes: nec dei sui nuncijs pepercerunt, alium afficiendo uerberibus, ut Micheã: aliũ uulnerando ac perimendo, ut Esaiã, Hieremiam. Zachariam, & alios non paucos prophetas: neminem prorsus uitiorum suorum reprehensorem æquo animo tolerantes. Post prophetas misit filium suum charissimum & unigenitũ dicens: Reuerebũtur filiũ meũ. nõ qa ignoraret quid facturi essent, sed innuens quid facere deberent. At illi: Hic est hæres inquiunt, uenite occidamus eum. occiderunt & eiecerunt extra uineam, id est extra Hierusalem. extra ciuitatem enim crucifixerũt dominum Iesum. uel extra uineã extra Iudæorum ecclesiam: ut ab ipsis eiectus exciperetur colendus a nobis. Sequitur enim: Quid ergo faciet dominus uineę? malos male perdet & uineam locabit alijs. hoc est, omnibus in Christum credẽtibus, tam Gẽtilibus q̃ Iudæis: ueteribus noua copulans. Christus lapis angularis: illa implens & ista inchoans. Veruntamen quantum intersit inter ecclesiã & synagogã, ipsa nominũ interp̃tatio declarat. Synagoga græce, latine congregatio dicitur. Ec-

clesia autem conuocatio interpretatur, haec propria naturae rationalis, illa etiam ad pecudes pertinet. Itaq; ecclesiae sicut magis singulare nomen, ita dignitas maior & gratia plenior. Haec ergo ciuitas illa in quam mittuntur apostoli, ut domino parent pascha, hoc est cibum: de quo ipse ait:
Marc. 14 Caro mea uere est cibus, et sanguis meus uere est potus. In ecclesia quippe carni & sanguini domini cõmunicamus accedẽtes ad coenaculũ grande stratum, id est ad altare, nomini eius consecratum ut non nostro, quod exiguum est, sed Christi merito uitam consequamur aeternam. In eccle-
Luc. 19 sia deo preces offerimus, dicẽte domino: Domus mea do-
Ioan. 10 mus orationis est. In ecclesia per baptismum renouamur: & encaenia facimus, dum nouũ hominem induimur, qui secundum Christum natus est. In ecclesia peccatorum nobis
Luc. 10 uincula relaxantur. Haec est enim stabulum illud, in quod homo a latronibus in uia uulneratus, curandus infertur. In ecclesia laborantium, in caelo requies est: quibus dicitur:
Ioan. 16 Vos aũt contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium. Ecclesia est ergo mulier parturiens, quae (ut in euangelio scriptum est) tristitiam habet, quia uenit hora eius: cum autẽ pepererit puerum, iam non meminit pressurae propter gaudium, quia natus homo in mũdum. Tristitia quidem afficitur, dum persecutiones tolerat, siue corporis, siue animi. Sed cũ ab imis ad supna se transfert, tanto perfunditur gaudio, ut praecedentis angustiae prorsus obliuiscatur Quia natus est homo in mundum, hoc est, quia filij ecclesiae iam immortalitatis natiuitate laetantur, translati de mundo isto corruptibili ad mundum incorruptionis, & de terreno habitaculo ad caeleste regnum. Cuius immẽsam & ineffabilem gloriam nunc in ecclesia laboribus occupata constituti cogitatione comminiscimur, dum solen-
Luc. 10 nia sacra celebramus, Mariam imitando: quae sedẽs ad pedes domini sermonum eius dulcedine pascebat, ut cum ipsa postea dicere possimus: Vidi dominum, & haec dixit mihi.

In eos qui in ecclesia nequiter se habent. Ca. VII.

CAeterum meminisse debemus, illis in ecclesia non esse locum qui terrenis intenti negocijs, corpus nō animum in eam afferunt, ne tūc quidem uanis colloquijs & nugis inutilibus abstinentes, iocisq; & risu, cum a sacerdote diuina peraguntur. Sciant eos minus fortasse culpabiles fuisse, qui domini flagello eiecti fuere de templo dicentis: Nolite facere domū patris mei, domum negociationis. Illi uero eam latronum speluncam faciunt, qui ineffrenatæ libidinis ardore, nulla loci aut sacrificiorū habita ratione pudicitiæ insidiantur alienæ, uel oris nutu, uel oculorū nictu, uel impudenti aliquo uerborū prolatu. Melius cum ijs ageretur, si nunq; domum dei adijssent, q̄ ut ingressi sic in ea quasi in prostibulo uersari non dubitent. Deterius tamen adhuc peccant, qui ea mente illuc conueniūt ut simpliciorū fidem perniciosis quęstionibus peruertant, zizania superiacientes, ubi satum est triticum. Hi scindunt tunicam domini inconsutilem, ecclesiæ turbātes unitatem, seq; ipsos deprauato scripturarum sensu in errorem implicantes. Longe sese ab his faciat, qui matris ecclesiæ, cuius Christus sponsus est, filius esse desyderat. Ioan. 2 Ioan. 18

De lege & euangelio Ca. VIII.

ECclesiæ uero sanctæ fortissimi parietes sunt, lex & euangelium. Nihil em̄ (ut apostolus ait) ad perfectū adduxit lex. Ille qui Christo domino legis pręcepta se custodisse dixerat, audit unum sibi adhuc deesse, ut bonis quæ habebat, in usus pauperum distractis cælestes diuitias parare sibi maturet: hoc ergo legi deesse apparuit, ut terrenarum rerum cura contempta cælestibus tm̄ bonis cōparandis inhiemus. Lex em̄ & prophetæ usq; ad Iohannem: quia illi præsentem tantummodo felicitatem obseruatoribus legis promittebant. Ioannes aūt primus regnū cælorū cœpit euangelizare. Atq; ideo dicitur: A diebus Ioannis usq; nunc regnum cœlorū uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Tunc enim primum uim intulimus cælesti regno, cum pro nobis pugnante Christo uictus est ille, qui om̄es ab Adam descēdentes ob delictum uinctos tenuit. Disce tamen q uiolenti rapiunt illud; non ignaui, nec qui Luc. 18 Luc. 16 Math. 11

a uitiis superantur, sed qui his repugnando uictores euadunt. Nullibi aũt certior uincendi spes q̃ in euangelio, in quo certantibus suffragatur gratia. Quia lex per Moysen
Ioan. 1 data est, gratia & ueritas per Iesum Christũ facta est. Hoc certe optimum uinum in fine conuiuii reseruauit nobis
Iohan. 2 benignissimus sponsus, cui dicitur: Tu aũt seruasti bonũ uinum usq; adhuc. i. usq; ad sextã ætatẽ, quã sex hydriæ figurabant. Prima em̃ ætas fuit ab Adã usq; ad Noe, secunda a Noe ad Abraham, tertia ab Abraham ad Dauid quarta a Dauid ad transmigrationẽ Babylonis, quinta a trãsmigratione ad Iohannẽ, sexta a Ioanne usq; in finẽ seculi. In hac igit̃ postrema ætate, in qua nos sumus, aquæ uersæ sunt in uinũ: q̃a scripturarũ literalis intelligentia allegorici sen-
Luc. 13 sus recepit saporẽ. Iã de plenis hydriis haurimus Chri mysteria, q̃ diu sub uerborũ uelamento latuerant. Et tunc q̃dẽ granũ synapis minimũ erat, quod postea acceptũ homo misit in hortũ suũ, & creuit: & factũ est in arborẽ magnã. In omnem em̃ terram sparsit se ueri dei sonus: qui prius Iudeæ tantũ finibus arctabat̃. Et uolucres coeli inq̃t requieuerunt in ramis eius. Illis quippe in euãgelio iucunda q̃es est, qui spem suã de terra tollentes in cœlo collocant, neq;
Iohan. 17 quicq; de promissionibus Christi dubitãtes, aiunt: Sermo
Lucæ, 13 tuus ueritas est. Cauent itaq; a fermento pharisæorũ, quod est perniciosa hæreticorũ doctrina: & ei fermento penitus inhærent: quod acceptum mulier abscondit in farine satis tribus: hoc est, ad illam intelligentiã dictorũ tota credulitate accedunt, quã approbauit ecclesia, tripliciq; sensu distinxit, historico, morali, spiritali: donec fermentet̃ totum donec totum sane recteq; intelligatur: ita ut nullus errori supersit locus. Cæterũ licet præferamus euangelium legi, utriusq; tamen unum autorem deum cõfitemur, utrãq; approbamus: Nec solui legem per euangeliũ dicimus, sed adimpleri. in illa figuras esse, in hoc ueritatẽ: in illa promissionẽ in hoc perfectionem. Facilius est inquit, cœlum & terrã
Luc. 16 præterire, q̃ de lege unũ apicẽ cadere. Quicquid ergo cærimoniæ, sacrificia, prophetæ futurũ nunciabant, partim impletum est in primo Christi aduentu, partim in sc̃do im

plendū expectamus: ne quis frustra aliqd scriptū aut significatū putet. Quicquid aūt in lege ad uitæ moruūq; institutionē spectat, sicut ueteribus ita & nouis hoībus est obseruādū, & cū euāgelio cōmunicādū, ac de utriusq; scripturæ moralibus pceptis cū Psalmista dicēdū: Eloquia dni, eloquia casta, argentū igne examinatū, probatū terræ, purgatū septuplū. Nihil est his pciosius, nihil suauius. Quod idē tibi testat ad dnm, dicens: Bonū mihi lex oris tui, sup milia auri, & argenti, & q̃ dulcia faucibus meis eloquia tua sup mel ori meo. Psal. 118 Nihil ita sedat irecundiā moderatq; affectus, & in uiam æqui honestiq; animū dirigit. Pax multa inquit, diligentibus legem tuam, & non est illis scandalū. Ibidem. Lucerna pedibus meis uerbū tuū, & lumen semitis meis Multa qdē & ipsi sapiētiæ professores philosophi ad cōponendos animi mores uere rationabiliterq; pceperunt, sed cū diuinis humana conferri nequeunt. Potentius ista influunt: si fideliter suscipiant, efficatius mouēt, tenacius hærēt, foecundius fructificant, felicius ad optatū prouehunt finē, & cū incōmutabili bono nos coniūgunt. Vetus igit noua q; lex, duodenarij sunt stabulario dati, id est ecclīæ psidi, Luc. 10 ut his pctōR nostroR uulnera curent. Sunt etiā duo gladij, quos in mediū proferentibus apostolis, satis esse dixit dns Luc. 22 cum utriusq; testamēti doctrina satis superq; sit aduersus quasq; repellendas diaboli insidijas, ac prauas ab animo abscindēdas cupidines. Vetus tamē testamentū fuit Agar ancilla in seruitute generās: & nouū Sara liberæ prolis ma- Gala. 4 ter, qua libertate donauit nos Christus. Ideoq; dns quinq; panes hordeaceos turbæ dedit seruili, ueluti quinq; libros Moysi. Nos aūt pane qui de coelo descēdit uescimur: ut cū eodem qui nos liberauit, ascendamus in coelū. Deniq; legis pascha cum lactucis agrestibus, quæ amarissime sunt, Luc. 24 comedebat. At in euangelio pars piscis assi cū fauo mellis domino a mortuis resurgenti offert. Vnde & apostolus clamat dicēs: Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt Col. 3 quærite, ubi Christus est ad dexteram dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.

In contemptores legis vel euangelij. Ca. IX.

SEd necq legis contemptoribus impune erit, cum diuinus sermo dicat: Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Frustra eñ deum precatur, qui dei iussa parui æstimat. Hoc idem per Hieremiam spiritussanctus affirmat, dicẽs: Ecce ego adducam mala super populum istum, fructum cogitationum eius, quia uerba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt. Post hæc denunciat illis captiuitatem futuram: ut qui ad legis præscriptum sponte seruire deo neglexerunt, inuiti seruiant inimicis dei gentiq; infideli. Et si talia legis preuaricatoribus debentur, quanto magis aduersus euangelij sui irrisores indignatio desæuiet Christi? Hor; autem qui euangelium despicere uidentur, tria genera sunt. Alij quippe ne audire quidem uolunt diuinos, qui in ecclesia recitantur sermones. Alij añt audiunt; sed quæ præcipiuntur, ea exequi aspernantur. Alij uero magis temerario ausu ita audiunt, ut ea econtrario arguere præsumant: & ueritatis uerba, quæ non intelligunt, peruertere aliquo modo conantur. De primis conquerit̃ dominus ad eosdẽ dicens: Quare
Ioan. 8 loquelam meam non cognoscitis? quia non potestis audire sermonem meum. Et ut ostenderet eos, qui audire diuina dedignantur, ex parte diaboli esse: Qui ex deo est, inquit, uerba dei audit: propterea uos non auditis, quia ex deo non estis. Hi ergo & surdi sunt et muti, cum nec aures accommodent ecclesiæ doctoribus; nec quicq̃ tale aliquã do loquantur. Qui nisi cõuersi postremo sese offerant Chri
Marc. 7 sto, ita ut ipse digito tangat eorum aurem, & saliua palatum, nunq̃ sanitatem consequentur: semper ad ea, quæ salutis sunt, surdi & muti erunt; atq; ut ita etiam ad malum sicut ad bonum surdi & muti forent, sed ut deterius peccẽt & leuam aurem habẽt, qua ea quæ carnis sunt, auidissime audiant; & sinistram linguam, qua uel nugas garriant, uel alios infament, uel proximo maledicant. Quod nisi tandem ad Christum adduci se permiserint, qui labefacta solo uerbo instaurat, quis eos curare poterit? De istis, ut reor,

prophetauit apostolus, cum diceret: Sanam doctrinam nō sustinebunt, sed ad sua desyderia coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & a ueritate quidem auditū auertent, sed ad fabulas aūt conuertentur. 2. Tim. 4 Sunt quippe in his plurimi, qui pudendis gētilium poetarū cantibus tota die operam impendunt: & ne horam quidem diuinarū in ecclesia recitationum uacare auditionibus queunt. Transeamus ad eos, quos auditores tantum & non factores uerbi esse diximus: de quibus domini sentētia est: Qui audit & non facit, similis est homini ædificanti super terram sine fundamento, in quam illisus est fluuius, & continuo cecidit & facta est ruina domns eius magna. Luc. 6 Audire enim & nolle facere, deficere est. Deficiens aūt, & se sibi non restituens, quotidie deterior fit, patetq; omnibus diaboli insidijs, nulla circunspectę mentis uirtute munitus, tantoq; facilius supplantatur, quāto se putat magis tutum. Nam sicut arborem uentorū pulsatam procellis ruere necesse est, cuius radix uitiosa fuerit, ita illum labi quoties uoluptatū illecebris prouocabitur necesse erit. Neq; minus in istos qui facere nolunt, q̄ in illos qui audire negligūt: exclamāt prophetæ, apostoli, euāgelistæ, omnes catholici doctores: Cecinimus uobis, & non saltastis: lamentauimus & non planxistis. Math. 11 Quid eñ aliud omnes diuinæ continent scripturæ, nisi uirtutum laudē, uitiorumq; detestationem atque querelam? Porro istis etiam, qui sacra eloquia uel audire renuunt: uel si audiant, secundum ea uiuere nolunt: nequiores sunt, qui eadem audiendo coram arguere, atq; ijsdem petulanter obtrectare audēt, & sophismatum strophis docere, ipsa dei præcepta uel impossibilia factu, uel inter se pugnantia, uel aliqua in parte minus rationi consentanea esse: quasi uero quicquā rationabilius, consultius, iustius homo possit indagare, q̄ hominum opifex præcipere? Si quis tam prophana præsumptiōe ducitur, inter hæreticos erit habendus, & de fidelium cœtu repellendus, ne sanum gregem morbida contaminet pecus. Adeunt ecclesiam, audiunt epistolas, audiunt euangelia: & sicut in Ioanne scriptum est, dicunt, durus est hic sermo, quis potest eum au- Iohan. 6

dire? Nihil credunt nisi quod naturæ consentaneũ putant, & nesciunt omniũ autorẽ supra naturã esse: & ut se talem probet, super naturalia loqui operariq; solere. Quibus qui non adhibuerit fidẽ, necesse est ut dei omnipotentiã deneget: fateaturq; quod naturaliter fieri nequit, id nec diuinitus fieri posse. Qua in re naturã deũ alteꝝ cõstituere uidentur, si nihil maius deo q̃ naturæ tribuendũ censent. Qui-
Ioan, 8 bus dei uerbũ rñdẽs ait: Quæritis me interficere, qa sermo meus non capit in uobis; hoc est, quia non estis capaces a me p̃dicatæ ueritatis: ideo in me diuinitatẽ natura potentiorẽ, & humani ingenij captu maiorẽ esse non creditis. Ego aũt quod uidi apud patrẽ, hoc loquor. Ego eñ & pater unum sumus, una substantia, eadẽ natura, licet nõ eadẽ persona: alia quippe persona est geniti, alia genitoris & tamen utriusq; una eademq; diuinitas, eadem uis & gloria cũ sancto spiritu, quem ambo simul spirant, sibi æqualem sibiq; consubstantialẽ. Quod sanctæ trinitatis mysterium in una deitate, nisi fides teneat lingua non explicat. Ob hoc q̃dam, quia comprehendere nequeunt, retro cedunt, cũ potius persuadere sibi deberent: tanto ea magis deo tribuenda esse, quanto minus a nobis, qui homines nõ dij sumus, possint intelligi. Alioquin fateri oporteret, quod nemo unq̃ ausus est dicere, aut deũ non esse homine maiorẽ, aut hominem deo esse æqualẽ, si ad omnia quæ dei sunt, humani uis intellectus posset penetrare. Sunt tamẽ nonnulli, qui in peruersitatis suæ proposito ita obdurant, ut credulitatem nostram etiã irridere non dubitant: atq; hi fere sunt, qui gentiliũ philosophorum argutias secuti, nihil credendum putant, quod ipsa hominis ratio nequeat inuestigare, & suorum ambagibus argumentorum usi, quicquid non satis intelligunt id uerum esse denegant. A quibus euangelicæ ueritatis assertores auersi, ne in tam duro solo frustra uerbi semen iaciant, nullam frugem facturꝫ, dicũt:
Act. 13 Quia repellitis uerbum dei, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ: ecce conuertimur ad gentes. Quæ uidelicet & audiunt euangelij prędicationes: & quod audiunt, credũt: & quod credunt, opere complere pro uiribus nitũtur. Vos

uero increduli mementote ab ipsa ueritate.i. a dei filio dictum: Qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet cũ uenerit in maiestate sua et patris & sanctorum angelorum. Huius autem hominis infelicitati, quem Christus erubescet, nulla uitæ præsentis infelicitas potest comparari. Nam qui receptus a deo non fuerit in gratiã, a diabolo recipietur in damnationem suppliciumq; sempiternum, Lucæ. 9

¶ De conuersis ad deum Ca. X

VT autem alterum ex his euitemus, alterum sequamur sarcina peccatorum deposita, quæ nos in abyssum deprimit inferni: ad illa conuertamur quæ de terra erigunt pauperem & in coelo collocãt. Imitemur Symonem leprosum, ut flagitiorum lepra curati mereamur hospitem habere Christum. Neq; nos prioris uitæ pudor impediat, aut horror in desperationem trahat. Benignissimus est, qui ad coenam inuitari iubet pauperes, debiles, cæcos & claudos, id est, omni scelerum genere inquinatos, & neminem prorsus repudeat ad se cum peccatorum poenitudine accedẽtem. Hic est qui prodigum filium, cum bona paterna peregre profectus dilapidasset, ad se reuersum osculo excepit, amplexibus fouit: & lætatus est: q' ille qui perierat inuentus esset, & qui mortuus fuerat reuixisset. Diu multumq; in nequitię coeno immersus iacuisti, expergiscere tandem & erige te ut munderis. Mulier quæ duodecim annos profluuio sanguinis laborauerat, cum Christi fimbriam tetigisset, sana discessit. Altera duodeuiginti annos morbi ui inclinata, a domino manum ei imponente curatur: & coelum aspicere incipit, quæ tanto tempore pecudum more terram tantum spectauerat. Plus dicam, octo & triginta annorum languorem sustinuit ille quem ad probaticam piscinam sanum surgere iussit dominus: ita ut qui tam diu fracto debilitatoq; corpore immobilis in lectulo decubuerat, illum ipsum lectulum quo ferebatur, ipse humeris suis referret, domumque rediret, non solum sanitati, uerumetiam uigori uiribusque restitutus. His autem curationibus tam diutina tabe mar- Marc. 14 Lucæ. 14 Luc. 15 Mar. 9 Lucæ. 13 Iohan. 5

cescentium corporum significauit tibi dominus, q̄ ipse medicus animorum sit, quāuis ad multam ætatem in peccatis uersati fuerint, tantum ut curari cupiant & rogēt. Nō eñ sanat ille nisi uolentem. Nam & hunc prius interrogasse dicitur, an uellet sanus fieri, atq; ut uelle audiuit, non distulit, quin statim sanum redderet. Nemo ergo desperet quādiu uiuimus, misericordiæ locus est: tunc iudicamur, cum morimur: & si ante impetratæ ueniæ priuilegiū nobiscum deferimus hinc decedentes, in electorꝫ numero ascribimur. Sin uero sine illo uitam obimus, ad mortem nunq̄ intermorituram descendimus, ad tenebras exteriores, ubi est fletus & stridor dentiū, & pœnarꝫ finis omnino nullus. Beati igitur illi, quorum anteq̄ iudicabuntur,
Luc. 3 erūt praua in directa, & aspera in uias planas: qui priusq̄ opera ipsorꝫ iustitiæ libra examinabuntur, luporꝫ feritatē quam induerunt, cum agnorum mansuetudine cōmutabunt. Nunc ergo tempus acceptabile, nūc dies salutis, nūc
Iohan. 6 accessus ad eum datur, a quo dictum est: Qui uenit ad me non eijciam foras. Non aliter ad eum uenitur, nisi desistendo a malis, & q̄d bonū est operādo. Itaq; non solū iniqui sed etiam ocio indulgentes, ab eo qui saluare potest, pro-
Mar. 11 cul sunt. Ficum illam quæ foliorꝫ tantum luxuria exuberās
Iohan. 1 fructu carebat, maledicendo dominus ariditate dānauit. Sub qua cum lateret Nathanael Israelita, licet dolo carens, non poterat loqui cum Iesu: egressus autem & magis alacris animi affectu saluatoris quærens conspectū, eū ipsum quem scribæ & pharisæi cognoscere nequiuerunt, confiteri cœpit, dicens: Rabi, tu es filius dei, tu es rex Israel. Veruntamen si sensus quoq; non satis sanos habeas, quicq̄d illis blanditur, mortiferum puta: & illa quæ deo placent,
Mar. 10 ijs indulge. Si uisus te ad peccandum solicitat, cæcus es: cū Barthimeo perge inuocare Iesum, & petere ut uideas: tunc ipso imperante discedent ab oculis tenebræ illæ, in quibus spectandarꝫ mulierum concupiscentia habitabat, uel delectatio aliquam uanitatem uidēdi uersabatur, cœlūq; ac sydera cōtueri incipies, & per ea quæ uidentur ipsa dei inuisibilia cōtemplari. Quod si te auditus & loquēdi intē-

paries in malum præcipitant, surdus & mutus es, quia dũ te audire uel loqui ea quæ mundi sunt, nimium delectat, ab his quæ dei sunt, & aures auertis ne audias, & os com primis ne loquaris. Cum surdo igitur & muto a domino posce remedium: Ille huiusmodi hominis aures digito te-tigit & saliua linguam, atq; is qui utroq; malo affectus fu erat, utroq; liberatus abijt. Statim ẽm (ut Marcus ait) aptę sunt aures eius: & solutũ est uinculũ linguæ eius, & lo- que batur recte. Postremo quibuscunq; uitijs corruptus uiuis. ita ut mortuus sis cum uiuas, quantũ potes ad illum qui uiuificat mortuos, te uerte. Nam et mortui audient uocem filij dei, & qui audierint uiuent: modo ne tardes tibi iam in morte posito querere salutem, dum inueniri potest. Fu git tempus, dies aduentat extremus: atq; hic fortasse crasti nus est aut hodiernus; & tu tibi tutum putas differre tur-pis uitæ correctionem? Noli iuuentæ confidere: omni æta-ti cõmunis est mors. Nec prosperæ ualitudini crede: qui-dam dum rident, dum iocantur, dum cum alijs colloquun tur, repente concidere. Pelle igitur moras oẽs: & prauas cupidines de pectore proijcere festina: atq; de spelunca la tronum fac domũ orationis, in qua habitare dignetur Chri stus. Hoc pacto qui nunc nouissimus es apud deum, iam inter primos computaberis. In nouissimis erãt Matthęus, Zachæus, latro: sed cõuersi ad dominum, primi facti sunt. Matthæus reliquit teloneum, & fit apostolus. Zachæus a-uariciam largitate mutauit, & salus facta est domui eius, cum Christum suscepisset hospitio. Latronem aliena per uim rapuisse poenituit, & saluatori se commendans me-ruit de cruce transferri in paradysum. Audi Christum cla-mantem: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Hinc tu tandem ad uocantẽ con uersus dic: Iniquitates meę supergressæ sunt caput meum: & sicut onus graue grauatæ sunt sup me. Tũc ille occurrẽs tibi, protinus te omni fasce liberabit, & expeditum ad se trahere incipiet: ut qui flagitijs coopertus mergebaris in profundum; iam his omnibus emundatus ascendas in coelum.

Marc. 7

Iohan. 10

Matth. 11

¶ De auersis a deo Ca. XI.

ET cum tanta felicitas sit eorum, qui ad deum couer si mores suos corrigunt: nõ ambigimus æque gran dem esse miseriam illorum qui obdurantur. Prædica, argue, obsecra, increpa opportune, importune: nihil pro ficis cum in spinis, quæ sementẽ uerbi dei præfocant semi nas: uel super lapide, ubi semen radices agere non ualens, arescit: uel in uia, ubi conculcatur & atteritur. Coram praua assuetudĩe corruptis hominibus quoties de deo. de sanctis, de uitæ honestate incidit sermo, corrugant nares, con trahunt frontem, os distorquent, uultum auertunt: & taciti etiam dicere uidentur. Durus est hic sermo, quis potest

Iohan. 6 eum audire? Tales erant pharisæi illi ac legis periti, quorum scelera cum argueret dominus, coeperunt (ut Lucas ait)

Luc. 11 grauiter insistere, & os eius opprimere. De quibus in Io-

Ioan. 8 anne conqueritur saluator & ait: Non potestis audire sermonem meum. Dextera igitur aure carent, ne bona audiant, ueluti Malchus ille cum a Petro uulnus accepisset. Is tamen adduci ad Iesum ut curaretur sustinuit. Isti uero peruicatius auditũ obturasse uidentur, ut aspis, ne intelligant uo cem sapienter incantantis. Quod si ultra eis præcepta salu

Iohan. 9 tis ingerere perseueraueris, indignãtur, & iam in contume liam prorumpunt. Totus in peccatis natus es inquiunt, et doces nos? Vnde autem fit, ꝙ tam obstinato proposito cæ lestem aspernentur disciplinam, parabola euangelij de nu

Matth. 22 ptijs recitata docet. Ad quas inuitati, quoniam uenire nolu erunt, alius inquit, abijt in uillam suam, alius ad negociationem suam. Deliciæ quippe huius seculi & ipsa terrenarum opum cupiditas auertunt animum a cælestium contemplatione, & caduca bona ęternis præferre compellunt: quia hæc futura expectantur, illa uero præsenti uoluptati deliniunt: ita ut quæ nondum habentur, iam uel non esse omnino, uel haberi non posse credantur. Illi ergo qui tam impie subuersi sunt, nec fidei certę, nec firmę spei sunt: Alij luxuriæ, alij auaritiæ studẽt, & cum sensuum suorum affectibus seruiant, uirtutibus uacui & ad uitia proni efficiuntur. Recedẽte enim domino de templo cordis eorum

non relinquitur lapis super lapidem, qui nō destruatᷓ: usq; adeo Barrabam, id est, diabolum sibi dimitti gaudent, ut eundē Christo domino qui pro ipsis crucifixus est, antefer re non dubitent. Attendant tamen, si nondum penitus obsurduerunt, & cognoscant, ad se quidem omnia illa pertinere, quæ salutarem doctrinam nolentibus admittere, minatus est Christus dominus. Ad illos em̄ quos iustitiæ suæ doctores constituit, & ad prædicandum gentibus destinauit, dixit: Quicunq; non receperint uos, neq; audierint sermones uestros. Exeuntes foras de domo uel ciuitate, excutite puluerem de pedibus uestris. Amen dico uobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorreorum in die iudicij, q̄ illi ciuitati. Sodoma em̄ & Gomorra ante euangelium subuersæ sunt, at isti ultro oblatum respuunt ac repellunt, dum præceptis eius contraria operantᷓ. O miram mentis peruersæ cæcitatem: non uident q̄ labile bonū sit mundanæ luxuriæ uoluptas cui adhærent, q̄ firmum & stabile cœleste regnum quod contemnunt, q̄ graue perpetuumq; malum infernalis cruciatus, quem mox subire coguntur. Sed iam istos in damnationis interitū tam pertinaciter currentes relinquamus, cum etiam ab ipso omnium dn̄o relicti esse uideātur: & illis pro tempore consulamus, qui ad capessendas accedunt uirtutes, ut in eo bono q̄d semel sibi proposuerint constanter, perseuerēt. Sicut enim in uitijs obdurare pniciosissimū est, ita in bene uiuendi cura minus esse constantem, turpe indecorumq; habetᷓ. Math. 10

¶De animi constantia Ca. XII.

FIrmum ac stabilem esse oportet dei seruum, nec iniuria lacessitum irasci, nec laudatum insolēter efferri. Vtrūq; præstitit mulier illa Chananæa. Cum em̄ canibus compararetur, quibus non erat concedendus panis filiorum, non est indignata, sed magis semet submisit, dicens: q etiam catelli micas panis comedant, quæ de mensa cadunt dominorum. Rursum cum responsum domini accepisset: Magna est fides tua, fiat tibi sicut uis: nequaq; tantæ commendationis gloria sese extulit: sed potius eandem humilitatem, quā contempta non deserue- Matth. 15

rat, egregie deinde probata conseruauit, fidei suæ magnitudinem magis ad diuinæ largitatis gratiam referens, quam ad arbitrij sui libertatem. Quod si quicquam ex eo sibi iactanter arrogasset, filiam pro qua supplicauerat, sanam non recepisset. Et nos igitur si ab ijs, quæ nequiter cõmisimus, purgari cupimus, modis omnibus caueamus, ne in eodẽ relabamur luto, alioquin per incõstantiæ uitium, nec satis creduli esse argueremur, nec ipsa, quæ intra nos est sanari filia poterit. Est autẽ constantis animi repugnare cupiditatibus, a bono instituto nunquam deflecti, & cum semel ad colendam æqui honestique uirtutem conuersus fueris, nusquam ab ea discedere uelle. Profecto qui sic sibi constiterit, intrepidus uitæ finem expectabit, spe certissima firmatus de morte se transiturum ad immortalitatem, & illam beatitudinem, quam nec fando exprimere, nec cogitando possumus complecti. Nos ergo tantæ mercedis cupiditate flagrantes, cũ sanctius uiuendi domũ ædificare cœperimus, fundamentum eius supra petram stabiliamus: & ipsam uirtutum structuram nec malignorum spirituum uenti cõcutere poterunt: nec præsentium aduersitatũ flumina obruere: immobilis inuictaque perstabit, donec ad culmen usque perducatur summæ perpetuæque integritatis. Frustra autẽ Christum in cordis nostri monumento condimus, si constantię lapidem ad ostium monumenti non admouemus, ut eo aditum inimicis Christi, quantum in nobis est, prohibeamus. Qui sunt isti inimici procul longeque abigendi, nisi uitia ipsa, quæ salutaribus uitæ monitis reluctant atque obsistunt, & quicquid probe laudabiliterque ædificatum fuerit, destruere festinant. Ab his quidem quicunque se illæsum incõtaminatumque custodierit, hic uere Christi discipulus erit: cui idem dominus iure ac merito dicere poterit: Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Ille enim uere petra est supra petram, qui dum Christi uestigijs innititur, in his in finem usque fixus perseueret, & in domino cõfidens, sicut mons Sion non mouetur in æternum. Vt autẽ ista cõstantiæ uirtus quãta sit magis patescat, instabilitatis quoque uitiũ quam execrandum habeat consyderemus.

Luc. 6

Matth. 16

De animi inconstantia. Ca. XIII

QVemadmodum futurū & constantem animum supra petræ soliditate ædificare diximus, & id quod ab eo fabricatum fuerit, tam contra dæmonum præualere certamina, q̄ aduersus malorū, quæ mortalibus contingunt, acerbitatem: ita econtrario debilē, & in proposito minus persistentem domui illi comparandum esse arbitramur, quā moli arenæ impositam & uentorū concutit flatus, & impetus subruit fluuiorū, atq; ad solū usq; concidere cōpellit. Is em̄ qui inconstans fuerit, facile quidem et fraudibus diaboli cædet, & uiolentiæ persecutionū, & fastui ambitionis, & cumulandarū opum cupidini. Seruabit fortasse fidem, quā diu nemo aduersabitur: sed si qua fœdæ uoluptatis appetitione cor titillare serpentis antiqui calliditas cœperit, si tyrannus minari necē, si collati magistratus dignitas efferre, si animū habendi auiditas inquietare, adulterio inquinabitur, ut Herodes: metu ad negandum subuertetur, ut Petrus: optimū quenq; contēnet, ut pontifices & scribæ Christum, dum lucra sectat̄ ut Iudas, nec furtis abstinebit, nec sacrilegio. Quod autem turpissimū sit, cum bene cœperis male desinere, & nunc hoc, nunc aliud uelle. Aliæ quoque in euangelio similitudines indicio sunt. Inconstantis quippe hominis uolubilitas comparatur arundini uento agitatæ, dum Ioannes Baptistalis non esse asseritur. Adde q̄ arundo ipsa & fragile lignum sit, & infructuosum uacuumq; intus ac nodis q̄dē plurimis intersectū. Ita uir sibi minus constans, tentationibus succumbit, bonarū actionū sterilis est, uanitatibus affluit, & multorū uinculis innodatur peccatorū. Eundem lunatico illi conferre possumus, quem nunc in ignem, nūc in aquam cadere solere dixerunt. Inconstans igitur ut Luna mutatur: & cum iam pene plenus bonorū creditur, tūc deficere incipit: cumq; alternis motibus agitet̄, & nunc igne charitatis incalescat: nūc aqua maliciæ frigeat: prōptius tamen ad id quod malū est rapitur, & ad peccata declinat. Quod aūt difficulter ne in scelere p̄seueret effici queat, disce. Lunaticū hunc apostoli curare non poterunt, a Chri-

Lucæ. 6

Matth. 11

Matth. 17

sto sanatus est, qui ipsis mirantibus, quare sibi id non licuerit, dixit, hoc dæmoniorum genus non posse eijci nisi per orationem & ieiunium: ostendens grauissimam q̄dẽ esse animi egritudinem inconstantiam. Hanc præterea rotarum instabilitati cōparat scriptura: Pręcordia fatui inq̄t, quasi rota carri: & quasi axis uersatilis cogitatus illius. Et quoniam rota ista non solum instabilis est, sed etiam dū̃ tracto curru uertit̃ magnos ædit stridores, & crebra reuolutione atteritur ac deperit. Sic hominis inconstantis leuitas quicquid bene fecerit, ipse suas laudatioues iactabundus garrit, & facinus illud, quo meritum aliquod apud deū̃ cōsequi sibi potuisset, euacuat inanis gloriæ cupiditate: deinde hanc ipsam gloriam prauis operibus, ad quæ semper pronior est, destruit: & in suimet infamiam turpiter conuertit. Nam quamuis aliquando etiam non improbi ingenij esse uideatur, nunq̄ tamen non maiore sui parte malus est. De quo Iacobus apostolus: Vir inquit, duplex animo inconstans est in omnibus uijs suis. Quippe qui nū̃c hoc, nū̃c illud appetit: cui quod modo placuit, modo displicet: & rursum quod displicebat, placet. Qui si quando boni aliquid agere aggreditur, semper ante q̄ perficiat cessat: atq̄ idem nec sedere, nec stare diu potest. Multiplex, uarius, discors est, secum pugnans, sibiq̄ met contrarius, nec in uerbis nec in factis idem. Profecto qui talis est, nunq̄ aliquo honestioris uitæ studio proficere poterit, immo cum in seculi huius pelago uela faciens frequenter naufragetur, mergendum tandem in profundo inferni facile conijci potest. Nunq̄ enim sic resipiscit, ut non cras deterior q̄ hodie sit. Nos ergo ne quando ad eius tam damnosam animi mobilitatem tam periculi plenā declinemus, discamus post constantiā etiā fortes esse: Et iā de ipsa fortitudinis uirtute pro ut nobis diuinus euāgelij sermo suggerit, disseramus.

¶ De animi fortitudine ¶ Ca. XIIII

FOrtis animo is est, qui nulli rerum fragiliū̃ cupidini succū̃bit, & neq̄ aduersantibus frangit̃, neq̄ prosperitatibus insolescit: cælestibus tantū̃modo bonis adipiscēdis inhiat, cætera contēnit. Fortis est igit̃ q̄ uincit aua-

ritiã, et audit dñm dicẽtẽ; Cauete ab omi auaritia: quia nõ in abundantia cuiusq; uita eius ex ijs quæ possidet. Supera ta aũt auaritia ad munificentiam liberalitatemq; se confert: & ea quæ habet, indigentibus dilargit, dum ad pfectioris uitæ sublimitatem ascẽdere festinat: iuxta illud saluatoris dictum: Si uis perfectus esse, uade & uende omia quæ habes, & da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo, & ueni sequere me: Non erat perfectio contẽnere diuitias, nisi addidisset dñs, ueni sequere. Omnibus abundare uirtutibus quærit qui Christũ imitari decernit. Christi eñi imitator q̃primum ueterem exuit hominem & induit nouum, superbiam mutat humilitate, iracundiam lenitate incontinentiam castitate, & breuiter uitium uirtute. Atq; ita malaꝝ passionum uictor efficitur, cum ad diuersas ab his actiones animũ conuertere cœperit. In his deinde confirmatus omnes præsentium tribulationum ictus excipit clypeo patientiæ, de omnibus deo gratias agens, minusq; se pati confitens, q̃ peccata sua mereanf. Hoc est illud q̃d præcipit dominus & ait; Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suam & sequatur me. Ac ne qs crucis nomine, quod dura asperaq; significat turbetur, discipulos suos cõsolatus est, dicẽs: In mũdo pressurã habebitis, sed confidite, ego uici mundum, quasi diceret: Sicut ego propria uirtute calcaui mundi huius erumnas, ita & uobis uincẽdi facultatem conferam, ut per me mala omia magno animo perferendo, illis omnibus fortiores potentioresq; sitis: tãtum non in uobis sed in me spem fiduciãq; habeatis: Hunc præterea fortis animi uirum, Christiq; domini sectatorem: quemadmodum aduersa non deijciunt, ita nec secunda arroganter erigunt. Frustra eñi in aduersis uinceret, si in prosperis per inanis gloriæ appetentiam superaretur. Itaq; in dignitate constitutus non sibi blanditur sed alijs prodesse affectat, nèc tam præpositum se esse meminit, q̃ eorum quibus præest ministrũ, a domino admonitus dicẽte. Quicũq; uoluerit inter uos maior fieri, sit ur̃ minister: & q uoluerit inter uos primus esse, erit ur̃ seruus sicut filius hois nõ uẽnit ministrari sed ministrare, & da-

Matth. 19

Matth. 17

Iohan. 16

Math. 20

re animã suam in redemptionẽ pro multis. Præstantis autem ac strenui animi est, dominandi cupidinẽ, quæ sæpe robustissimos uicit, superare: ipsamq; regum põpam & principum luxuriam pro nihilo ducere, atq; in omnibus cũ Christo humiliari. Quid em̃ esse potest maius Christo? qui eiuscemodi humilitatem sic in se commẽdauit, ut dei filius non dedignaret̃ esse hominis filius, & formam serui assumere, cum esset omnium dominus. Deniq; fugisse dicitur in euangelio, cum eum regem facere uellent. Et non est regnum meum de hoc mundo inquit. ut suo exemplo non in terra regnare, sed in cœlo desyderemus. Vnde &
Ioan. 18 mercedem humilitatis, & non humilitatis pœnam proposuit dicens: Qui se humiliat, exaltabit̃: & qui se exaltat, humiliabitur. Ad hanc animi fortitudinem pertinet, ipsam etiã, quã præcipue uulgus formidat, mortem contẽnere: nec ullo supplicij genere sic terreri, ut a bono honestoq; discedas.
Matth. 10 Nolite timere eos inquit, qui occidunt corpus, animam aũt non possunt occidere: sed potius eum timete, q̃ potest corpus & animã perdere in gehennã. Si ergo casus inciderit, ut aut moriendũ sit, aut peccandum, eligat̃ potius mors corpis q̃ aĩæ, mors em̃ aĩæ pctm̃ est. Quod si metu mortis pculsus, uitæ fragili & uelis nolis cito perituræ tũc peperceris, illam stabilẽ & immortalẽ, qua sancti fruuntur, amittes. Ait enim: Qui uoluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Nam siquis peccare mauult q̃ mori, hic sibi uiuet, & deo moriet̃. Deo autem mori est, in inferni baratrum ruere, nullum cum ijs qui uere uiuunt habere cõsortium. Sequit̃: Et qui pdiderit animã suam propter me, inueniet eam. Sed ne forte dubius & incertus quęras, quo locorũ inueniet eam, ait: Vbi ego sum, illic & minister meus erit. Quid aũt illo homine felicius, qui merebitur esse socius Christi? Sed si cum illo simul uiuere uolumus, mundo moriamur nullum recusantes, quo deo gratificari possimus laborem, nulli cedentes aduersantium psecutioni. Nam dum tyrannus minatur necem, Christus aperit paradysum: dum homo impius tormentis cruciat, clemens deus refrigerij sempiterni sedem cõstanter tolerãti-

bus parat: præmijq́ magnitudine tanto ampliat magis, quanto grauius pro amore suo affligimur: si tamen uindi ctam in eos qui affligunt, non appetimus, sed econtrario bene illis facimus beneq́ optamus, a quibus male accipimur, dicente domino: Diligite inimicos uestros, & benefacite ijs qui oderunt uos, & orate pro persequētibus uos. Math. 5
Hoc prior præstitit ipse qui præcepit: deinde serui eius, qui suis persecutoribus monstrabant uiam salutis: & a quibus tormenta patiebātur, eis ignosci orabant. Proprium itaq́ christianæ fortitudinis est, seipsum uincere, & affectibus cōtra rationem nitentibus imperare: nec carni sed spiritui obedire, ipsumq́ dominum pro uiribus imitari, eiq́ sese q̃ simillimum reddere. Sed iam fortitudini cōtrariam pu silli animi imbecillitatem in medium proferamus Fit eñ ut magis elucescat uirtus ex comparatione uitiorum.

De animi imbecillitate. Ca. XV

SI eum fortem esse cōstituimus, qui cupiditatibus dña natur, quis erit imbecillus & infirmus nisi qui sese his in seruitutem dederit? Hæc aũt seruitus multo tur pior atq́ fœdior est, q̃ illa quam fecit captiuitas, aut quã nascendi attulit cōditio. Neutra eñ istarum officit, quin etiã in ipsis magis liberi dominis nostris esse possimus. Maior quippe libertas est, non esse subiectum uitijs, q̃ non esse hominis mancipium. Vere igit̃ imbecillus est, quem supe rat auaritia, uel fraudulentia, uel simulatio, uel arrogantia, uel uanagloria, uel ira, uel gula, uel luxuria, uel libido, uel inconstantia, uel timor, uel ociositas, uel eorum quæ ab eccle sia recepta sunt, incredulitas: cæteraq́ id genus: quæ quoniam rationi naturæq́ repugnant: quisquis illis seruierit, non iam inter homines computandus, sed inter pecudes erit numerandus. Ratio eñ propria hominis est: bestiarum aũt natura id tm̃ sequi quod suggerit appetitus, nullumq́ boni ac mali discrimen habere in his quæ appetuntur. Im becillus es igitur, si iugo premeris auaritiæ, cui seruiendo, non poteris seruire deo. Non potestis inquit, deo seruire et Matt. 6
mammonæ, hoc ēst. deo & diuitijs. Syri eñ diuitias mãmonã appellant, Quia ũt diuitias præferũt Christo, & ni-

hil egeno porrigunt ipso dei filio in fine. iudicante audituri sunt: Esuriui & non dedistis mihi manducare. Cuius criminis conuictus diues ille, qui se tantū pascebat, in inferno sepelitur, ut semper miser sit, quem miserorum non tetigit pietas, dum sua cupide retinet, & pecuniam magis q̄ Christū diligit. Imbecillus itē es, quando alterū dolo seducere contendis; ab iniustitiæ enim uitio superaris, quoties alios fraude aliqua supplantare moliris. Non poterit in eo pectore habitare Christus, in quo domicilium sibi fecit dolus. Nam ipse de eiusmodi homine dixit. Vulpes foueas habent, & uolucres coeli nidos; filius aūt hominis non habet ubi caput suum reclinet. Nō habet Christus ibi requiē, ubi stabulantur uulpinæ fraudes, & uolucrum instar alte se erigentis hominis elatio. Fraudulentiæ autem comes est simulatio. Semper enim simulationibus utitur fraudulentus; aliud facie præferens, aliud in corde occultans. Qui licet homines fallat, deum non potest decipere. Si modestū, si pium, si castū, si deniq; iustum se esse finxerit, cum longe alius sit, nonne cum illis damnabit̄, quibus dictum est: Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui mundatis q̄d de foris est calicis & parapsidis, intus aūt pleni estis rapina & immunditia. Væ uobis qui similes estis sepulchris dealbatis quæ a foris apparent hominibus speciosa, intus uero plena sunt ossibus mortuorū & spurcitia. Quanto igit̄ melius id esse quod apparere uis, q̄ quod nō es uideri uelle. Imbecillus quoq; es, si committis ut te sibi subijciat superbia, teq; arroganter incedere cogat. Ea superatus, alijs præferri concupisces, & plus honoris q̄ q̄ mereris tibi exhiberi postulabis. Quam rem scribis & pharisæis exprobrans dominus ait: Omnia opera sua faciunt, ut uideantur ab hominibus: dilatāt enim philateria sua, et magnificant fimbrias: amant aūt primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis & salutationes in foro, & uocari ab hominibus rabbi. Ergo & inanis gloriæ cupido arrogantibus dominatur: de quibus in euangelio Ioannis dicitur: Dilexerunt gloriam hominū magis q̄ gloriam dei. Statuit ergo eos diabolus supra elatæ iactantię pinna-

Matth 8. · Matth. 23 · Ibidem. · Ioan. 12

culū,ut quo altius ascenderint, grauius elidanť cum ceciderint. Vis nosse q̄ infirmi sint qui sic corruunt? non ui co Luc. 4
acti, sed uerbis deliniti sua sponte labuntur. Diabolus em̄ nisi imbecillior homine esset, non ei quem supra tēplum posuerat, dixisset: mitte te deorsum, sed ipsemet eum precipitem dare tentasset. Quis ergo corruit, nisi q imbecillis inimici callidæ suggestioni paret? ut non inuitus sed uolēs subuertatur & cadat. A quo qdem casu eo difficilius exurgunt ambitiosi, quo magis adulantiū sibi palpatione delectantur. Ideo in euangelio dictū est. Væ uobis cū bene- Luc. 6
dixerint uobis omnes hoīes. Et per prophetam dn̄s: Popu Esa. 3
le meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & uiam gressuum tuorū dissipant. Væ ergo illis, qui per adulationē ita hallucinanť, ut se peccatores esse non agnoscant cū laudantur. Cares præterea mētis fortitudine, si te iracundia occupat & furere compellit. Talis fuit sacerdotū ille prince- Matth. 26
ps, qui cum audisset Iesum confitentem se a dextris dei sedere, in rabiem concitatus uestimenta scidit, & in clamorem prorupit: blasphemum eum uocans, qui assertor erat ueritatis. Neq; em̄ potuit quod uerum erat intelligere ira præpeditus, aut q̄d rectū est iudicare. Vsq; adeo excæcari solent, qui supra modum irascunť. Sed neq; ille fortis est habendus, qui uentri seruit: & omne suū studium iñ cibo potuq; delicatius q̄ uitæ ratio postulat comparando ponit. Vt autem cognoscas q̄ perniciosa gulæ seruitus sit, de Math. 24
manducante & bibente cum ebriosis in euangelio est scriptū, q; diuidet eum dominus, partemq; eius ponet cū hypocritis: ut uidelicet ibi ficta crucieť abstinētia, ubi simulata torqueť sanctitas. Illic inquit, erit fletus & stridor dentiū: ut miserabiliter lugeāt, qui in cōuiuijs immoderate lætati sunt: & esu riendo siccis crepitent dentibus, quos esculentis poculentisq; resperserant crapulādo. Atq; ideo alibi dicitur. Væ uobis qui saturati estis quia esurietis. Qui aūt Lucæ. 6
gulæ atq; uentri sese in seruitutem dedit, idem luxurię libidinisq; uitio facile cædet. Ventris enim repletione uenas inflari intumescereq; necesse est, & inde pudēda ipsa in uenerē concitari, & in turpem pruritū exardescere: Quod au

tem male cum illo agitur, qui his affectibus est addictus, prodigi filij in euangelio miserabilis testat̃ euentus. Deuo
Luc. 15 rasse dicitur substantiam suam cum meretricibus, & ad inopiam redactus pauisse porcos. Et em̃ substantiam nostram deuoramus, cum per peccatum diuinæ gratiæ lumẽ in nobis consumimus: atq; ita porcos pascimus, rem gratam faciendo immundis spiritibus, qui nos ad impudicitiam stimulant, & si peccato inquinatos uiderint gaudẽt. Peccare autem non tantum opere libidinoso fœdoq;, uerum etiam turpi cogitatione possumus, dicẽte domino:
Matth. 5 Omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iã mœchatus est eam in corde suo. Hoc aũt quod uiris dicit̃, etiam mulieres respicit; quia caput mulieris uir est. Ita fit, ut quod capiti uetitum est, nec corpori licere intelligatur. Præterea imbecilli animi certissimum argumentum est, uoluntas incerta, nũc hoc nunc aliud placet, proposito semper labãti & instabili. Quod si ille qui bene institutus pseuerat usq; in finẽ, saluus erit: nonne is qui in uia uitæ multiplex ac uarius est, procul erit a salute? Profecto nihil prodest corrigi, ubi contingit repente deprauari. Sed cætera percurramus, cum de isto inconstantiæ uitio abunde dictum est supra. Igitur neq; ille fortis erit, qui timore perterritus delinquit, & dum uel rerum suarũ uel corporis detrimentum, uel uitæ periculum cauet, deum offendere nõ ueretur.
Luc. 23 Timuit Pilatus cæsarem, quando Christum damna-
Marc. 14 uit, quem confessus erat esse innocentem. Timuerunt apostoli, cum comprehendi uidissent Iesum: & dum fragili uitæ metuunt, ueram deserendo fugerunt. Timuit Petrus, quando dominũ se nosse negauit, pro quo postea spiritusancto confirmatus mori non timuit. Infirmi etiam atq; abiecti animi indicium est otiositas. Non nulli quippe uirtutis operibus ideo exerceri nolunt, quia uerent̃ ne la-
Iohan. 15 bori succumbant: maluntq; ignauo ocio torpescere, q̃ ullã religiosæ uitę fatigationem subire. Hi sunt palmites illi infructuosi, a uera uite abscindendi: & cum nullum sanctæ actionis humorẽ habentes exaruerint, mittendi in ignem ut ardeant. Tempus enim ad bene agendum datum, nihil

agendo consumpserunt, defoderuntq; in terra talentum, a domino ideo cōmodatum, ut rediens exigat illud cum fœnore. Et si hac lege talentum istud accipimus, quomodo restituemus, si lucri nihil fecerimus? Postremo qui animo imbecillo est, ne fidelis quidem esse poterit. Semper enim dubius pendet & dum errare metuit, errat: diuersarum gentium diuersas consyderat sectas, & cui earum adhærendum sit, incertus fluctuat. Cum nulla uerior credibiliorq; religio sit, quàm quæ deo autore tradita est hominibus. Istos uero qui adduc in ambiguo uersantes, nihil affirmare audēt, pusilli animi esse declarat ipse dominus, qui discipulis tēpestatē formidantibus: Quid inquit, timidi estis, nec dū habetis fidem? De talibus alibi ait: Ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt. Ac ne plura enumerando longius protrahat oratio, cuicūq; uitia dominant imbecillus & infirmus est. Fortis autem inuictus, cui adest uirtus, quem non deserit ratio, qua ipse suam uoluntatem, a seculi uoluptatibus auersam ad ea quæ cœlo digna sunt, dirigit: & ad æterna properans ea quæ temporalia sunt, constanti atq; erectto animo tentemnit. Marc. 4

¶De contemptu gloriæ Ca. XVI.

QVod si in fortibus censeri cupimus, præter iam dicta hominum rumusculos & famæ mundanę blandimēta ne aucupemur. Si quid benefeceris, notum esse ei sat est, qui fidelium hominum benefacta æternæ beatitudinis mercede compensat. Inanem autem gloriam semper fugiendam esse, saluator noster & exemplo monstrauit, & præceptis docuit. Descendens de monte leproso mundato in iunxit, ne cui diceret. In hoc instruens, oportere nos quidem beneficos esse erga proximum, & tamen laudationes hominum nō quærere. Duobus quoq; cæcis, cū redintegratis oculis uisum eis contulisset, comminatus dicitur, ut cauerent ne quis sciat: quamuis Euangelista subiungens dicat: Illi aūt exeuntes (in domo enī sanati fuerant) diffamauerunt eum in tota terra illa. Ex quo discimus, beneficia quæ contulimus, tacere quidem: quæ autē recepimus, prædicare; ut in altero ostentatio, in altero ui- Matth. 8 Luc. 5 Mar. 9

tetur ingratitudo. Idcirco cæci isti post acceptam sanitatē, ne iussi quidem silentium tenere potuerunt, neq; tamē ob hoc reprehenduntur: quia & dominus ideo iussit ut doceret humilitatem: & illi ideo non obedierunt, ne magis ingratitudine offenderent. Iterum gloriam hominū minime appetendam esse ostendens, cū multos aduersa ualitudine uarijsq; morbis oppressos pristinæ sanitati restituisset, præ

Math, 12 cepit eis (ut Matthæus ait) ne manifestū se facerent. Quan q̄ eñ non possumus non esse manifesti, quoties erga plurimos pietate liberalitateq; utimur, nulli tamen alij, nisi soli deo hoc quod pro eius amore præstamus, notum fieri, cupe debemus. Quēadmodum in ijs q̄ graui morbo liberati sunt, sanitas latere non poterat, & tamen ipse qui eam induxit medicus, quasi latere posset, ne uulgaret̄ impauit: testatus bona q̄dem omni loco, omni tp̄e faciēda esse: nō tamen ideo ut alij sciant, sed ut obsequm præstetur deo, q̄ ea fieri præcipit, ad suam non ad hominū gloriam: ut eam mercedem, quam nemo alius præstare potest, ab ipso recipere mereamur. Nullo modo cælari potest illius uita, quē mortuum fuisse omnibus manifestum est, & tamen dn̄s

Mar. 5 filia Archisynagogi suscitata non solum præcepisse dicit̄, sed uehementer præcepisse, ut nemo id sciret. Quorsum ergo spectat, quod ita p̄cipiat, nisi ne per bonū q̄d agimus, uulgi uoculas requiramus? Qui eñ id captant, mercedem a dn̄o promissam non merent̄. Sed quæri potest, cū toties

Luc. 8 opera sua p̄ceptor humilitatis cælari iusserit, cur apud Gergezeos dæmoniaco sanato dixit: Redi in domū tuā et narra quanta tibi fecit deus: quare hic nunciari mandat, quod in supra dictis tegi silentio p̄cipit? Respondemus: quia alibi de se tanq̄ de homine silētium imponēdo iactantiā uitandā docuit: hic aūt quasi de deo narrari oportere nō dissimulauit, ut & nos quicquid bene agimus, non ad nostrā, sed ad dei laudem referamus. Itaq; non dixit, quanta ego sed quanta tibi fecit deus, Illud quoq; qualiter accipi debe

Mar. 7 at, nunc indagandum occurrit, quod in Marco scriptū legimus: Et ingressus domū neminem uoluit scire, & non potuit latere, Sed hoc apud Gētiles in finibus Tyri & Sydo-

his gestũ esse meminisse debemus, quibus non anteq̃ Iudæis pdicandum erat euangeliũ: q̃a ergo uulgãdi Gẽtibus euangelij nondũ tẽpus erat dñs Iesus noluit tunc illis nũciari per aplõs, sed tm̃ agnosci p miracula, his duntaxat q ultro ad fidem uenturi erant. Non ergo uoluit aliq̃d quod nõ potuit, sed & quõ uoluit, latuit: & quõ noluit, latere nõ potuit: rogatusq̃ a muliere Syrophenissa filiam eius a dæmonis uexatione liberauit, ut dũ uerbi pdicatio subtrahit, mirabilium opatio credere uolẽtes inuitaret. Neq̃ em̃ repudiari debent, qui non uocati ad Christũ ueniunt, si etiã uocati cum uenerint, saluentur. Cæterũ quia gloriæ contẽptorem etiam inuitũ ac nolentẽ sequitur gloria, apud eundem euangelistam habemus, q̃ saluator noster, his qui surdũ & mutum hominẽ ad se adduxerant, & sicut rogarũt sanum receperant: præceperit ne cui dicerent: sed quanto magis præcipiebat ut tacerent, tanto plus prædicabant: & eo amplius admirabant̃ dicentes: Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui. Præcipiebat sane ut tacerent, sed tamen prædicantes non increpuit. quo etiam nos opera nostra, & ad laudem nostram latere uelimus, & ad profectum aliorum non latere. Sciebat em̃ ille, cui etiã futura præsentia sunt, quia magis prædicaturi erant, quod multis profuturũ esset: & nequaq̃ ex hac causa silentium imparabat, sed ex ea, qua inanem gloriam nõ admittebat, Alioquin superuacaneũ foret iubere aliquid eis, quos contrarium facturos non ignorabat. In omnibns igit̃ iustitiæ pietatisq̃ operibus quærendæ propriæ laudis absit intentio, sed alienę utilitatis causa, ut innotescamus nõ desit charitas, & id, quoties uidebit̃ opportunũ, hoc est, cum non sit periculũ ut uel auditor iactantiæ crimẽ imputet, uel doctor committat. Quod quoniã frequenter contingit, semp tutius existima, nihil de te prædicare, nihil quod deo teste agis, ab alijs inspici uelle. Gloriæ quippe mundanæ cupiditate duci omnino nefas esse etiam tunc demonstrauit dñs cũ diceret: Ego nõ q̃ro gloriã meã. Qui illũ uere imitari desyderat, non quærat gloriã suã, sed gloriã dei, monẽte aplõ ac dicẽte: Siue mãducabitis siue bibitis, uł aliud q̃d fa Iohan. 8 1. Cor. 10

1.Cor.10 tis, omnia in gloriam dei facite. Illi omnia in gloriam dei faciunt, qui nihil ex ijs quæ bene laudabiliterq; agunt, sibi arrogãt: sed cũcta ad gratiam dei, qua semper indigemus referunt. Latere uolunt ne ipsi laudentur latere nolunt ut

Matth.5 laudeẽ deus, obseruantes præceptum dicentis: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideãt opera uestra bona, & glorificent patrem uestrũ qui in coelis est. Neq; hoc repugnare putemus alteri sententiæ postea dictæ: Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus ut uideamini ab eis. per hoc eñ quod subiunxit, ut uideamini ab eis, ostentationem facti prohibet, non spectaculũ. Eadem ratione eleemosynam fieri iubet in occulto, & orationẽ in abscondito, ut totum optimi cuiusq; studiũ sit, non suam laudem sed dei quærere. Huiuscemodi occultationem & parabola illa nobis insinuat:

Matth.13 *Simile est regnum cœlorũ thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo abscondit.* Thesaurũ in agro, uitam perfectiorem in ecclesia intellige: hanc cum inueneris, ita abscondere debes, ut quod per gratiam spiritussancti adeptus es, per tuam inanã iactantiam non amittas. Et quoniam hoc cæleste donũ comparari non potest, nisi contemnantur terrena. *Vadit inquit, & uendit uniuersa quæ habet, & emit agrum illum.* Renunciat eñ omnibus carnis uoluptatibus qui perfectus est, ut uoluptate spiritus, quæ in deo habetur, frui possit. Quanto tamen perfectior fuerit, tãto minus latere poterit. Non põt abscondi ciuitas in monte posita, neq; lucerna super candelabrum lucens. Quamuis in solitudine & in montibus ferarum petat cubilia ab humano cultu semotus, deo tamen uolente proditur: ut alij suo exemplo ad calcandam mundi gloriam cœlestiũ amore accendantur. Solus ergo in domino gloriari poterit, qui uanitatis humanæ pompam honoresq; contempserit. Sic eñ & apostolus gloriatus est, di

Gal.6 cens: *Absit mihi gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mũdo.* Et si humilitas ista sanctos deceat, profecto non sancti sed stulti sunt, qui terrenæ laudis honore delectantur. Horũ nunc dementia ueri assertione ostendenda est, ne quis er-

rore lapsus uitium amplectatur pro uirtute, & dũ honorari ab hominibus apppetit, a deo reprobari mereatur.

De gloriæ appetitione Ca. XVII

Scribas & pharisæos inanis gloriæ arguebat dominus, cum de illis diceret: Omnia opera sua faciunt, ut uideant ab hominibus, dilatant em̃ philateria sua et magnificant fimbrias. Amant autẽ primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & uocari ab hominibus rabbi. Igitur qui gloriam hominum appetit, non Christum, sed Christi aduersarios scribas & pharisæos imitatus: quantoq; magis humano ore laudari cõcupiscit, tanto grauius iudicio condemnatur diuino. Multos quidẽ uanæ gloriæ cupiditas a Christi religione dissidere, & cõtra ueritatem stare compellit. Dum em̃ cęteris ingenio & eruditione præstare uideri uolunt, scripturæ sensus ab ecclesia receptos atq; approbatos impugnare nitunt, nec ad hæreticorũ prauitatem decliuare timent, ut aliquid se acutius inuestigasse rudi plebeculæ persuadeãt, & apud indoctos doctorũ laudem sibi comparent. Quamobrem talibus est dictum: Quomodo uos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ a solo deo est non quęritis? Plæriq; aũt eodem appetendæ gloriæ uitio superati, tametsi fideles sint, si tamen ab infidelibus honorantur, cauent ore confiteri, quod corde credunt, & humanam laudem fide ipsa potiorem habent. Siquidem tales illi erant, de quibus Ioannes memorat, dicens: Ex principibus multi crediderunt in eum sed propter pharisæos non confitebantur, ne de Synagoga eijcerent: dilexerunt em̃ gloriam hominum magis q̃ gloriã dei. Quam ergo perniciosum uitium est inanis gloria, quæ alios ita infatuat, ut Christũ confiteri non audeant, alios etiam ut negare non uereant. Verum esse quod dicimus nostræ quoq; ætatis exempla probant. Vidimus non paucos ex Christianis transisse ad Machumetanos, & præfecturæ sibi collatæ honore electos, eorum ritus legesq; subisse, maluisseq; sine Christo, q̃ sine potestate uiuere. Cæterum ne illi quidem, q̃uis cũ fidelibus censeant, uirtutũ suarũ fructum aliquem refer-

Matth. 23

Iohan. 5

Iohã. 12

re poterũt, qui in his non ad laudem dei, ſed ad plebis plau ſum exercentur. Humilitatem præ ſe ferunt, & in poſtremo conuiuij loco diſcumbunt, non quia humiles ſint, ſed ut eſſe uideant. Vel ſicut in euangelio dicit: Exterminant

Math.6 facies ſuas, ut appareant hominibus ieiunantes, eleemoſynas faciunt & tubis inſonant oſtentationis, ut miſericordiæ ſibi laudem uẽdicent, atq; ita bonum opus malo fine corrumpunt. Cũq; ab ipſo bonarum actionum remunera tore deo mercedem recipere potuiſſent æternam, fragilem & caducam malunt, fucũ uidelicet iſtum uolatilem auræ popularis. Huius tam peruerſa ſanctimoniæ & illi erant, q

Matth.9 ſaluatorem noſtrum interrogauerunt, dicentes: Quare nos & phariſæi ieiunamus frequenter, diſcipuli autem tui nõ ieiunant? Quę autem utilitas eſt, uacuum cibo gerere uen trem, & gloriæ cupiditate repleri? Hac tamen & phariſęus ille refertus erat, quem certe nec coram deo puduit arrogan

Luc.18 tius, q̃ decebat ſeſe efferre. Deus gratias ago tibi inquit, quia non ſum ſicut cæteri homines, raptores, iniuſti, adulteri: ueluti etiam hic publicanus: ieiuno bis in ſabbato, decimas do omnium quæ poſſideo. Gratias quidem deo agere debuit, ſed alijs detrahere ſeq; tam improba iactatione efferre non debuit. Sic reliquos depreſſit, quaſi ſibi æquandus eſſet nemo: ſic ſemetipſum commẽdauit, quaſi ad ea quæ faciebat, nihil ultra addi oporteret: cum ieiunare adiumentum potius uirtutis q̃ uirtus ſit, & decimas da re æs alienũ ſoluere, non aliquid ſua ſponte offerre. Tantũ autem hac oſtentatione profecit, ut publicano quem proca citer taxauerat, minus iuſtus de templo diſcederet: documentoq; eſſet peccatorem qui ſe humiliat, magis eſſe deo charum, q̃ innocentem, qui ſeſe alijs præferendum iactat.

Matt.20 Non poſſumus tamen, quin tangamur aliquando gloriæ palpatione, ſed ſtatim aduocãda ratio eſt, ut quo caro blan ditur, mentis iudicio protinus repellatur. Nam & apoſtolos Zebedæi filios honoris tentauit ambitio, cum alter ad dexteram, alter ad ſiniſtram domini, quẽ mox in terra regnaturũ putabãt, ſedere cõcupiſſent. Et qm̃ terrenis adhuc affectibus ducebãt, rñſum eſt eis: Neſcitis qd petatis. Qd

si nescit quid petat, q̃ præferri cæteris appetit, nonne cæcos & improuidos homines facit ipsa humanæ laudis affectatio? Etẽm dum laudari cupiunt, ad uulgi opinionem uiuãt necesse est: & magis placeant simulatione q̃ ueritate. Necesse est etiã ut offensi irascãt, ne timidi & abiecti reputẽt: ut inuideant, ne alijs minoris existimationis habeãt: ut reliqua huiusmodi perpetrent, quæ uulgus fieri amat, q̃uis ea boni & æqui ratio non admittat. Ideo sane apostoli p̃ceptum est: Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Cum igitur plurimum mali ex laudis humanæ captatiõe soleat oriri, & nihil soli di boni nasci: quinimmo cælestis merces, quæ nobis a domino promissa est tolli, quandoquidem illi qui sic afficiuntur, mercedem dicuntur accepisse: contẽpta huiusce uanitatis cura apostolum audiamus monentẽ: Qui gloriatur, in domino glorietẽ: non ẽm qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem deus commendat. Audiamus & dominũ præcipientem: Cũ omnia feceritis quæ præcepta sunt nobis, dicite serui inutiles sumus, fecimus enim quod facere debuimus. Ad hæc semper peccatores nos esse meminerimus. Si enim dixerimus quia peccatũ nõ habemus nosipsos seducimus, & ueritas in nobis nõ est. Deniq; nihil boni uel in nobis, uel extra nos esse, de quo quasi de nostro gloriari possimus, dicente apostolo: Quid habes quod non accepisti? & si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Cum ergo cuncta quæ agimus aut dicimus laude digna, ad deum referẽda sint, ut ad bonorum omnium autorem atq; largitorem, profecto aliquid ex his nostræ uirtuti asscribere uelle, summæ ingratitudinis crimen est, arrogantiæq; non ferendæ. Facile autem gloriam præsentẽ contemnet, qui semper fragilitatis humanæ memor erit: quam inprimis mortis nostræ testaẽ conditio, de qua p̃ opportune quidem nunc tractabitur.

2. Cor. 10

Luc. 17

I. Iohan. 1

1. Cor. 4

¶ De mortis conditione Ca. XVIII

NOn est ibi stabilis gloria, ubi nõ est uita diuturna. Nobilẽ ignobili, liberum seruo, diuitem pauperi, strenuum ignauo, doctum indocto, sapiẽtẽ stulto,

regem deniq; priuato æquat mors. Et si fama superstes uiuat, quid ad te? quam uoluptatem ex eo capies, si non audis quid de te post te dictitent homines? Solent illi quidē qui per adulationem uiuo laudes dixerunt, de mortuo nō nihil obloqui: quippe cuius iam neq; beniuolentiam captent neq; uim formident. Sed esto ut lauderis, & in ore uiuas multorum, & hoc insuper ad te illi, q ad inferos descēdunt, perferant, nunquid nuncio isto illa tibi leuare cruciatus poterunt, & non magis grauare: si ideo te noueris fuisse damnatum, quia non uirtuti laborasti dum uiueres, sed gloriæ: & hominibus magis placere q̄ deo solicitus fuisti? Quam igit imprudenter, immo q̄ stulte inanis gloria q̄ritur, quæ etiam in infamiam uerti potest: & si non uertat, uel ignorata nihil iuuat, uel cognita plus doloris ei cuius est, affert, q̄ cōsolationis. Quid profuit diuiti in euangelio
Luc. 16 quotidie splendide epulari, purpura byssoq; indutū in publicum procedere, a plurimis honorari? aut quid nocuit Lazaro mendico canibus tantum qui ulcera eius lingebant, esse notum? Si hic defunctus ab angelis in sinu Abrahæ collocatur, si ille in inferno sepelit, & in igne ardet, & gutta aquæ indiget, & nullum supplicij finē sperat? Vtriusq; exitum consydera, & iam magis optabis inglorius & ignotus deo seruire, q̄ quærendæ laudis gratia, urbibus ac prouincijs imperare. Nunc reliqua, quę ad mortē hominis pertineant, euangelij loca percurrendo, more olitoris inter salubres herbas, eam tantum, quæ ad præsentē usum facit decerpentis, inquiramus. Naturale est omnibus animantibus mortem timere. In his tamen quæ ratione utuntur, id est, in hominibus, timorem istum a natura insitū, uitæ immortalis cupiditas superat ac uincit. Vtrunq; de saluatore nostro euangelistæ nobis prodidere. Sic em̄ in Matthæo legimus:
Matt. 26 gimus: Cœpit Iesus contristari & mœstus esse, tunc ait illis: Tristis est anima mea usq; ad mortem. Quamuis alij mœstitiæ huius causam assignent, non timori mortis, sed ei dolori quem capiebat ex perditiōe Iudę proditoris, aliorumq; in se credere nolentiū: posset hoc tamen, quod propinqua iam passione est dictum, & ad metum mortis re-

ferri: non tam quia timuit, quam ut hac etiam in re, sicut in cæteris in se hominis naturam ostenderet. Separari autem a corpore nemo est qui uellet, nisi idem per separationem istam ad æternam beatitudinem se transiturum speraret. Paulus apostolus nunquam dixisset Cupio dissolui, nisi cupitæ dissolutionis causa potior subesset, quam in corpore uiuere: quam ipse offendit continuo subiungens: Et esse cum Christo. Christus autem postquam cœpit contristari, uel, ut alius euangelista ait, tedere & pauere, ex natura passibili & infirma, ex eadem paulo post dixit: Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste. Sed quoniam ratio ipsa in nobis uincere debet naturalem carnis motum: nihil moratus intulit: Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. Vt semper dei uoluntas preferatur hominis uoluntati. Vis non timere mortem crede in illum qui ait: Ego sum uia ueritas & uita. Hic Ioan. 14 est enim uia morum, ueritas fidei, uita retributionis. Propterea quidem etiam hortatur nos dicens: Amen amen dico uobis, Ioan. 5 quia qui uerbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam: & in iudicium non uenit, sed transit a morte in uitam. Quod si in Adam morimur, & in Christo reuiuiscimus: si de morte nobis transitus est ad uitam, non est cur mortalitatem exui timeamus, mox immortalitate induendi: tantoque minus cum etiam corpus nostrum rursum assumpturi simus: non quale deponimus, tetrum, tardum graue, ignobile, terrenum, fragile, mortale, sed lucidum, agile, leue, gloriosum, omni pristina fece carens, nullis casibus obnoxium, beatitudinis capax, mortis expers dicente apostolo: Nostra conuersatio in cœlis est, unde & Phil. 3 saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ conformatum corpori claritatis suæ. Nos hac tanta spe confirmati non solum mortem non timere, sed etiam nullum mortis genus debemus exhorrescere. Ideo dominus noster cum asperrimam, tum ignominiosissimam elegit crucis mortem. Quem secuti sancti martyres omnes tyrannorum minas contempsere, omnia uicere tormenta, magis timentes deum offendere, quam quæcunque extrema perpeti. Quid quæ

etiam multi ante persecutionem, immo ante Christũ, cum nõdum paradisi ianua pateret, mori optarint? Ingemiscẽs
Psal. 119 Dauid ait: Heu mihi qa incolatus meus prolongatus est. & Helias: Sufficit mihi domine, tolle animã meã. & Iob: quare non in uulua mortuus sum? egressus ex utero nõ statim perij? & Ionas: Dñe tolle quęso animam meam a me quia melior est mihi mors q̃ uita. Quod si hi qbus adhuc clausus erat aditus regni cœlestis, hinc decedere optarunt, nos timebimus, qbus per Christum a maledicto iam libertatis patet paradisus? quosq; corpore isto exutos protinus excipit cœlestis claritatis habitaculum sempiternum. Ob hoc ergo probatæ uitæ homines mori non formidant quia prætiosa in cõspectu domini mors sanctorũ eius. Ob hoc aũt impij & iniqui terrent: quia mors peccatorũ pessima. Itaq; non dolore uehemẽti, neq; immodico fletu prosequi debemus eorũ funera, qui fide uirtuteq; satis præditi uixerunt. Beati eñ sunt mortui qui in domino moriuntur, amodo dicit spũs, ut requiescãt a laboribus suis. Vnde nõ immerito felicẽ talium obitũ scriptura sæpe numero dormitionẽ appellat: ut quiete eos et uita simul frui significet. Puellã suscitaturus dominus: Non est mortua inqt, sed dormit: & de Lazaro: Lazarus amicus noster dormit, sed uado ut a somno excitem eum. Paulus quoq; cũ de mortuis loqueret: Fratres inqt, nolo uos ignorare de dormiẽtibus. Et in psalmo habetur. Cũ dederit dilectis suis somnũ. Honestiore igitur q̃ mortis uocabulo mors notata est iustorũ qui in dño uiuunt. Vnde Christus iudex nuncupatus est uiuorũ & mortuorum, Plura quippe mortis genera sunt. Est proprie mors corporis recedente anima, quæ uiuificat illud: est per metaphoram mors animæ, cũ propter peccatũ a deo deserit: est mors reorum pœna in inferno: hęc in Apocalypsi scda mors appellatur. Quamuis eñ aĩa etiã peccatrix immortalis sit, mortua tamen est, tũ quando in corpe non deo uiuit sed peccato, tum quando in inferno pœnas luit æternas. Nam cũ mors primorũ hominũ in pœnã pcti data sit, ipsa pœna q̃ pro pctis infertur, mortis interdũ nomine designat. Atq; ideo sane nec ipsam corpis mortẽ bo

nã esse dicimus: q̃a stipẽdiũ pc̃ti est, q̃a non sine dolore ẽ t
sed tñ ut malis pniciosam, ita bonis utilẽ. Alteri em̃ mori-
unt ut in æternũ uiuãt, alteri ut in æternũ crucientur. fugi
enda ista, expetenda illa, etiã cũ tormẽtis & supplicijs pro
tp̃e tolerandis. Si em̃ tolerabimus & conregnabimus. Ma
gis excoctũ aurũ purius nitet: & terra per se ferax, si aratro
aut ligone uersata fuerit, fructus uberiores reddet. Mortis
tp̃e non est iustitiæ nostræ operibusq; confidendũ, sed in
misericordia dei sperãdũ: cum sanctus apostolus dicat: Nõ Ad Tit, 3
ex operibus quæ fecimus nos, sed scd̃m magnã misericor-
diam suam saluos nos fecit, Animam igitur a corpe dece-
dentem soli illi qui saluare põt commendemus. Qui ut hoc
nobis insinuaret, iam morti propinquus, iam spiritum tra
diturus, Pater, inquit, in manus tuas commendo spiritum
meum: & hæc dicens expirauit. Et nos ergo commendan
do animam deo, misericordiamq; eius implorãdo, ac p̃ci-
bus insistendo uitam istam finiamus: & tunc sequetur, q̃d
paulo ante diximus: Pretiosa in conspectu domini mors
sanctorum eius, & beati mortui qui in domino moriunt.
Cæterum sicut non timere mortem ad seruos dei ptinet: ita
econtrario eam formidare, ad seruos mundi. Quod ut cla-
rius constet, de uana præsentis uitæ cupiditate aliquid di-
camus.

¶ De uitæ cupiditate Ca. XIX

SI diu uiuendi uel uota uel confidentiã hoĩm recte per
pẽderimus, plurimos q̃dẽ qui ita afficiunt, uanitatis
imprudentiæq; arguemus. Diu uiuere sperabat diues Luc, 12
ille in euangelio, qui frugum ubertate lætatus dilatare cogi
tabat horrea, cellariaq; ampliare, & his q̃ una æstas attu-
lerat, per annos multos frui. Tantos autem cogitatus ab-
scidit nunq̃ satis prouisa mors: atq; nocte illa qua ipse si-
bi longiora felicioraq; uitæ spacia promittebat, coactus
est decedere, & cuncta quæ collegerat, alijs relinquere pos
sidenda. Frustra igitur aliquid diuturnũ fore sperat, q̃d sta
tim põt deficere. Sed aliud est sperare dices, aliud cupe: licet
nõ idẽ sint, alterũ tñ ab altero pẽdet: et ex desyderio spes, et
spe orit desyderiũ, Alioq̃n q̃d stultius eẽ pt, q̃ cupe aliq̃d q̃d

te assecuturum non speras? Sed cupis diu uiuere simul & speras, uerumtamen times, ne te spes ista fallat, atque ita inter spem metumque dubius fluctuas. Et cum ita sit, quæro abs te cum uoti compos fueris, cum ad decrepitam usque ætatem perueneris, quam diu uixisti? annos centum aut plus fortasse, si toto hoc tempore deo uixisti, præclare quidem tecum agit: mox enim in æternum uiuere incipies: at si tibi tantum, male profecto rebus tuis consuluisti. Voluptas quippe omnis quæ cum ætate præterijt, pro nihilo est, peccata autem manent & perdurant quibus grauatus animus ad inferos ruit, ibi pro breuibus delitijs pœnas luiturus sempiternas: Quid quod omnium hominum breuissima uita est super terram? atque (ut Iaco-
Iacob.4 bus apostolus ait) uapor ad modicum parens? Quæ res cum neminem lateat, quid quæso tantopere cupimus, quod uelimus nolimus, cito pertransiturum non ignoramus? Diu uixit Adam, diu Mathusalem, alijque nonnulli ex patribus. Diuturnitas tamen ista senescente mundo defecit. Quis enim nostra memoria centesimum uitæ attigit annum? cum præsertim
Psal.89 psalmista dicat: Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni: si autem in potestatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor. Quære si quem inuenire potes octogenarium senem sanum: neminem certe reperies, cui uel aures non obsurduerint, uel uisus non hebetauerit, uel pedes non titubent, manus non tremant, dorsum non curuet, dentes si qui reliqui sunt, non fluitent, & tota corporis deformata facies non penitus alia sit quam fuerat. Adde tussim, aploplexiam paralysim, stomachi cruditatem, uentris tormina, inguinum tumorem spirandi difficultatem, mingendi stranguriam, aliaque huiusmodi multa, quæ annositas ipsa secum apportat, nec corpus modo, uerumetiam mentem infestans. Videas enim plerosque delirare per ætatem: & qui paulo ante sapientes habiti erant, iam ridiculos esse. Cumque tot mala una senectus afferat, nonne satis apparet, eum qui diu uiuere appetit, non uitam appetere, ut putat, sed morbos? Si quibus autem contingat, quod rarissimum est, ut etiam in senecta integris sensibus, uegetoque corpore & mente illæsa sint, hoc donum dei est, cœlestisque gratiæ fauor,

non longæuæ ætatis, quæ cuncta corrumpere consueuit, beneficiũ. Quod ecclesiasticus testat̃ dicens. Dedit dominus ipsi Caleph fortitudinem: et usq; in senectutẽ permansit illi uirtus. In Iob etiam legimus: Sperabam q͂ ætas prolixior loqueretur, & annoꝝ multitudo doceret sapiẽtiam: sed ut uideo, spiritus est in hominibus, & inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Deniq; in euangelio dominus: Dabo uobis inquit, os & sapientiam. Hanc uero sapientiam & iuuenes expetere & senes debent. Quam si adepti fuerint, dabũt certe operam non ut diu, sed ut bene uiuant: neq; ut ætate sed moribus graues sint. Nam diu uiuere hoc quoq; mali habet, q͂ necesse sit, ut qui diu uixerit, mortes uideat multorum, lugeat liberorum orbitatem, ingemiscat coniugis, fratrum, cognatorumq; funera, & frequenter exitu tristetur amicorum. Quin etiam uel sua uel aliorum adhuc uiuentium infortunia deploret: quãdoquidem crebrius mala q̃ bona contingere mortalibus solent. Quas ob res unam tantum habemus (ut equidem reor) uitæ diuturnioris concupiscendæ causam: ut uidelicet quo plus uixerimus, uberiores pœnitudinis nostræ fructus colligere possimus, tantoq; maius promereri apud deum præmium, quanto prolixioris temporis laborem eidem seruiendo sustinuerimus: dum & alijs prodesse optamus, et pro nobismetipsis cupimus facere satis. Alioquin longam uitã desyderare, non dei sed seculi amatorum est: qui nullo præsentium uoluptatum haustu satiantur, qui semper uiuere uellent, ut semper peccare possent. Et tamen mala cupita senectus in eo illis bene consulit si uenerit, q͂ lasciuiendi uires abscœnosq; amputet affectus, & ad continentiam cogat inuitos. Cæterum quoniam fidei integritati congruit, non solum quæ iussa sunt obseruare, sed etiam quæ consulta perficere: opportune nunc occurrit, de perfectæ religionis professione facere sermonem.

Eccl.46 Iob.32 Luc.12

¶ De perfectione vitæ Ca. XX

PErfectioris uitæ conuiuium est, ad quod inuitat nos dñs: multos qdem uocat, sed nõ oẽs, q uocati sunt ueniunt: alium retinet corporis uoluptas, alium cumu-

landarum opum cupiditas impedit: de qbus dicitur: Illi
Matth. 22 aūt neglexerunt & abierunt: alius in uillam suā, alius uero
ad negociationē suā. His grauati uenire omnino nequeūt.
Deponendum est ergo onus, si altiora cupis ascendere, &
de paucorꝝ esse numero electorꝝ. Tūc te uere a deo electū
esse noueris, cū magno animo illa quæ multorum sunt cō-
temnere cœperis, & omnem prorsus affectum ad solum
Matth. 10 Christum conuerteris, solum imitari statuerit. Ait eñ: Qui
amat patrem aut matrem plus q̄ me, non est me dignus:
qui amat filium aut filiam sup me, non est me dignus. Ita
tuos ama, ut deum non offendas: alioquin plus te illos dili
gere argueris, quorum causa peccare non timueris: quan-
doquidem etiam propria mors magis est elegenda, q̄ cri-
men committēdum. Ideo subditur: Et q non accipit crucē
suam & seqtur me, non est me dignus. Etenim queadmō
dū ipse crucifigi uoluit, ut nos redimeret: ita tu crucis mor
tem timere non debes dum tuū confiteris redēptorē. Tūc
aūt uere uiuere incipis, cū pro eius noīe occideris. Qui pdi
derit animā suam inqt, propter me, inueniet eam. Transit
eñ de morte ad uitam, de terreno habitaculo ad cœleste re
gnū, semp beatus futurus qui mori innocens maluit q̄ no
cens uiuere. Solent autem parentes cognatiq; qui munda-
na sapiunt, modis omnibus iter impedire ad perfectionē
tendentium: conquæruntur se derelictos, omni se solatio
destitutos. Qua in re cauendum est, ne nostra erga parētes
pietas, impietas fiat in deum. Contemnendi quippe sunt,
quoties a dei seruitio auertere nos moliūtur: & quasi odio
habēdi, ne nos odio simus deo, si uocationes eius atq; in-
uitamenta crebro cordibus nostris infusa neglexerimus.
Luc. 14 Cum præsertim ipse dominus noster dicat: Si quis uenit ad
me, & non odit patrē suum & matrem, & uxorē & filios,
& fratres & sorores, adhuc aūt & animam suam, non po
test meus esse discipulus. Deniq; ait: Qui non renunciat
omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.
Non potest toto pietatis affectu inhęrere Christo, cuius ani
mus aliqua terrenarum rerum cura in diuersum distrahit.
In eo eñ deficiat necesse est, in quo adhuc aliqua carnali cu

piditate inclinatur. Propterea qdē uocati apostoli, qm aliter sequi Christum non poterant, & retia & patrē reliquerunt. Non poterant effici Christi discipuli, nisi p omnia ei se confirmari studuissent, ęmularenturq; eius paupertatē. humilitatē, castitatē, docendi studium, omnes iuuandi curam, omnia sustinēdi patiētiam. Si quis uult, inqt, post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucē suam, et sequatur me. Abnegat semetipsum, qui non iam carni paret, sed spiritui: non iam mundo, sed mundi domino seruit: ut longe alius sit, q̃ qui hactenus fuerat. Tollit aūt crucē suam, qui pro ueritate asserenda nec supplicia deuitat, nec mortē horret, atq; ita Christum sequitur. Ille enim cum dominus esset, formam serui accepit: & qui in se impassibilis erat, in homine assumpto crucem passus est: ne id nos pro nomine eius subire timeremus, quod ille pro amore nostro perferre uoluit. Ne autem paupertatem metuas. Quærite, inquit, primum regnū dei, & hæc omnia quæ uidelicet uitæ necessaria sunt, adijciētur uobis. Ne etiam mortē exhorrescas, ait, Qui credit in me, non morietur in æternum. Ne deniq; supplicijs terrearis. Mundus, inquit, gaudebit, uos uero contristabimini, sed tristitia uestra cōuertetur in gaudium. Tu interea si perfectæ consummatæq; religionis laboribus implicari durum putas, promissæ mercedis magnitudinem consydera. Ait enim: Vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Perfectis ergo suam communicaturus est dignitatem, q cum ipso communicare non dubitarunt laborꝝ angustiarūq; patientiam. Duodecim aūt sunt qui iudicant, & totidem qui iudicantur: quia illi filij lucis sunt tanq̃ duodecim horæ diei: hi uero filij tenebrarꝝ sub eodem nocturnarum horarum numero comprehensi. Quamuis enim non omnes damnandi sunt, minus tamē illis clari, quos perfectionis opera commēdant. Sequitur: Et omnis qui reliquerit domum, uel fratres, ul' sorores aut, patrem, aut matrē, aut uxores, aut filios, aut agros propter nomen meū, centuplū accipiet, & uitam æternam posside-

Math. 4

Luc. 16

Marc. 19

bit: hoc est sublimiorem beatitudinis obtinebit gradum, uitaq; perenni perfruetur, Exquisitæ enim sanctitatis uiri, licet uitæ æternitate alijs in paradiso sanctis pares erunt beatitudinis tamen magnitudine atq; gloria illis præstabunt dicente apostolo: Stella e͞m a stella differt in claritate,
1.Cor.15 sic & resurrectio mortuorum. Quãto quis plenius in se Christi simitudinem expresserit eum hic imitando, tanto illi proximior est futurus in cœlesti regno. Hoc certe ipse pollicetur dicens: Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi e-
Iohã.12 go sum, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Hęc talia si recte pp͞e deris, profecto iam nihil tibi aut factu difficile uidebitur, aut toleratu durum. Iam tibi sedebit animo uendere uniuersa quæ habes, diuitias, uoluptates, concupiscentias, & emere thesaurum illum præ omnibus mundi thesauris concupiscendum: nunc quidem in enigmate absconditum, tunc autem manifestum futurum, cum uidebimus illum sicuti est. Hoc idem enim est & prætiosa margarita, qua cõparata nihil erit ultra desyderandum, cum omnis plenitudo gratiæ in Christo sit, in quo sunt omnes thesauri sapien
Col.2 & scientiæ absconditi. In ipso e͞m inhabitat (ut apostolus ait) omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Libenter igitur eliges esse cum Christo pauper, ut in deo diues sis: optabis cum illo emori mundo, ut uiuas deo: terrena deniq; omnia sordere tibi incipiẽt, cum in cordis tui hospitio-
Matt.11 lo susceperis Christum. Nihil illo est dulcius, nihil suauius. Iure suo dixit, cum ad sui seruitium fideles inuitaret: Iugũ meum suaue est, & onus meum leue. Hoc diuinus psalmi
Psal.33 sta, sensit dicens: Gustate & uidete, quoniam suauis est dominus. Hac certe dulcedine affecti erant apostoli, cũ inter flagella gauderẽt, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Et cum sæuissimi tyranni tormenta proponerent, necem minarentur, ne Iesum euangelizarent, tacere omnino non poterant: tanto illis nomen domini sui iucundius fuit, q̃ uitę p̃sentis usus, aut doloris p supplicia infligendi euasio. Tales itaq; esse debent qui uolunt montem excelsum conscendere cum Petro, & oparij fieri

uineæ domini, & abiecta seculi huius sarcina per foramẽ acus transire, percalcatisq; mundi angustijs ad beatã illam regni cœlestis amplitudinem peruenire. Tu igitur qui relicta syndone nudus impiorum manus effugisti, ne reuertaris tollere tunicam tuam, nec aratrum tenens respicias retro, ut aliquando imprudenter concupiscere incipias quod propter Christum prudẽter reliquisti. Multo melius est nõ nouisse uiam perfectionis, q̃ postq; uoueris regredi uelle, & cum Anania Saphiraque spiritusancto mentiri audere.

¶ De vita solitaria Ca. XXI

HVic excellentissimæ professioni accommodatissima solitudo est. Da igitur operam, ut in cœnobio cella, in deserto locus ab humano cultu uacuus: legendi, scribendi, orandi, & ea quæ æterna sunt contẽplandi opportunitatem tibi præstent. Nulla hora libera meditatio habetur in frequẽtia cœtuq; multorum. Vulgi clamor, urbani tumultus, amicorum interpellatio, mulierum conspectus, cognatorum mortes, mentem deo intentam conturbant, nec in illo conquiescere ipsam pro uoto sinunt. In solitudine aũt concupiscentiæ quoq; magna pars tollitur, dũ illa quæ male concupiscunt, nostris aspectibus procul submota latent: cum multo magis uisa moueant animum, q̃ cogitata: & quod rarius cernitur, facilius oblitteret. Quantum præterea uiro religioni dedito conferat ipsa solitudo, ex euangelio discitur. Principis filia uita defuncta nõ ante a morte suscitatur, q̃ tibicines & tumultuãtium turba excluderetur. Solitudo itaq; præcipue quærẽda est, ut anima in peccatis mortua per pœnitentiam ad gratiam uiuificantem reuocetur. Quoniam ut modo diximus, & pessimæ animi cupidines minus in secessu uirium habent: & mẽs terrenarum rerum curis expedita ad contemplanda diuina magis attollitur, dicente ad discipulos domino: Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillũ. Multã quidem ubiq; pugna, sed tamen in deserto requies aliqua quamuis pusilla. Certior autem ibi uincendi spes est, ubi post laborem ad uires refocillendas nonnulla quietis con-

Matt. 9

Math. 6

ceditur mora. Quod nobis innuere uolens dominus, in de
serto tentatus, a diabolo collatis signis uictoria potitur: fu-
so denique fugatoque hoste triumphans angelorum utitur mini
Math. 4 sterio. Scriptum est enim: Tunc reliquit eum diabolus, &
Lucæ. 21 ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. Idem eos qui in
Iudæa sunt, ut ad montes fugiant hortatur. Iudæa confessio
& glorificatio interpretatur: ut is qui Christũ confitetur, &
ad celsiorẽ beatitatis gloriam aspirat, frequentiã fugiat, so-
litudineque delectetur. Quod si docendi officio fungitur, et
uicos urbesque peragrare necesse est, tantisper in publicum
prodeat, donec populo saluti congrua per sermonem insi-
Luc. 21 nuet. Erat enim Iesus (ut Lucas ait) diebus docens in tem-
plo, noctibus uero exiens morabatur in mõte, qui uocaba
tur Oliueti: ut nobis ostẽderet & tempus & locum oratio
ni contẽplationique aptum. Commodissime enĩ tunc oratur
cum cuncta silent. Inter orandum aũt in montem ascende
re iuberis, ut sicut montium fastigia coelo proximant, ita
tu ad coelestia contemplanda animo subleueris. Hoc ipm
Mar. 6 Marcus quoque testatus est, dicens: Et cum dimisisset eos,
quos uidelicet docuerat abijt in montem orare. Dñs ergo
noster, qd uerbis docuit hoc exẽplo mõstrauit, in ipso ora-
tionis tẽpore secedendum esse a turba, & in loco secretiore
orandum. Vnde iterum Lucas: Ipse autem secedebat inquit,
Luc. 5 in desertum & orabat: Desertum istud mons Oliueti erat:
mons aũt contẽplationis altitudinẽ designat. Sed ad hanc
altitudinẽ ascẽdere nequimus, nisi hominũ frequentiã fuge-
Lucæ. 19 rimus. Zachæus præ turba non poterat uidere Iesum. Diffi
cile est enĩ in medio plebis uersari, & mentẽ in deo fixam
firmãque habere. Ascendit ergo arborẽ sicomorum ut uideret
Iesum, altiusque sese cæteris erexit, non superbia sed cogitati-
one, extra turbam quærens, quod in turba inuenire non po
Luc. 7 terat. Ioannes quoque bap. in matris aluo sanctificatus, ut
sanctior fieret, desertũ incoluit: ibi manens Christũ bapti-
zare meruit, & de illo prophetare, & ab illlo testimonium
Mar. 6 accipere, dicente: Inter natos mulierum nõ surrexit maior Io
anne bap. atque hunc eundẽ, quẽ hoĩes ut prophetã honora-
bãt, ipse plusque prophetã esse asseruit. Postremo ipe dñs

Petro, Iacobo, Ioanni diuinitatis suæ claritatē ōnsurus, nō solū in mōtē, sed in mōtē excelsum duxisse eos dicit. Tāta uisiōe nō poterāt eē digni, nisi a turba secederēt, et humana transgressi sublimitate contēplatiōis cœlestibus insererēt. Ex his quæ dicta sunt, discere possumus, ut ille p̄ q̄ raro conuerset cum hominibus, qui sæpe cum deo esse desyderat. Nunc his qui sacerdotalibus initiari sacramentis uolūt ostendemus q̄bus rebus & bonus constet sacerdos, & malus efficiatur, ut discant, quæ sibi expetenda quæq; fugienda sint, ut bonorū potius gloriam consequantur, q̄ in sortē concedant malorum.

De bono sacerdote Ca. XXII

TAnta ac talis dignitas sacerdotalis est, ut nulla maior homini conferri possit. Et q̄m angelicæ sublimitati exequatur, sacerdos ipse aliquando in scripturis angelus est appellatus. Vt illud Malachiæ: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia angelus est domini exercituum. Ioannes etiam in Apocalypsi, septem angelis, septem in Asia ecclesiarum episcopis scribere iubetur: hoc est, Ephesi, Smyrnæ, Pergami, Thiatyræ, Sardis, Philadelphiæ, & Laodiciæ. In his singulis singuli episcopi erant, & officij sacerdotalis merito angeli nominantur. Hoc tamen minus mirabimur, si meminerimus ipsum dei filium Iesum Christum sacerdotem factum, deo patre ad eum dicente: Tu es sacerdos in æternum secundū ordinē Melchisedech. Nihil isto sacerdote maius nihil mirabilius excogitari potest: ita nec sacerdotij honore quicq̄ præstantius haberi. Cæterū iuxta dn̄i sententiā: Cui multū datum est, multū peteī ab eo. Oīnibus ergo uirtutibus excultum atq; exornatū oportet esse sacerdotē. Vt igitur uere sacerdos sit, necessaria est illi sobrietas, castitas, fides, charitas, iustitia, prudentia, scientia, terrenarūq; rerū contēptus, & cœlestiū desyderiū atq; amor. Vt sit sobrius dn̄m audiat in Ezechiele præcipientē: Vinū non bibet oīs sacerdos, q̄n ingressus est atriū interius: q̄d ante in Leuitico ad Aaron ita dictū est: Vinū et oīne q̄d in ebriare pōt, nō bibetis tu & filij tui, quando intrabitis in taber-

Malach. 2

Apoca. 2

Luc. 12

Ezech. 44

Leuit. 10

nacułum testimonij, ne moriamini. Nec aliter nouus pontifex noster Christus monuisse suos discipulos uidetur, cũ diceret: Attendite ne forte grauentur corda uestra in ebrietate & crapula & in curis huius seculi. Castũ quoq; oporte
Luc. 12 re esse sacerdotem, & carnalis copulæ abstinentem idem dominus docuit, apostolis imperans ut præcingant lumbos suos & lucernas ardentes in manibus habeant. Lucernæ in manibus opera iustitiæ sunt, quorum fundamentũ castitatem esse uoluit, dum lumbos prius, in quibus generandi uis est, restringi iubet balteo castitatis. Veteri uero lege ideo concessum sacerdotibus fuit matrimonium, quia sola tribus Leui & domus Aaron sacerdotalis erat: nec alijs licebat hoc fungi officio. Nec igitur Leuitarum genus in paucis conclusum deficeret, reparandum per cõnubia erat. At nunc non carnis quæritur successio sed spiritus, translatoq; sacerdotio ad tribum Iuda, id est ad Christũ: quicũq; Christianus est, nisi uxori alligatus fuerit, potest eligi in sacerdotem. Omnes tamen qui Christo in sacerdotio succedunt, castos esse decet, sicut & ipse castus fuit, ut noui sacerdotij tanto purior successio sit q̃ ueteris, quanto & sacerdos noster Christus omnibus qui ante illum hoc munere usi sunt, noscitur esse præstantior. Neq; enim arietum ut olim, aut uitulorum sanguine nunc sacrificatur, sed ipse Christus uerus deus & uerus homo, uiuus & immortalis, licet aliena specie uelatus offertur. Quod si etiam priscis dictum sit:
Esa. 52 Mundamini qui fertis uasa domini: quanto magis nostris conuenit omnis mundities? quibus non solum ferre uasa domini, sed etiam ipsum dominum quotidie & cõtrectare manibus & ore sumere mos est. Tam igitur mente q̃ corpore mundus castusq; sit, qui ad eiusmodi ministeriũ se nouerit esse electum. In primis tamen fidelem esse conuenit. Quid enim castitas aut aliqua alia uirtus ei prodesse poterit, si qua orthodoxæ fidei pars in illo labascere cœperit? Fide igitur opus est, ut reliqua recte prospereq; succe-
Matt. 24 dant. Quis est inquit, fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Familiæ dei sacerdotes præpositi sunt, uerbi ex-

plique cibo eam pascant: qui si fideles ac prudentes fuerint, beatitudinis quoq; magnitudine cæteris præferent. Sequitur enim: Quem sic agentem inuenerit dominus, super omnia bona sua constituet eum: ut qui multos fideliter docuit, prudenterq; rexit, multis inter sanctos honorabilior magnificentiorq; habeatur. Charitatem etiam præcipue amplecti debet sacerdos, ut cuiu cõmissa cura animarum est: pro earum salute, si ita casus inciderit, nec supplicia recuset, nec mortem metuat. Bonus enim pastor posuit animam suam pro ouibus suis. Idem præterea iustitiã omnem quam alios docet: prior impleat: ne quod uerbis ædificat, si aliter ac præcipit, uixerit, exemplo destruat atq; dissipet. Nisi abundauerit iustitia uestra inquit dominus, plusq; scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnũ cælorum. Prudẽtia quoq; opus est sacerdoti, ad noxia quæq; cauenda dolosq; diaboli declinandos. Insidijs facile patebit, nisi per q; caute incesserit. Estote prudẽtes ait Saluator sicut serpentes. Callidissimus omnium serpens diabolus est. Qui ergo non minus prudens erit ad cauendum, q; diabolus astutus ad nocendum, neq; blanditijs eius capiet, neq; uim formidabit. Vt autem cautus & circunspectus fiat sacerdos, necessariam sibi esse scripturarum sciẽtiam nouerit, intelligentiamq; mysterio℞: sine qua neq; se ab aduersario tueri commode poterit, neq; alios uitæ doctrinis recte instruere, aut ad uirtutem apte exhortari. In Aggeo scriptum est: Interroga sacerdotes legem: & in Ezechiele de sacerdotibus loquens dominus: Populum meum docebunt, inquit, quid sit inter sanctum & pollutum, inter mũdum & immundum ostendent eis: & cum fuerit controuersia, stabunt in iudicijs meis & iudicabunt. Exigitur ergo a sacerdote ut eruditus in lege sit, & quicquid in sacris literis continetur, pro uiribus ædiscat: alioquin sacerdotio indignus existimabitur, dicente domino per Oseæ prophetam: Quia tu scientiam repulisti, reppellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Postremo loco diximus, præsentium cõtemptorem esse sacerdotem. Nam si Christi minister fuerit paruo erit contentus, dum summa sperat: & ut dominum

Iohan. 10

Matth. 5

Aggei. 2

Ezech. 44

Oseæ. 4

suum imitet, pauptate gaudebit diuitias cõtẽnet. Neq; enĩ
põt esse talis magistri discipulus, nisi renũciet omnibus q̃
possidet: ut caduca respuens, dignus euadat cui tribuantur
æterna. Sed ne in ueteri qdẽ lege Leuitis data est possessio
in tribubus, ut scirent non in terra sed in coelo sibi possessi-
onẽ esse q̃rendã, dicente dño ad Aaron: In terra eorũ nihil
possidebitis, nec habebitis partẽ inter eos: ego pars & hæ
reditas tua, in medio filiorũ Israel. Decimis igit & eleemo
synis, quę altari offerunt, uiuat q seruit altari. Quod aũt ne
cessario uictui supest, indigẽtibus tribuat, dispensatorẽq;
se esse agnoscat bonorũ ecclesiæ non possessorẽ. Apostolis
Matth. 10 & eorũ successoribus pceptũ esse meminerit: Nolite possi-
dere aurũ, neq; argẽtum, neq; pecuniam in zonis uestris.
Quid tibi cũ diuitijs, si illius domini seruus es, qui non ha
buit in terra ubi caput reclinaret suũ, neq; didragmã, qua
pro se & discipulo solueret portorium? domini inquam, in
stabulo geniti ĩ præsepio positi, in cruce nudi, in sepulchro
conditi alieno, nihil deniq; in hoc seculo quasi suum possi
dentis: non quia non liceret ei frui omnibus si uellet, cum
esset dominus omnium, sed ut doceret non esse ei opus ter
renis diuitijs, qui ad coelestes thesauros aspiraret, difficile-
q; esse duobus dominis seruire deo & mãmmonę, difficil
limũ uero ut quis auri argentiq; pondere grauatus ad ęthe
rea regna possit conscendere. Ex his igitur quæ dicta sunt,
eum sacerdotij honore dignũ censebimus, qui sobrie, pu-
dice, fideliter, pie, iusteq; uixerit, qui in cauendo prudens,
in erudiendo doctus, in concupiscẽdo modicus, & in obse
Matth. 5 quendo ei cui se dedicauit, fuerit assiduus. Quisquis autem
sese talem in sacerdotio exhibuerit, hic uere erit sal terræ, cu
ius doctrinis cæterorum corda ne in peccatis putrescant,
condiẽtur: erit lux mundi, ciuitas supra montem posita, lu-
cerna super candelabrum lucens, ut omnibus conspicuus
omnes qui sanctæ innocenterq; uolent uiuere, suo illumi-
net exemplo, suæ famæ gloria concitet ad uirtutem. Hic
demum de terris ad coelum translatus illorũ perpetuo fruet
consortio, illorum perennis beatitatis erit particeps: qui-
Psal. 131 bus in Psalmo spiritussanctus loqtur, dicens; *Sacerdotes*

eius induam salutari,& sancti eius exultatione exultabūt. Christum enim induent,eicꝙ feliciter adhærebunt, qui in ecclesia uices Christi,sicut oportuit,gerere studuerunt.

¶ De malo sacerdote Ca. XXIII

Porro sicut lux tenebris collata luculētior uideri consueuit ita appetibilior fit uirtus q̃ties cōtrarij uitij malignitas monstraē. Cū igitur de bono sacerdote satis dictum sit,operepꝛciū est, queadmodum proposuimus, ut aliquid etiam de malo dicamus. Malus est sacerdos,q non potest dicere cum propheta: Portio mea dn̄s: cum terrenis opibus inhiet,& non solum his quæ possidet non renunciet,sed etiā ea q̃ nondū adeptus est,cupide affectet. Psal.118
Sunt quos negociari in domo dei non pudet,immo nec fœnerari,ecclesiasticasꝙ dignitates ambitione atꝙ largitionibus comparare: quas cum acquisierint,cūcta ecclesię bona, quæ pauperibus distribuenda erant in suos usus conuertunt. Hi sunt quos uendētes & ementes de templo suo eijcit dn̄s,dicēs: Domus mea domus orationis est: uos aūt fecistis eam speluncā latronū. Merito igiē taliū cathedras euertit,& eum principibus populi sui in cœlestibus considere prohibet: utpote qbus non cœlestis boni adipiscendi sed terreni abutendi cura semꝑ ac studium fuit. Nihil pensi habuerunt prodesse commissæ sibi plebi, delinquentes corripere,bonos fouere,afflictos consolari,dubijs consulere,sed ignauiæ atꝙ otio dediti magis uentrē suum q̄ gregem dominicū pascere soliciti fuere. Malus item est sacerdos,qui uidet lupum uenientē,id est hæreticum aliquē ꝑuersa doctrina fideli gregi insidiantem,& illius dolo alios rapi,alios dispergi,alios mactari: nec tamen it obuiam perfidię,sed auersus fugit,ita ut fugiendo ostendat se pastoris nomine indignum. Vnde dicitur: Mercenarius fugit,quia mercenarius est,& non pertinet ad eum de ouibus. Nō qa no ꝑpertineat ad eum,sed quia sic agat,tanꝙ si nihil omnino ad eum ꝑtineat: quādoqdē nōn aīaꝝ lucrū, sed pecunię quæritet,terrenāꝙ mercedem cœlestibus præferat diuitijs. Talium auaritiam per Malachiam prophetam redarguit dn̄s,dicens: Quis est in uobis qui claudit ostia & incen- Matt.21 Iohan.10 Malach.1

dat altare meum gratuito? Et quoniã qui eiuscemodi uitio laborant, a deo reprobati sunt sequitur: Non est mihi uoluntas in uobis dicit dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu uestra. Per Ezechielem uero etiã com-
Ezech. minatur eis dum ait: Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, nonne greges, a pastoribus pascuntur? lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod crassum erat occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis, quod confractum est non alligastis, & quod abiectum est non reduxistis, sed cum austeritate imperabatis eis et cũ potẽtia, & dispersæ sunt oues meæ, eo ꝙ nõ esset pastor. Quo pacto enim est pastor, qui nec religiosæ uitæ exemplis, nec sanæ doctrinæ monitis gregem sibi creditũ alere curat? Quo autem magis delitijs luxuriæqꝫ indulget,
Amos.6 eo grauius in inferno supplicium feret per Amos prophetã dicente domino: Væ uobis qui opulenti estis Sion, & confiditis in monte Samariæ, optimates, capita populorꝫ ingredientes pompatice domum Israel. Quicquid de pastoribus dicitur, & de presbyteris dictum intelligas. Cui enim sacramẽta uitæ quis ministrat, eius & pastor esse debet, quantũ officio suo conuenit, monendo, corripiendo, & quicquid commodis eius cui præficitur, salutiqꝫ opportunum putabit, exequendo. Episcopi tamen proprium est & peculiare, publicos ædere ad populum sermones, uitia reprehẽdere, ad capessendas exhortari uirtutes, transgressores legis apostolica autoritate castigare, ad pœnitentiam conuersos recipere. Quibus in rebus si defecerit, uel ꝑ ignorantiam si nesciat, uel per negligentiam si nolit, uel pusillanimitatem si metuat, de fidelium cœtu excludet, & canibus mutis per contumeliam comparabitur. Cur enim episcopus est, si docere nescit? aut cur scit si non uult? aut quid uelle prodest, si non audet q̃d debet implere? Sed neqꝫ presbyter assumat curã animarum, si modo se ad eam rem ineptum nouerit. Male subitur onus, quod imbecillæ uires ferre nequeunt. In eos ergo, qui doctoris ecclesiastici sibi munus uendicant, & nequaqꝫ docent, siue ignoratione cõ

fusi, siue negligentia corrupti: per Esaiam exclamat dominus & ait: Speculatores eius cæci omnes nescieruut uniuersi canes muti non ualentes latrare. Et iterum: Ipsi pastores inquit, ignorauerunt intelligentiam, omnes in uiam suam declinauerunt unusquisq; ad auaritiã suam a summo usq; ad nouissimum. Perditos autem plebis mores uulgiq; licentiam illorum qui præsunt incuriæ asscribi, in Ezechiele ex uerbis domini discimus: Si dicẽte me inquit, ad impiũ, morte morieris: non annunciaueris eiq; neq; locutus fueris, ut auertaĩ a uia sua impia & uiuat: ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram. Impius ergo peribit quia peccauit. Sacerdos q eius tuendæ saluti præpositus est quia tacuit, quia peccantem non increpuit, quia errantem in uiam reducere nõ curauit. At uero tanti periculi non ignarus apostolus Timotheum discipulum obnixe, solicite, urgẽtur adiurat, dicẽs: Testificor coram deo & Iesu Christo, qui iudex est uiuorũ & mortuorũ, per aduentum ipsius & regnum eius, prædica uerbum, insta, opportune, importune, argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina. Et paulo post. Tu uero uigila inquit, in omnibus labora, opus fac euangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto. Porro illi quorũ ignauia populus corruptus extra iustitiæ limites aberrat: & per abrupta delabitur uitiorum, q̃ damnabiles existãt Hieremias testaĩ, dicẽs: Væ pastoribus q dispergunt & dilacerant gregem pascuæ meæ dicit dominus. Quæ nã uel dispersio perniciosior, uel crudelior dilaceratio, q̃ eos qui tibi commissi sunt, pereuntes uidere & negligere? a diabolo superari & succurrere nolle? immo etiã tergiuersari & fugere? dum uereris ne quis tuis increpationibus offensus tibi aduersetur, tibi detrahat, tibi aliquo detrimẽto sit. Sed meminisse debes, quemadmodũ dominus miserit apostolos inter Gentes sicut agnos inter lupos: & illi profecti cũ fiducia euangelizabãt dei uerbum, nec supplicia nec mortem expauescentes, dum obsequium pręstarent deo. Nihil ita metuere debemus, ut dei iudicium. Temporale est q̃d ab hominibus times; quod aũt adeo maxĩe timere debes,

Ezech. 3.

2. Timo. 4.

Hiere. 23.

æternum est. Perdere corpus tãtummdo possunt homines: deus uero & corpus et animam mitterere in gehennã potest. Hoc quoq; mali habet negligentia. Sacerdotis q dum contẽnit, contemnitur: dum timet, a nemine timetur. Sal quippe infatuatũ ad nihilum ualet ultra, nisi ut projciatur foras & conculcetur ab hominibus. Leue tamen & minimũ quiddam est mortalium pati iniuriam, nisi etiam dei iudicio damnarentur. Sed in psalmis de iniquo sacerdote

Psal. 108. dicitur. Cum iudicatur exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatũ, fiant dies eius pauci, & episcopatũ eius accipiat alter: & alia multa: quæ licet ad Iudam dñi sui proditorẽ referantur, nihilominus ad sui quoq; similes redundant. Sui autẽ similes sunt, qui ad apostolatũ electi potentioribus ita blandiuntnr, ut eorũ scelera dissimulent, & sic dominũ osculo prodant: eum dẽ etiam uẽdunt, dũ nihil ita cupide ut lucra sectantur. Sed cũ hi tam immani ingentiq; supplicio destinati sint, illi qui ut debent officio suo fungũtur, dici potest: q grandi mercede remunerabũtur. De his nempe apostolus ad Timotheũ scribens ait: Qui bene præ

Timo. 5. sunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborãt in uerbo & doctrina. Duplici honore dignus est cui et reuerentia exhiberi debet, & uictus necessarius

Deu. 25. suppiditari, cũ scriptum sit: Non alligabis os bouis tritu-

Math. 10. rantis: & dignus est operarius mercede sua. Tunc tamen melius duplici honore digni erunt, cũ animæ simul & corporis beatitudine perfruẽtur: & aliquot felicitatis gradus cæteris eminentiores apparebunt. Satis hæc de sacerdote, nunc de sanctarum lectionum studio fideli animæ admo necessario tractabimus. Nihil enim recte discitur, quod de ipso ueritatis fonte non hauritur.

¶ De studio lectionis. Ca. XXIIII.

IGitur ad scripturæ diuinæ studiũ omnes qui perfectionis iter ingredi cupiunt, cõuocamus cũ Ioanne in Apocalipsi: Qui sitit, ueniat: & qui uult, accipiat aquam ui-

Apoca. 22 tæ gratis. Beati sunt qui sitiunt & esuriunt iustitiã: sed nisi scripturarum lectioni operam impendant, iustitiæ præceptis nequaq saturari poterunt. Sicut autẽ sitientibus dul-

ctis est potus, ita discere cupientibus diuina sapit lectio. Illi duntaxat ad celestem cibũ nauseant, & manna fastidiant, qui Aegyptiorum iurulentijs repleti. i. inani Gentiliũ poetarũ eloquio deliniti, magis fabularũ fictione q̃ ueritatis doctrina delectãtur. Hi sunt qui (ut apostolus inquit elegerunt sibi magistros prurientes auribus, & ad fabulas conuersi auditũ a ueritate auertũt. Nos contempta isto tum stultitia, in quibus nulla solida sapientia est, illis tantummodo lectionibus incumbamus, quæ nobis iter, quo ad immortalitatem peruenitur ostendunt. Alioquin aquã istã uitæ, ad quã nos Ioãnes apostolus inuitat, haurire nõ poterimus Veteris igitur nouiq; instrumẽti literas assidue perscrutemur. In his plenissime discitur, quid facere, quid uitare, quid credere, quid amare, qd sperare nos oporteat ut coelo digni simus cum terram reliquerimus, In his deũ patrẽ a quo omnia, in his filiũ per quẽ omnia, in his spiritũ sanctũ in quo omnia facta sunt inuenies: & hæc tria unum deũ, unã hypostasim esse melius credendo intelliges, q̃ intelligendo credes. Magnũ quippe mysteriũ est sancta trinitas: humanæ sapientiæ altitudinem excedit: fide percipitur, sine qua ad beatorũ eternitatẽ nemo transfertur. Audiamus autẽ in euangelio dominũ Iesum patri suo loquentẽ ac dicentẽ: Hæc est uita æterna, ut cognoscãt te solum deũ uerũ, & quẽ misisti Iesum Christũ. Vt igitur fide ac uirtutibus proficere possimus, abeamus cum Iesu per scripturarũ sata uellicantes ueteris nouæq; legis spicas & ut triticũ sub paleis latens comedere ualeamus, confricemus eas manibus intelligentiæ spiritalis: promentes in lucẽ, quicqd sub figurarũ ambage condi credimus. Nihil erit mẽti deo dicatæ iucũdius, q̃ nosse sensum domini, & uerba aliud q̃ sonant significantia intelligere. Et quoniã hanc spicarũ confricationẽ sabbato ab apostolis factã legimus, hoc admonet nos, ea quæ mystica sunt, cõmode perpendi consyderariq; non posse, nisi cũ secularibus curis liberi & expediti sabbatũ, id est quietẽ agimus. Terrenarũ enim rerũ solicitudo legentẽ implicat, & ipsa in diuersum mentem distrahens cogitatio, quæ leguntur quæq; audiũtur.

2. Tim. 4.

Scribit more antiquorum.

Iohan. 17.

tur, non satis intelligere permittit. Intentione animi opus est, ut lecta percipias, & praecepta ediscas teneasq; memoriter. Postq; aūt mysticos sensus literae tegumento uelatos deprehenderis; & eos uel ad ecclesię nouitatem, uel ad animae utilitatem transtuleris: adhuc altius tibi erit insurgendum, ut etiam coelestia perscruteris, & de uisibilibus gradum ad inuisibilia facias. In montem excelsum ascendentibus discipulis apparuit dñs Iesus: non qua solebat specie sed longe elegantiori. Resplenduit enim, acies eius ut sol: uestimenta eius alba facta sunt ut nix. Hunc montem ipse si mente conscenderis, uidebis primū cū Christo loquentes Moysen & Heliā, atq; intelliges legis caerimonias oraculaq; prophetarū in Christo esse completa, ingentemq; capies uoluptatē, cum talia cognoscere coeperis. Vnde etiam Petrus tam ualde huiusmodi uisione coepit delectari, ut ibi figere tabernacula cuperet coelestiū oblitus. Sed neq; ipse de his humilioribus oblectamentis egredi poteris, ut in sublime raptus nudam contempleris diuinitatem: nisi & te sicut apostolos lucida spiritussancti nubes obumbrauerit, dei patris uox roborauerit, & filij eius gr̄a illuminauerit. Totius aūt trinitatis fauore supra humanae naturae conditionem erectus, nec Moysen amplius, nec Heliam conspicies, sed Iesum solum. Cessant enim & figurarū umbrę, & futura praedicentium uox, cum ueritatis lux orit̄, & quę uentura erant euenīunt. Non est ergo nostrarum uiriū, sed opis diuinae, ut quis legendo mysteria intelligat: quanto minus ut etiā supercoelestis cōtēplationis dulcedine mēs in deum eleuata perfundatur. Hoc tamen illis frequentius conceditur, qui libros diuinos ita legūt, ut a sanctorū interpretatione non discedant: a peruersis sensibus, qui cum ecclesia non concordant, penitus abhorrentes. Quaere igitur in sancta lectione bonas margaritas: ut scias quid lex pręcipiat: quid nuncient prophetae. Sed inuenta deinde pretiosa margarita, quae est euangelium Christi, omnibus alijs praeferendum scripturis, eam amplectere, eam exosculare, eam pro uiatico habe cum ambulas: pro cibo cū recumbis pro puluillo cū dormis, pro speculo cū uigilas; nunq; euan

Math. 17

gelicus codex uel de manibus tuis discedat, uel de memoria exeat. In eo si assiduus fueris, cœlestium desyderio terrena contemnes: & hoc quidem erit, uendere omnia quæ in præsenti uita possidentur, & ipsam emere margaritam, quæ Christi conuersatione fulget, & humanæ redemptiōis pretio taxatur. Quicquid aūt nouum continet instrumentum, ad euangelium pertinere censemus. Itaq; cum euangelio & Pauli epistolæ & aliorum apostolorum, & Lucæ actus, & Ioannis apocalypsis, & eruditorum hominum approbati de religione tractatus frequēter in manibus habendi legendiq; tibi erunt, ut fide stabiliaris, ut uirtutibus præstes, & in Christi domini meditatione perseuerans in deo tandē conquiescas. Nihil ita innocentiam conseruat, & cordis puritatem custodit, ut scripturarum, quas diuini homines sancto dictante spiritu ediderunt, quotidiana lectio. Non est ut imperitiam excuses. Lege multa, & si solido cibo nondum uesci potes, lactis poculum ne spernas. Deniq; sume quod potes: fragmenta uero quæ supsunt, in doctiorum cophinos colligenda dimitte. Homines & iumenta pascit dñs, doctos & indoctos admittit, neminem repellit. In mōte apostolos docuit, de monte uero descēdēs pdicauit plæbi. Habes in euangelio & uias planas, p quas incedere cū simplicibus iuuat. Habes & montes excelsos, quorū altitudinē si adire nequeris, mirari proderit. Medicamenta qbus rebus cōposita sunt, licet ignoret ægrotus, prosunt tamen ei, eleuātq; languorē. Ita diuina uerba si legant etiam non intellecta uim habent ad animæ sanitatē conferendā. Te nūc appello q diu multūq; in gētiliū libris uersatus es, dū te cōptus delectat sermo, & musici poetarū cantus deliniunt: quantū inde tibi emolumenti cōtraxeris parump cogita: & cū nihil ista tibi ad salutē profuisse cognoueris, ad Iesum tandē quæso conuersus dic cū Petro: Præceptor per totam noctē laborantes nihil cæpimus: in uerbo aūt tuo laxabo rete. Et cū hoc inquit euangelista, fecissent, concluserunt piscium multitudinē copiosam. Quod si demum in scripturę sacræ pelago piscari te delectabit, tu q̄q; implebis pectoris tui nauiculā saluberrimorū pceptorū co

Luc. 5

pia quibus & ipse uiuere, & alios docendo poteris susten tare. Tanta est enim diuinorũ uirtus uerborũ, ut fideliter & incorrupte & contente legentibus intellectum illuminet, animũ exhilaret: atq; illa quæ præcipiuntur, perficiendi facultatẽ suppeditet. Quod si tacta fimbria uestimenti dñi uirtus de illo exibat & sanabat omnes, quomodo sermo eius ex intimis effusus præcordijs, dum legitur, dũ auditur, animi male affecti morbos nõ curabit? & a periculis perditionis non eruet? Ergo quoties aliquo seculi huius turbine agitaris, quoties carnis pugnã spiritus patitur, & pedibus laquei dæmonũ inuidia tenduntur, ad euangelicas lectiones te conuerte, dormientẽq; in puppi saluatorẽ strepentibus inter legendũ uel orandũ uoculis excita: statim illo imperante omnis tentationũ æstus concidet, & cõcupita redibit tranquillitas. Tunc etenim diuina te lectio docebit in aduersis patientiã, in prosperis modestiam, in deũ pietatem, in proximos charitatem: præstabitq; in dubijs consiliũ, in periculis opem, in tentationũ certamine uictoriã. Quis hoc tibi Tullius, quis Demosthenes, quis Socrates, quis Aristoteles: aut si ad poetas respicis, quis Homerus uel Vergilius cõferre poterit? Quandoquidem nec sibijpsis quicq; prodesse potuerunt, ueritatis nobis diuinitus reuelatæ penitus ignari. Porro cũ experiri cœperis uoluptatẽ atq; fructum quem tibi lectio suggeret diuina,
Psal. 11. protinus cum psalmista concines. Eloquia dñi eloquia casta,
Psal. 118. argentum igne examinatũ, probatũ terræ, purgatũ septuplũ: & q̃ dulcia faucibus meis eloquia tua domine, super mel & fauum ori meo. Dulcia sane in cortice eloquia dñi, sed multo dulciora in medulla. Sacros codices pie indubitanterq; legenti adsistit Christus, applaudunt angeli, congratulantur sancti, & cælestium uerborum sono maligni exterrentur spiritus ac fugiũt: deniq; nihil ita aut uirtutes animi conseruat, aut uitia repellit, ut frequens diuinas literas legendi uel audiendi cura. Quo autẽ rarius his uacabis, eo citius cades exurgesq; difficilius.

¶ De auditionis cura. Cap. XXV.

AVdire quoq; quæ in ecclesia leguntur, uel eos qui absq; lectione iu pulpitis declamāt, auscultare plurimū expedit. Plus etiā eruditi hoīs ore prolata uerba mouere solent, q̄ si eadem ipse conscripta legeris. Nuda in liberis uerba iacent, quæ si ab oratore aliquo apte disserteq; recitentur, ipse gestus, ipse aspectus, ipsaq; pronūciatio multū orationi addet ornamenti efficaciæq; ad suadendū atq; dissuadendū. Delectet te igitur cū legere quæ sancta sunt, tum quoties ab alio legūt uel prædicātur audire. Discipulū docilem te esse uolo. Is enim docilis est, qui docentē attente audit. Ad huiuscemodi studiū te hortatur Ecclesiasticus, dicens: Esto mansuetus ad audiendū uerbū dei, ut intelligas, & cū sapientia proferes responsum uerū quasi dicat, disce prius, & postea docebis. Et iterū: Si inquit, dilexeris audire, sapiens eris. Idē nobis præcīpit Iacobus apostolus, cum ait. Sit autē omnis homo uelox ad audiendū, tardus aūt ad loquēdum. Temerarius enim magister est, q nōdū ipse discipuli partes impleuit, & iā alios instruere præsumit. Vt autē tacite cōtenteq; auscultes, & nō alio aures, alio mentē diuidas: in mansuetudine inquit suscipite insitū uerbū, quod potest saluare animas uestras. Inseri eīn uerbū non potest, nisi in molli corde & totis uiribus ad audiendū intento: uerbū inquit, quod potest saluare aīas uestras. Frustra quippe uerbis illis præbemus auditum, quorū suauiloquentia aures tantū demulcētur, & nulla cōparatᷓ aīo utilitas. Recte itaq; his dūtaxat intendēdū præcipit, quæ ad consequendā æternā salutē nos erudiunt sed nec audire profecto multū prodest, nisi audita memoriter retineantur: nec memoriteriter retinere, nisi quod memoriæ mandatum est, opere compleatur. Audis castitatis, patientiæ, mansuetudinis, charitatis præcepta: ne sinas illa per incuriā effluere, sed corde complexus foue: ut cum psalmista dicere possis: In corde meo abscōdi eloquia tua domine, ut non peccē tibi. Memento præterea de ipsa dei genitrice scriptum esse in euangelio: Maria autem conseruabat omnia uerba hec in corde suo. Ita & tu quicquid ab ecclesiæ sanctæ doctoribus prædicari audieris,

Eccle. 5. Iaco. 1. Psal. 118.

in intima cordis aure reconde, ueluti pretiosum unguentũ in pixide, quo postea opportune utaris ad tuã aliorumq; salutẽ. Quod si terra bona fueris, non petrosa, non spinis obsita, susceptum uerbi semen uberem tibi fructum faciet & sicut didiceris, ita et operari incipies, ac secundũ legis euangelicæ præcepta reliquum uitæ cursum dirigere studebis. Alioquin neq; legere, neq; audire proderit, si ab ijs q̃ præcipiuntur, morũ conditio discors erit. Et si nosse desyderas quantum ignauus auditor & impiger inter se differant, audi in euangelio dominum dicentem: Omnis qui

Lucæ, 6 uenit ad me & audit sermones meos, & facit eos, ostendã uobis cui similis sit. Similis est homini ædificanti domum qui fodit in altum, & posuit fundamentũ supra petram: inundatione aũt facta illisum est flumen domui illi, & nõ potuit eam mouere fundata em̃ erat supra petram. Qui autem audit & non facit, similis est homini ædificãti domũ suam supra terram sine fundamẽto, in quam illisus est fluuius, & continuo cecidit, & facta est ruina domus illius magna. Sicut ergo infirmus et imbecillus est qui non facit opera: ita ad omnem malignæ tentationis impetũ constãs est & stabilis qui assidue in bonis operibus exercet. Quã-

Iaco. 1 obrẽ solicite nos admonet Iacobus apostolus, & ait: Estote factores uerbi & non auditores tm̃, fallẽtes uosmetipsos quia si quis auditor est uerbi & non factor, hic comparabitur uiro consyderanti uultũ natiuitatis suæ in speculo: consyderauit enim se & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit: qui aũt perspexerit in lege perfectę libertatis, & permãserit in ea, nõ auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Ideo quidem & dominus in

Luc. 11 euangelio: Beati inquit, qui audiunt uerbum dei & custodiunt illud. Hanc itaq; beatitudinẽ opere magis q̃ auditione constare ostendit, dum subiungit: custodiunt illud. Custodiunt aũt illud, qui bene beateq; uiuendi rationem edocti peccatis in quibus hactenus fuisse se recognoscunt, finem statuunt, & ab his per pœnitentiam resilientes ad capescẽdas uirtutes disponunt, magnamq; capiunt uoluptatem uel legẽdo diuina uel audiẽdo. In quo Mariam ad pe-

des domini sedētem diligenter obserua: tantaq; perfusam sermonis eius dulcedine, ut nulla sororis Marthæ interpellatione inde mota sit: & quoniam toto corde cælestis magistri amplectebatur disciplinam, optimam partem dicit elegisse, quæ non auferetur ab ea Christum enim elegerat, in cuius unius contemplatione tam suauiter requiescebat. Quotus aūt qsq; est, q sic in ecclesia sacris pdicationibus interesse nititur, ut præcepta uitæ absq; operatione non elabi sinat? alius nullo amoris affectu illa suscipit, alius tam &si donec audit aliquantulum compungitur, mox tamen inde discedens ad consuetas nequitiæ sordes reuertit: tanto nequior factus, quanto inexcusabilior. Talibus dicit dn̄s: Qui ex deo est, uerba dei audit: propterea uos non auditis, quia ex deo non estis. Non ergo omnes qui in auditorio sunt, audiunt uerbum dei, sed is qui illud quod audit, opere perficere contēdit: & hic quidem ex deo est, illi uero nō ex deo, sed potius ex diabolo sunt: q diaboli obstinationē duritiamq; imitantur: nec omnino a uitijs resipiscere quicq; pensi habent. Itidem tibi diuini prædicatores cum Ioanne apostolo respondebunt, si eorum monita contempseris, dicētes. Nos ex deo sumus: qui nouit deum, audit nos: qui non est ex deo, non audit nos. Omnes natura ex deo sumus, uitio autem nostro fit, ut ex deo non sumus. Porro dici non pōt, q̄ pessime cum homine illo agat, q cū dei creatura sit, iā non dei, sed aliorum esse conuincit.

Ioan. 8

1. Ioan. 4

De contemplatione Ca. XXVI

QVoniam autem in scripturis alia ad actionem pertinent, alia ad cōtēplationem, tempestiuum uidetur, ut ista quæ sub fidei titulo explicauimus, cōtemplandi ratione claudamus. Igitur ad consyderanda dei opera puritate mentis opus est, ut autoris dulcedinē fidelis consyderator ualeat degustare. Quis enim ascendet in mōtem domini aut quis stabit in loco sancto eius, nisi innocēs manibus & mundo corde? Illos ergo magis ad hāc rem idoneos esse certum est, qui uitæ probitate perfectiōi euangelicæ propius accedunt. Hinc apostolis ipsis datur nosse mysterium regni dei; Hinc Paulus ad tertium usq; ra

Psal. 23

pitur cœlum. Hinc Ioanni futura qbus referta est Apocaly
psis, reuelant, & unica sanctæ trinitatis diuinitas in princi
Mar. 5 pio sui euãgelij declarata plenissime innotescit. Idcirco sal-
uator noster illum, quem a dęmonio liberauerat, continuo
uolentem sibi adhærere non pmisit, sed prius ut se exerce-
ret iussit, alijs prædicando dei beneficium quod acceperat.
Necesse est aũt ut sanctis actionibus qꝫ sæpissime copulet:
& pene assidua comes sit pia contemplatio, si in his ut de-
bemus, perseuerare atqꝫ proficere cupimus. Sicut enim be
ne operãdo acquiritur ut recte contemplemur, ita contem-
plando, ut sanctius officiosiusqꝫ operemur. Nihil quippe
ita mouet atqꝫ allicit animum ad colendum omnium au-
torẽ deum, ut opera eius cogitatiõe percurrẽdo, bñficiaqꝫ
perpendendo, quæ omnẽ taxationem supeminẽt & exce-
dunt, immensa atqꝫ infinita, eoqꝫ magis optanda ac desy
deranda, quo minus humano ingenio explicari comprehẽ
diqꝫ possint. Ad illa ergo consurget animus terrenis nego-
tijs expeditus, & non solum ea quæ oculis cernimus, sed
etiam quę intellectu percipiuntur cogitet. Veruntamen ab
his quę uidẽtur incipiat, ut quasi per gradus ascendẽdo ad
ea quæ non uidẽtur queat puenire. Primũ itaqꝫ cũ prophe
Psal. 76 ta ad deum cõuersus dic: Meditabor in operibus tuis. Quę
nam sunt opera ista? terra, mare, cœlum: quorꝫ ille admira-
Psal. 103 tione captus in eam tandẽ prorupit uocem: Quam magni
ficata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti. In
medio eñi firmasti terram sua mole liberatam, partim ari-
dã, partim aquis circũfusam: collocasti tam uaria in mari
piscíũ gña, qꝫ in sicco quadrupedũ pedibusqꝫ carẽtiũ repti
liũ, & supra terrã aera pmeantiũ uolucrũ: produxisti de ter
ra tot frugũ species, tot arborũ, tot lapidum, tot metallorꝫ:
& qui his uteretur, præstantissimũ inter animãtia hoĩem.
Tuum opus sunt cœlestia. Sol, luna, stellæ: quarꝫ cursus,
naturas, formam, decoremqꝫ oculis intuemur. et tamẽ qua
materia constẽt, dicere nequimus. Tu cœlũ, quo oĩa ista
circũdantur extendisti, quod statutis initio reuolutionibus
perpetuo moueri ac circũferri uidemus: quemadmodum
cætera omnia; & nos soli (proh nefas) legẽ tuã toties præ-

rimus. Miramur præterea nubes pendere, uẽtos concitari, micare ignes, fulmina ruere, pluuias, grãdines, niuesq; defluere, & tellurẽ ab ijs irrigari: quæ singula si digne consyderẽtur, tm̃ admirationis habẽt, ut non solum dei sapiẽtiã, a quo facta sunt testentur, sed eiusdẽ potẽtiã, qua nihil potẽtius, & bonitatem, qua nihil melius possit cogitari. Ille homines corporeos, ille incorporeos, angelos fecit, utrosq; ad fruendam cœlestis regni beatitudinem benignissime constituẽs. Ex his tamẽ non parua pars p arbitrij libertatẽ suo aduersata est creatori. Inter quos angeli cũ peccassent, a tanto bono diuina largitate sibi collato excidere. Itaq; protinus de cœlo præcipitati, & in intima corruẽtes irreuocabili damnatione puniti sunt. Homini aũt q̃diu in corpore uiueret, quia ignoratione magis q̃ malicia peccauerat, datus est pœnitentiæ locus, ut quod seductus male appetendo commisit, dolẽdo emẽdaret. Sed tamẽ pristinæ gratiæ statum recupare de radice corrupta geniti nequiuimus, donec ille qui non p copulam carnis, sed de uirgine intacta p spiritũ sanctũ est natus, in mũdũ ueniret, et nos corporis sui sacrificio expiatos deo patri recõciliaret. Exinde credẽtibus atq; pœnitẽtibus cœlũ patere cœpit. Quod si quis a malo, quod deinceps cõmisit, non se correxerit, atq; ita obierit, ipse quoq; cũ reprobis spiritibus pœnis mãcipabitur sempiternis. Tũc eñ quisq; ratã indicis in se sententiam accipit, cum de corpore egreditur: iterũ postea cũ corpore simul iudicandus, cũ mortui resurgent uiui, & canẽte tuba throni positi erunt, ut quisq; illud quod uiuendo meruit, præmiũ consequaẽ. Hinc demum neq; beatorũ gloriæ ullus unq̃ erit finis, neq; supplicij iniquorũ. Atq; hæc sane sunt nouissima illa, quorũ nos memores esse iubet Salamon ne peccemus. Nihil enim uel peccandi appetitũ magis frenat, q̃ futuræ damnationis metus: uel ad uirtutem magis excitat, q̃ mercedis promissæ spes. Vt igitur probe innocenterq; uiuas, imitare prophetam dicentem: Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Antiq sunt dies, qui præterẽũt, & ad præsentis uitæ breuitatẽ ptinẽt: anni uero æterni ad uitę futurę infinitatẽ spectãt: et si si Psal. 76

niti ad infinitum nulla est comparatio, cur quæso pro breuibus delitijs amittimus æternas, & non potius cum breui labore transimus ad quietem gaudij pennis? Conscij igitur fragilitatis nostræ, nec per se bonum quod cupimus ualentes pficere, leuemus oculos ad montes cum psalmista, & mente coeli culmina penetremus. Inde ueniet nobis auxilium a domino, qui fecit cœlũ & terram & omnia. Nõ possumus recte de illo aliquid speculari, nisi ab ipso adiuti: quiq; nobis relicti retro labimur, dei ac domini nostri ope subleuati usq; ad thronũ maiestatis eius perueniemus Ad contemplandam itaq; diuinitatis altitudinem dic cum
Psal.24 propheta: Ad te domine leuaui animã meam, deus meus in te confido, & tunc fiet quod in alio psalmo dicitur: Ac-
Psal.63 cedet homo ad cor altum & exaltabitur deus. Quãq; tam alte accedere, uel tam profunde de deo cogitare nequimus quin ille semper omni meditatione nostra in immensum maior sit: exaltatur tamen in nobis, quoties quæ uera sunt de ipso sentimus, & quẽadmodum sentimus, ita nec palã confiteri metuimus. Deum autem sicuti decet contemplãtibus multa interdum infundit spiritussancti suauitudo: qua delectatus propheta orabat, dicens: Lætifica animam
Psal.85 serui tui, quia ad te domine animam meã leuaui, quia tu domine suauis & mitis & multum misericors omnibus inuocantibus te. Hac ipsa cœlestium meditationum iucunditate temperari calamitatum suarum mœrorem humilis
Iob. 23 Iob optabat, cum diceret: Quis mihi tribuat ut cognoscã, & inueniam illum, et ueniam usq; ad solium eius? Tutissimum sibi refugium ratus in miserijs celsitudinis diuinæ contemplationem. Qui eñ cœlestis æternitatis bonum mente cõplectitur, caduca omnia facile contemnit. Quosdam talis meditatio in tantum occupat, ut abstracti a sensibus toto corpore obstupescant, mortuisq; simillimi appareant, cum per dies multos nihil de necessitatibus corporis curantes immoti mutiq; perdurent. Id Græci extasim,
2.Cor.12 nostri stuporem appellant. Hunc passus Paulus transcendit cœlos, & audiuit arcana uerba, quæ non licet homini loq: nescireq; se fatetur, utrũ cũ corpore an extra corpus raptus

fuerit, cum id sibi contigisset. Ioannes quoque in Apocalypsi se in spiritu non in corpore fuisse ait, cum dominum uidit. Et cum uidissem eum inquit, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus. Sed quo uiso per se stare non poterat, ab eo erectus mirabili mysteriorum uisione perfrui cœpit. Diuus quoque Hieronymus noster hāc se gratiam a domino quandoque accepisse gloriatur, ut secessu quondam mentis & angelorum choris interesset: & nescio quibus oculis in uno deo uidisset trinitatem, ac per hebdomadam uel plurium dierum spacium de corporeis nihil curaret: sibique tandem redditus, eorum quę uiderat desyderio recordationeque afficeretur & fleret. Nouit ergo dominus eis quos elegit, etiā ante mortem suæ dulcedinis mella delibanda porrigere: q̄ tunc plenis poculis propinaturus est, cum illos omni prorsus terrenæ labis fece detersa ad se sursum iusserit uenire, & sanctorum ciues ac suos domesticos fieri beatos in æternum futuros.

¶ De loco & tempore contemplationis. Ca. XXVII.

CAeterum & locum aptum, & tempus huic rei congruum obseruare debemus. Tunc enim mens liberius intentiusque contemplationi suæ inhæret, cum a turba secedimus, & nemine interpellante soli in solo loco sedemus, nihil aliud agentes, nihil curantes: eis tantum rebus intenti, quas animo uoluimus menteque uersamus. Ob hoc plærique relictis urbibus deserta & solitudines incolunt, existimantes non posse se commode cum deo simul & hominibus esse: colloquijs enim eorum cœlestis contēplatiōis ardorem interceptum frigescere, in secessu uero in dies magis accendi solere. Tempus præterea nocturnum maxime accommodum uidetur. Tunc siquidem omnia animantia quiescunt: neque hominum neque pecudum uox audit, nec auicularum garritus auribus obstrepit: nihilque sentitur, quod mentem cœli secreta rimantem grauet aut quicque molestet. Hoc tibi affirmat psalmista, dicens: Meditatus sum in nocte cum corde meo, & scopebam spiritum meum. Summum etiam mane, dum adhuc nox dubia & Psal. 76

dies incertus, quod crepusculum appellant, non minus erit opportunum q̄ nox ipsa. Nam tunc quoq; nocturnum silentium adhuc perdurat: & quod plus est, discusso iam sopore ciboq; digesto syncerior animus ad quæq; consyranda uiuaciorq; consurgit. Vnde idem propheta in alio psal-

Psal. 118 mo ait: Præuenerūt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua. Sed interim neq; nos fortasse quicq̄ musitare oportet dū contemplamur. Loquentis enim meditatio oratio nuncupatur, sicut & legentis lectio, & audientis auditio. Nam licet etiam orādo, legendo, audiendo pensemus æstimemusq; ea quæ dicunt̄, proprie tamē contēplatio ipa est quæ cū silentio, & neq; sensuū, neq; corpis, sed sola mētis agitatione pficit̄. De hmōi contēplatione in Hieremia

Tren. 3 scriptū est: Sedebit solitarius & tacebit, qa leuauit se supra se. Ver; tñ præ oībus, q̄ pijs animis recolēda & contemplanda sunt, expediēs erit redēptionis nostrę ruminare mysteria, & eadē q̄ sæpissime ad memoriam reuocare. Quanto eñ maius beneficiū fuerit, tanto illud rememorādo magis erga benefactorē amore accendimur. Primor; parentū puaricatio de paradisi delitijs omnē ipsoq; expulerat posteritatē, eadēq; dānationis lege simul oēs præmebamur. Misertus aūt deus filiū suū misit unigenitū: q ut pro nobis satisfaceret carnē suscepit serui, cū esset oīm dñs: uiā ueritatis demonstrauit, cū totus terrar; orbis pter Iudæā, impiæ religionis erroribus plenus foret. Morti æternę obnoxij eramus, ille ultro se morti crucis obtulit, ut nos a morte liberatos ad felicia uitæ promissa reuocaret. Mortuus & sepultus resurrexit, cœlūq; cū hoīe assumpto ascendit, ut homines de terræ puluere tandē surrecturos mōstraret: & cū corpe iam neq; mortalitati, neq; corruptioni subiecto, sicut nec ille subiectus est, cœlū petituros, si modo ipsum sequi fide opereq; uoluerint. Igit̄ tanti ac talis beneficij magnitudinē animo metiendo, quis adeo, ingratus erit, ut potius eligat illa quæ caro appetit, quæ mundus blanditur, quæ suadet diabolus, q̄ q̄ omniū creator deus, omnium redēptor ac saluator Christus iubet? cum præsertim p ista mūdati ad cœleste regnū pducamur, per illa aūt æterni ignis cruciati-

bus mancipandi simus. O stupendã obstinatorũ cæcitatẽ. In tanta tpis breuitate nolũt carere uoluptatibus, per quas certissimum est ad inferos præcipitium: & laborẽ tam modici tpis defugiunt, p quem aditus ad supernam beatitudinẽ uerissime comparatur sine fine fruendam.

¶ De prauis cogitationibus cauendis. Ca. XXVII.

QVantum aũt ad bene beataq; uiuendum conferre solet diuinarũ rerũ contemplatio, tantum ad male agendum alliciunt cogitationes prauę. Quæ cum etiam inuitis nobis & nolentibus frequenter obrepant, quanto uiolentiores putas fore, si quando uictus manũ dederis, qui nunc repugnas? Mihi crede nisi semp bellũ cũ illis q̃ pacẽ malueris, p sensuũ tuorũ ianuas ad animã usq; ingredientur, & p blandimenta eam subuertẽt, subuersam interimẽt. Anima em̃ mala cogitatiõe fecũda parit pctm̃: peccatum uero cum ppetratum fuerit, generat mortẽ. Igit tam & si aduersarius hic noster, id est perniciosus cogitatus non põt sic pœnitus repelli & in fugã cõuerti, quin rursum aliqñ collectis uiribus in præliũ redeat, mẽtisq; nr̃æ arcẽ oppugnet, portis instet: donec tñ intus non irruerit, ac dominari cœperit, tuti sumus, nec uerẽdũ ẽ ne forte p uim irrũpat: neminem uincit nisi uolentẽ. De illis dũtaxat, qui se in ptãtem eius non inuite dedunt, triũphare consueuit, et eos ad interitũ usq; pducere. Nihil itaq; aliud ẽ impuræ cogitationi totũ animi assensum præbere, q̃ ab hoste nobis infensissimo sanguinisq; nostri imprimis cupido superari uelle. Manifesta aũt stultitia est, ei sponte cedere, a quo nil nisi necẽ speres. Hoc tibi testat̃ Salomon, dicens: Qui cogitat mala facere, stultus uocabit̃. Ac ne forte de furioso, cuius error excusatur dictum putares, continuo intulit: Cogitatio stulti peccatum est. Stultus ergo nec tamẽ excusabilis pctõr erit, qui quicqd appetitio suggesserit, illud protinus curabit sequi, & carni magis q̃ spiritui seruire decernet. Quæris quo nã pacto nõ solũ in factis aut dictis, uerũ etiã in ipsa cogitatiõe possit esse pctm̃? Rẽ alienã iniuste cõcupiscis, bonũ alterius inuides, lęsus uindictã appetis uisę mu Prouer. 24

lieris uenereo amore turpiter exardescis: & quodcunque malum ita cogitas, ut si posses, perficere uelles, ab illo qui etiã occultorum iudex est, pro facto tibi imputabit. Aliter enim deus, aliter homo iudicat: deus quẽ nihil latet, in omnibus uoluntatis affectum pensat: homo uero, quia cordis alieni secreta rimari nequit, commissum tantum modo crimẽ examinat: nec quærit prudens an imprudens feceris aliqd mali, sed semper tanq̃ uoluntariũ punit. Deniq; apud deũ qui odit fratrem suum homicida est: apud homines uero non habetur pro homicida, nisi qui conficit hominem. Apud deum qui uiderit mulierem ad concupiscendum eã iam mœchatus est eam in corde suo: apud homines nisi cõmissi adulterij conuictus fuerit, pro concupiscẽtia quæ cordis crimen est, plecti non debet. Sed quid prodest pro cogitato flagitio humanæ legis mulctam non subire, cũ propter illud iudicio damneris diuino, et æterni reus habearis supplicij? Lex diuina uxorem proximi, bouem, ancillam, & qcqd illius est cõcupiscere prohibet: si cõcupieris tñ legem dei præuaricatus es: qui autem sic peccat, nisi eum pœnituerit, non pœnam temporariam meretur, sed æternam. Ideo in sacris literis est scriptũ: Peruersæ cogitatiões
Sap. 1 separant a deo. Et iterũ: Abominabile domino cor prauũ. Quod si beati sunt mũdo corde, quia deum uidebunt, profecto qui immundæ cogitationis fœditate inquinant, deũ uidere non poterunt: Quis autem dicere queat, quanta sit infelicitas illius desperare conspectum, in quo uno uidendo omnis nostra beatitudo consistat? Quamobrem totis uiribus est cauendum, ne cum tanto animæ nostræ dispendio illicitæ cogitationis laqueis irretiamur, & dominus, cui nihil est absconditum, sicut olim Iudæis, ita etiam nobis exprobret, dicens: Vt quid cogitatis mala in cordi-
Matt. 9 bus uestris? Primo suggestioni lasciuientium cogitationũ erit resistendum, ne placeant: deinde si quicq̃ delectauerint, ne eatenus gratæ sint, ut usq; ad consensum facti animum inclinent. Quod si euenerit, iam certe commisisti scelus illud, quod cogitasti ut committeres, si adesset facultas dareturq; occasio. Quoties eñ iniquæ actionis adimplen

dæ potestas tollit, uoluntas peccādi pro facto habet. Cum ergo se nobis noxij perniciosiq; ingerent cogitatus, prætеruolare prætereq; labi sinant. Non habebunt in corde nostro ullū remorandi locum, si contraria illis cœperimus cogitare, & uitij uirtutisq; finē taciti ꝓpēdere. Breuis ē uitiorꝝ uoluptas, sed æternū supplicium. Breuis est uirtutis exercēdæ labor, sed inæstimabile & infinitum præmiū. Facessat igit malignæ cogitationis mortifera delectatio, quę incautos in baratrum pręcipitat inferni. Maneat aūt diuinorum operꝝ diuinarumq; legum meditatio salubris, quę nos ad cœleste regnum transmittat, & sanctorꝝ angelorum faciat esse consortes. Verūtamen si ad puræ contemplationis donum cupimus peruenire, non solū scœlestæ cogitationes uitandæ erunt, sed etiam futiles ac uanæ. Vana cogitatio est circa ea quæ fluxa atq; fragilia sunt, nec quicq; in se solidę utilitatis habent. Imprudentis est igit de bonis corpis aut externis cogitare, quæ permanere nullo modo queunt & æterni ac stabilis boni, ad quod fruendum creati ac nati sumus, non satis recordari: cum pręsertim hoc haberi nō possit, nisi illa contemnātur: neq; libere & expedite de hoc aliquid consyderari, nisi illa ferme obliuiscātur. Quandoquidem omnia relinquere & se solum sequi iubet eos dominus, qui inter ipsius discipulos censeri desyderant. Sola itaq; de deo cogitatio uana esse non potest. Ideo Salomonis te sapientia hortatur, & ait: In omnibus uijs tuis cogita dominum, & ipse diriget gressus tuos. Aliud uero cogitantes uanitatis arguimur, dicēte propheta: Dominus scit cogitationes hominum quoniam uanæ sunt. Confecta est prima propositi opis pars, quā titulo fidei applicandam censuimus: nunc de spe, & quæ illi magis arbitrabimur cōuenire spiritu sancto instruente differemus.

Prouer. 3

Psal. 93

LIBRI PRIMI FINIS.

EVANGELISTARII MARCI MARVLI LIBER
Secundus de spe, & alijs uirtutibus ac uitijs, quæ uel spem consequuntur, uel ei aduersantur.

De spe veniæ Ca. I



PES EST SVMMI boni deo miserante potiundi expectatio. Peccauimus domino legi iussisque eius non ut oportuit parēdo, agamus pñiam et speremus ueniā, et miserebit nostri deus
Matt.4 nr̄. Pñiam inqt, agite, & appropinquabit regnū cœlorum. Sed de pñia postea suo loco tractabit, modo aūt q̄ misericors est dñs, q̄ facile ijs quos delicti pœnitet, ignoscat uideamus: ut & ipsi nobis remissurū delicta confidentius speremus, cum alijs quoq; multis eum remisisse ex euangelio didicerimus. Remisit Matthæo teloneū, Zachæo fraudes, mulieri dep̄hensę adulteriū, latroni rapinas & homicidia, apostolo negationem. Igit si mercaturę negotiationiq; operā impēdis, desine usuris rē quęrere, atq; hactenus quæsisse dole, sicut fecit Mat-
Lucæ.5 thæus: qcqd dolo fraudibusue interuersum ē restitue: et tm̄ uitę necessarijs cōtētus esto, sicut fecit Zacheus: ac tū demū
Luc.19 poteris esse discipulus Christi, cū desieris esse māmonæ seruus. Porro si ueneree uoluptatis obscœnitatibus es pollutus, & tua te accusat cōsciētia, ingemisce cōpūctus, ora ut mūderis: mūdata aūt cōsciētia p cōfessionis pñiæq; sacra-
Iohan.8 mētū, dicet tibi dñs, qd aū dixit adulteræ: Vbi sunt q te accusabāt, nemo te cōdēnauit, nec ego te cōdēnabo: uade, et noli ampl[illegible] peccare. Prȩterea si forte odio habes fratrē tuū si rapui[illegible], si percussisti si occidisti, cōfitere crimē, dic te dignū supplicio, sed tū ut misereat tui dñs instāter postula. Vis nosse quātū hoc tibi profuturū sit, ille q sic peccauerat,

sic poenituerat, de cruce ascendit ad paradisum, angelorũq; fit socius, q fuerat latronũ. Cæterũ si etiã oim maximũ scelus cõmisisti, hoc est, si Christo renũciasti, & uel Iudaica ul Machumetana, uel aliqua alia impietate subuersus es, cogita q̊ occideris, quantũ mali pperraueris: & ad mentẽ sanã rediẽs amaris fidei fletibus. Petri exẽplo, laua pfidię sordes & mereberis rursum fieri mẽbrũ ecclię, a cuius corpe auulsus fueras, & iã cũ mortuis cõputatus. Hæc tecũ meditare, hæc mẽte reuolue. Nunq̃ ueniã desperabis o peccator, si et istorũ q̃s mõ cõmemorauimus crimina, & dñi erga ipsos benignitatẽ atq; miam recte metitus fueris. Sed fortasse dices, nõ solũ grauia & horrẽda sunt pctã mea, uerũ etiã plurima uixq; ullo calculi numero cõprehẽsibilla. Igit ne multitudo criminũ spei tuæ detrimentũ faciat, respice mulierẽ illã, cui quotidiana delicta peccatricis cognomentũ indiderant. Videns onere tot flagitiorũ se infeliciter premi, Luc. 7 accessit ad Iesum, lachrymis pedes eius lauit, capillis detersit, unguẽto pfudit, & statim mortifero fasce leuat, dimittunturq; ei pctã multa, qa dilexit multũ. Vtrũ hoc de Maria magdalena dictũ, an de quadã alia incertũ est: & tñ de Maria quoq; septem dæmonia eiect[illegible] fuisse Marcus testatur: per quæ uitijs quibus inquinata fuerat, purgatam designat. Et ipsa igitur ppetua diaboli serua fuit, sed cum finẽ iniquitatibus fecisset, meruit fieri discipula Christi. Remissorem aũt ut magnorum ita & multorum peccaminum se Lucæ. 13 esse ostendere uolens dominus, mulierẽ duodeuiginti annos inclinatam erexit: Lazarum post quadridui sepulturã Ioan. 11 iã foetentẽ ad uitã reuocauit. Quãuis ergo diu te Sathanas alligatũ tenuerit, quamuis longo peccandi usu iam obdurueris, & toto tpe in scelerum tuorum monumẽto iacẽs cõtabueris, exolue tandẽ uincula, rumpe laqueos omnes, & diutinam mortem detestatus ad illum cõuerte qui suscitat mortuos, & qui sepultos tumulatosq; facit reuiuiscere, & excusso de pedibus puluere mũdatos exire, q dimitti iubet peccanti nõ tm̃ septies, sed etiã septuagies septies. Sẽp itaq; spera in dño, & ora cũ propheta & dic: Miserere mei deus Psal. 50 scdm magnã misericordiã tuã, & scdm multitudinẽ mise

rationum tuarum dele iniquitatem meam: ut & misericordiæ magnitudo magnitudinem, & miserationum multitudo multitudinem tollat delictorum. Postremo ita tibi persuadeas uelim, nullum esse omnino uitiorum genus nullum numerum, quin utrunque clementia ignoscat diuina his quos peccasse pœnitet, & misericordiam implorare non piget, a peccatis quibus deus offenditur pro uiribus abstinendo, quibus placatur iustitiæ operibus sese exercendo. Solis impœnitentibus & desperatis non est ueniæ locus: nequius tamen peccant qui desperant, quam qui præsumunt: de utrorumque nunc uitio, cum de spe ueniæ satis hactenus dictum sit, breuiter explicemus.

De desperatione Ca. II

QVi præsumunt, quoniam in peccatis perseuerando se saluari sperant, dei iustitiæ derogant. Qui uero desperãt quia sibi ignosci posse diffidũt, dei misericordiam denegant. Præsumptiõe usus est latro a sinistris

Luc. 23 dominicæ crucis pendens, cum dixit: *Si tu es Christus, saluum fac teipsum & nos.* Non eum erroris pœnitet dubitando de Christo, non criminis, rapinas quas fecerat silentio prætermittẽdo: & tamen arroganter petit ut saluet. Sed licet ille de pœna, quam tunc patiebatur, liberari postularit, ei tamen illi simillimi sunt, qui corrigi nolunt, & pœna quam in inferno luituri sunt, se liberos fore sperant, deum quidem misericordem esse confitentes, iustum autem negantes. His contrarij sunt qui desperant. Grauitatem enim delictorum suorum consyderant, & magnitudinem diui-

Gñ. 4 næ miserationis non perpendunt. Desperauit Cayn, cum fratre interempto diceret: *Maior est iniquitas mea, quam ut ueniam merear.* Si de dei clementia recte sensisset, profecto etiam id quod non merebatur, ab eo se impetraturum pœnitendo sperasset. Nemo quippe ueniam accipit, quia ipse meretur: sed quia benignus est ille, qui eam largitur.

Math. 27 Desperauit & Iudas domini sui proditor. Peccaui inquit, tradens sanguinem iustum: restituitque argenteos, quos inique acceperat. Sed nec pœnitẽtia illi profuit, nec satisfactio quia dolore superatus ad laqueũ cõfugit, non ad dei miseri-

cordiã. Dolere quidem debuit de peccatõ, sed non ita ut spẽ quæ in deo est, de manibus dimitteret. Nos igitur qui deũ in multis offendimus, & dolendo de culpa ueniam speremus, & sperando ueniam de culpa doleamus. Vtrũq; necessariũ est ei, qui et poenas cupit euitare, & beatitudinem consequi sempiternam. De spe aũt temere præsumentium dicitur. Spes impiorum peribit. Et de errore desperantiũ: Si desperaueris inquit, lapsus in die angustiæ, imminuetur fortitudo tua. Dies angustiæ dies iudicij est. Cuius aũt tunc fortiudo imminuta fuerit, hic dæmonum accusationibus grauatus damnationi succumbet. Prouer. 10 Prouer. 24

¶ De decem præceptis. Ca. III.

Illius aũt spes nunq̃ fallitur, qui dei præcepta q̃ potest studio se obseruat, dicẽte dño in euãgelio: Si uis ad uitã ingredi, serua mandata. Mandata uocat quæ decalogo continent. Non habebis deos alienos: deus em ũr unus est Qui somnijs & sortilegijs & maleficorꝝ diuinationibus fidẽ præstant, deos alienos colunt. Cũ em solius diuinæ sapientiæ sit, futura nosse, hoc q̃d dei est alijs tribuere p̃sumũt. Non facies sculptile: eo uidelicet animo, ut adores illud ac pro deo habeas. Non est sceleris huius expers, q pecuniã seculiq; diuitias magis q̃ æquũ bonũq; diligit. Apostoli autoritate hoc probamus, q Collossensibus scribẽs auaritiã simulachrorꝝ seruitutẽ appellat. Neq; tñ p hoc mandatũ ars reprobata est sculptorꝝ uel pictorꝝ. Non pingere aut fingere simulachra uetãt, sed adorare: ideo sequr. Nõ adorabis ea neq; coles: ego enim sum dñs deus tuus. Quod aũt nos quoq; Christi sctõrũq; imagines adoremus, non ad ipsas imagines, ne idolatriæ arguamur, sed ad eos q̃rꝝ ipsæ imagines apparent, adorationẽ dirigimus. Idcirco aũt eiusmodi simulachra publice proponi solent, ut quoties cõspecta fuerint, ad memoriã res gestas eorꝝ q̃bus dicata sunt, reuocent: & ad imitandũ fideliũ mẽtes accedant. Non assumes nomẽ dñi dei tui inuanũ: ne contẽnere uideare, quod præcipue oportet revereri. Memento ut diẽ sabbati sanctifices. Nos uero sabbati obseruationẽ ad diẽ dominicũ transtulimus, ne cũ Iudæis in Christũ nõ credẽtibus uidea Exod. 20 Primum præceptũ Col. 3 Secundum Tertium

mur sentire: qui eum in sepulchro mortuum sabbato quie uisse fatētur quidem, sed postea uiuum resurrexisse negāt. Itaq; ob resurrectionis reuerentiā, eo q̄ facta est die ab opi: bus uocamus: nec tamen ita supstitiose, ut iudæi sabbato. Nā et mēsas paramus, et calices abluimus: & multa hmōi agimus. Etenī seruilia opa q̄ uetanī, pctā potissime, qbus deus offendiī intelligimus: a qbus certe tūc magis est ab- stinendū, cū diuino cultui opa īpedīt. Neq; aliā ob rē festo die cessare debēt manuū exercitia, nisi ut qsq; ceteris oib9 curis expeditus diuina tm̄ tractet, tēpla uisitet, p̄catiōibus incūbat, missalibus sacrificijs intersit, p̄dicationes audiat, & totū tēpus illud in dei laudē cultumq; expēdat. Cū ergo dñicis feriatisq; ab ecclesia institutis diebus maxime a sce lere abstinēdum sit, cur nos infrenis ac petulās iuuētus tūc præcipue inganeis crapulamini? in choreis lasciuitis? in io cis & ludis diffluitis? aleaꝝ tesserarūq; lusionibus tp̄s diui no honori dedicatum impie cōsumitis? In quo qdem lusu nec amissæ pecuniæ dānum sine infamia, nec lucrū sine re stitutionis debito, nec usus est sine pctō, nisi forte periura- re, & dolos intēdere, & aliena inique cōcupiscere, & inter se identidem rixari atq; in contumeliā prorūpere fas esse dixerimns: omitto q; interdū nec manibus tēperaī, et usq; ad uulnera cædesq; p̄ueniī. Quanto ergo leuius crimen ab his diuertere, & alicuius honestæ artis laboribus diem illū conterere, q̄ per otium ad tam nefanda flagitia conuerti? Profecto minus offenderetis, nullum omnino diem festū agere, q̄ hunc quem agitis tot uitioꝝ obscœnitatibus pro phanare. Concessus fuit olim Iudæis repudij libellus, ne in uxores quæ displicuissent, ueneno sæuirent, sed potius ui- uas dimitterent. Age iam permittatur & uobis, ut omnes dies profesti sint, nullus festus, ut potius manuū labore oc- cupetur animus, q̄ nihil agendo male agere assuescat. Nul lus igitur sit uobis dominicus dies, ne ipsum qui domini- cus est, in diabolicum conuertatis, dum eo toto tempore, quo ab operibus uacui estis, non tam domino q̄ diabolo seruitis. Itaq; nunc quidem ad uos pertinere arbitror hoc quod dicitur; Memento ut diem sabbati sanctifices; cū ne-

quacq; sanctificetis eum sed polluatis. Vt aũt & ad uos pti neat, redite iam ad mentẽ & intelligite: ideo festis diebus a secularibus negotijs feriandũ præcipi, ut exerceamus in diuinis, & non ut hauriendis luxurijs uoluptatibusq; incũ bamus. Et hæc sane præcepta sunt, quę ad dei duntaxat cul tum spectant: reliqua uero circa charitatẽ, quam proximis debemus uersantur. Honora, inquit, patrem tuũ, & matrẽ tuam, ut sis longæuus super terram quam dominus deus tuus dabit tibi. Natura ipsa nos prouocat, gratis parentes nostros colere & amare, quãto magis hoc facere debemus cum etiam præmium proponatur longæuitatis? Necq; si quosdam in primis parentũ studiosos parũ diu uixisse noueris, de promissione diffidas. Ideo terrenum & temporale bonum interdum cito subducitur, ut cęleste & æternum gradu beatitatis celsiore cumuletur. Non occides. Cum neminem tibi lædere liceat, multo minus interimere. Ne iudici quidem aliquem capitis reum ex odio fas est interficere, sed ex lege. Quamobrem non tibi, sed illi, qui exequendis legibus perficitur, dictum est: Maleficos ne patiaris uiuere. Priuato autem homini ne iniuriam qdem, quã accepit, ulcisci permittitur, dicente dño: Da mihi uindictam & ego retribuam. Non mœchaberis. Omnis coitus hoc mandato prohibetur extra matrimonij copulam. Si continere non potes, cur sine uxore es? sin potes, cur monachum non profiteris? Illud ne damneris, hoc ut mercedis plus capias uoto suscepto castitatis. Non furtum facias. Furti actio est in eum, qui contrectat rem alienam inuito domino. Igitur contra hoc præceptum peregit, nõ solum qui aliquid furto sustulit, sed etiam qui per uim rapuit, uel per fraudem elicuit, uel casu inuentum restituere uoluit. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Cum enim Christus dei filius ueritas sit, quicqd aduersus ueritatem dicitur, deũ offendit. Non tamen omẽ mendaciũ ita graue crimen est, sed illud tantũ, quod aduersatur charitati, & cum alicuius detrimento perficitur. Fingere aũt & mentiri quod nemini noceat, leuis est culpa. Interdum ne culpa quidem, sed potius meritũ: ut cum fin-

[Margin: Quartum; Quintum; Exod. 22; Rom. 12; Sextum; Septimum; Octauum]

gunt parabolę siue apologi ad pcepta uirtutis. Nemo quippe ignorat ea conficta esse, non ut mēdacium dicat, sed ut ueritas disciplinæ salutaris iucundius exprimat, gratius acceptetur, tenaciusq; menti discētis insideat. Hoc me fecisse nullo modo poenitet, aedito illo quinquaginta parabolarum libello, dum prodesse plurimis cupio: non cōmento, sed ueritate. De pnicioso aūt mendacij genere scriptum est: Os qd
Sap. 1 mentitur, occidit animam. De hoc uero quod excusamus ac defendimus, abunde in parte eius libri, quem de religiosæ uiuendi institutione inscripsimus, est tractatum: ubi sanctorum exemplis probatur, non solum fingere quandoq; licere, sed etiam esse necessarium, quoties consultum iri uolumus uel nostræ uel aliorum saluti. Non concupisces do
Nonū. mum proximi tui. Non desyderabis uxorem eius. His
Decimū. postremis dei mandatis aperte discimus, non modo facto dictoq; posse delinqui, uerumetiam sola mali concupiscētia. Et si rem alienam nefas est concupiscere, multo magis auferre: & si desyderare tm̄ alterius coniugem non debemus, multo minus cum illa rem habere. Concupiscentia enim & desyderium q̄uis crimine non careant, facilius tamen coercentur, si cupita non perficiuntur: difficilius aūt cum in cōsuetudinem facti uenerint. Insatiabiles nēpe bestiæ sunt auaritia & libido: non implentur haustu, sed quo magis hauserint, plus esuriant. Hoc quod sequitur, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, neq; omia quæ illius sunt, cum illo quod de domo non concupiscenda dicitur iungendum censeo, ne ex decalogo endecalogū faciamus: Cum ergo in fine his duobus præceptis prauę cupidines uitandæ iubeantur, quærimus quō eas uitabimus cum interdum etiam inuitis ac repugnantibus nobis sese ingerant, animumq; non parum solicitēt ac lacessant? Sed q̄ diu refragamur, nihil nocent: nocent aūt cum eas dominari permittimus, & cum scelus quod nondum peractum est, uolumus, totoq; tandem uoluntatis affectu eo ferimur quo illæ blandiendo inducunt. Concupiscentia itaq; mali nihil aliud est, q̄ firmus in malum consensus; quod q̄uis non fiat, factum tamen iri cupimus.

¶ De mandatorum consyderatione Ca. IIII

HAec sunt legis mandata in tabulis lapideis digito dei descripta, ut cum omnia quæ legis sunt didiceris, ista potissime teneas, quæ modo magis exquisito magisq; mirabili tradita sunt populo fideli. Cur enim ea deus in marmore sculpẽda curauit, nisi quia æterna esse uoluit? ac ne quãdo de memoria exeant, palleorũ fimbrijs assui iussit uittas hyacinthinas: quas quoties aspicerent, toties eorum quæ ad comparandas animi uirtutes præcepta sunt, recordarentur. Nobis uero quibus non iam litera, sed spiritu uiuere conuenit, uittę istæ in corde non in pallijs reponendæ sunt, & nunq; dimittendæ. Quid enim ita ardẽter amplecti debemus, ut mandatorum memoriam? quorũ obseruatio nos excorruptibilibus facit incorruptos, & ex mortalibus immortales, & ex terrenis cœlestes: quę deniq; diabolo nos eripit & deo coniungit. Talia consyderabat uir sanctissimus Dauid, cum diceret: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua domine, super mel ori meo. Vis ut & tibi dulcia sint? noli in uerbis diuinis eloquij ornatũ requirere: ita composita sunt, ut & docti & indocti, quod omnibus pariter profuturum erat, intelligerent: sed attende qualis quantusq; sit, per quem prolata sunt: per illum utiq; qui solus & acumen ingenij hominibus præstat, & ipsum dicẽdi leporem impartit. Idem enim & fons bonorum omnium est, & largitor, & cuius tam dicta q; facta nulla prorsus in parte argui queant, cum solus in cunctis ut maxime potens, ita summe sapiens sit. Cogita etiam quanta tibi in his obseruandis quæ præcepta sunt promittant: certe non argentum, neq; aurum, neq; terreni regni fortunæ subiecta potentia, aut gloriæ humanæ fragile bonum: sed illa firma atq; stabilis beatitudo, qua nihil melius, nihil maius ab homine optari possit. Cum ista animo permẽsus fueris, tunc nõ solum, q; dulcia faucibus meis eloquia tua domine dices, uerum etiam cum eodem propheta lætus cantabis: In uia testimoniorum tuorũ delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. Et iterum: Bonum mihi lex oris tui super milia auri & argenti; Et rursum: Dilexi manda-

Num. 15
Psal. 118
Ibidem.

t a tua super aurum & topazion. Item eodem psalmo: Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa
Deut. 30. Quid enim illis pretiosius? quid optabilius? quæ sola nos efficere queant cælo dignos, æternitatis compotes, summi boni certos perpetuosque possessores. Talia si tecum (ut de-
2. Ioan. 5. bes) quotidie reputaueris, iam tandem cœlestium mandatorum amore captus, atque ad eorum autorē deum conuersus dices: Ignitum eloquium tuum uehementer, & seruus tuus dilexit illud. Non poteris eñ illud non maxime diligere, in quo tibi tam grande bonum propositum esse intellexeris. Prudentia præterea mirum in modum proficere & sapientia compleri incipies. Hoc tibi Baruch prophetæ uerbis promittitur: neque eñ fallit ille per cuius os spiritus
Psal. 118. sanctus locutus est: Audi, inquit, Israel mandata uitæ, auribus percipe ut scias prudentiā. Et Iesus Sirach filius, cuius dicta sacris uoluminibus inseri meruerunt, Fili, ait, cōcupiscens sapientiam, conserua iustitiam, & deus præbebit illam tibi. Ac ne de aliqua alia quàm quæ in mandatis con
Sapien. 5. tinetur iustitia dictum putares, alibi explanat dicens: In mandatis dei assiduus esto, & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi. Hinc est quod in his uersatus
Sapien. 1. Dauid omībus humanæ scientiæ professoribus se sapientiorem factū audet asserere: & dño confidenter loquitur,
Baruch. 3. dicens: Super omnes docentes me intellexi, quia iustitia tua meditatio mea est: & super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui. Abeat igitur cum suis dissertationibus Plato, & cum argumentis Aristoteles, & cum sophismatū callidis captionibus omes ueteris achademiæ philosophi: uera sapientia est, deum nosse, & tam edicta quàm interdicta
Ibidem. eius tota animi sedulitate obseruare. Cæterum nequis obseruandorum difficultatem ignauiæ suæ fauens insipienter excuset, & impossibilia esse prędicet, audiat Ioannem apostolum dicentem: Hæc est charitas dei, ut mandata eius custodiamus, & mādata eius grauia nō sunt: audiat & Moysen in Deuterenomio sibi loquentem: Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positū, nec in cælo situm, ut possis dicere: Quis nostrum ual

let in cęlum ascendere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus atque opere compleamus? neque trans mare positum, ut causeris & dicas: Quis e nobis poterit mare transfretare, & illud ad nos usque deferre, ut possimus audire & facere quod pręceptũ est? sed iuxta te est sermo, ualde in ore tuo & corde tuo, ut facias illũ. Quid ergo quod supra nos nõ est, amplecti recusamus? & quare quod cordi insitũ est, id euellere ac proijcere conamur? nõne cum hoc agimus, intus quibusdã conscientiæ stimulis pungimur? quasi qui cõtra naturæ uim nitamur, dum ab his quæ iubent, declinamus? Perspicuũ est igitur, quia prauis affectibus superati, neque deo, neque conditionis nostrę rationi obedimus. Quæ præterea dementia est, immo quis furor, uitiũ sequi malle, cuius finis poena perennis est, quam uirtutẽ, qua beatitudo cõparatur æterna? Beatitudinẽ autem decalogi obseruatoribus promissam quis ambiget, cum ueritas in euangelio (ut supra retulimus) dicat: Si uis ad uitam ingredi, serua mandata? Idem dominus alibi quoque cum de deo patre loqueret: Scio, inquit, quia mandatũ eius uita æterna est. Si ergo tan- Ioan. 12.
tæ mercedis compotes esse cupimus, dei mandata ne deseramus. Quę sicut perfectę uirtutes sunt, ita perfectiõis numero, id est, decade censentur. Hæc est itaque frugũ decima Malach. 3
sanctarum in horreum dei inferenda, multo melius quam illa quæ de terræ foetibus collecta offerri solet. Hæ sunt decem con- 2. Paral.
chæ a uero Salomone positæ, in quibus lauari debẽt: nõ pecudum ut olim, sed animarum nostrarum uictimæ in holocaustum charitatis deo consecrandę. Hæc est cithara illa, illeque decachordus, ad quem nos hortatur Dauid. dicens: Confi- Psal. 32.
temini domino in cithara, & psalterio decem chordarum psallite ei. Hæ denique sunt decem plagæ illæ, quibus Pharao aduersarius noster percutitur, & nos per eas liberati ad terram usque promissionis perducimur, terram lacte & mel- Exo. 3.
le manantem, id est, lucis æternæ candore uisionisque diuinæ dulcedine refertam; quæ non mortuorum terra, sed uiuentium dicitur: ne quis alibi uiuere cupiat, quam ubi semper feliciter uiuat & mori non possit. Cumque ad tam inæstimabile bonum hac sola uia peruenitur, ad eam ipsam Salo-

mon sapientiæ dono insignis te dirigit ac stimulat, dicens Conserua fili præcepta patris tui, id est dei: & ne dimittas legem matris tuæ, id est ecclesiæ: liga ea in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo, ut uidelicet neq; cogitatione delinquas, neq; lingua labaris. Cum ambulaueris, inquit gradiantur tecum: & cum dormieris, custodiant te ne pecces, & uigilans loquere cum eis. Quæris, cur ita? ne scilicet q̃ diu per huius uitæ curricula incedis, iustitiæ iter deseras & uel per quietẽ diaboli ludificationibus capiaris, uel cũ euigilas, de mundo prius q̃ de deo cogites. In quo quidẽ imitãdus est nobis ille qui ait: Quomodo dilexi legem tuam domine, tota die meditatio mea est. Igitur quotidie te cum reuolue, quotidie mente rumina quæcunq; deo placent ut facias, quæcunq; displicent ut deuites. Ac si quando pigebit cuncta repetere, ad summã illam in euangelio
Math. 22. a domino factam protinus recurre, Diliges, inquit, dominum deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: hoc est maximũ & primum mandatum. Secundũ autem simile huic: Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. In his duobus mandatis, inquit, uniuersa lex pendet & prophetæ, Omnia quippe præcepta tam legis q̃ euãgelij ad hunc ipsum rediguntur finẽ, ut deus & proximus diligatur. Ita tamen proximũ dilige, ut deum non offen-
Ioan. 5. das: ita deũ ama, ut nihil magis, nihil æque amasse arguaris, Et si charitas dei hæc est (sicut Ioannes apostolus testatur) ut mandata eius custodiamus, mendax est profecto, qui se deum diligere dictitat, & præcepta eius non seruat, Quæ quo diligentius ad huc studiosiusq; amplectamur, cũ de obseruatorũ præmio satis dictum sit, de transgressorum quoq; poena aliquid memoremus.

¶ De præuaricatorum pena. Ca. V.

SI quis interim alteri infensus maligne cauilletur, sibi in mandatis ne occidat uetari, & nonne odio habeat aut aliquod aliud iniuriæ inferat genus? meminisse debet, cuncta quidem quæ in altera tabula conscripta sunt ad illam summã redigi, qua iubemur, ita proximos ut nos metipsos diligere, Quo semel recepto, non solum ab om-

ni offensa erit cessandum, sed etiam bene cuiq; optandũ, beneq; faciendũ, & quod nobis indigentibus ab alijs exigeremus, id aliorũ necessitati præstandum. Si cui tamen quidq; mancum in decalago imperfectumq; uidebitur, omniũ perfectionem ex euangelio petat: Non ueni inquit saluator, soluere legẽ, sed adimplere. Quamobrẽ sicut legis ita & euangelij mandata obseruare nobis necesse est, si saluti nostræ consultũ iri uolumus. Nam & ipse euangelij author Christus quæcũq; docẽdo tradidit nobis, ea se a patre accepisse dixit: hoc quoq; habẽs a patre ut filius sit, patri tamẽ coæternus & cõsubstantialis: atq; ita fiet, ut illa quę uel per patrem, uel per filiũ, uel per spiritũ sanctum iubentur, unius dici iussa esse credamus, unius maiestatis imperia. Quædam tamen ad tempus obseruanda, ut illa quæ futurorũ figuras continebant: quædã semper, ut hæc ipsa de quibus nunc agitur, quæ ad uitæ morũq; institutionẽ spectant. Illa uero quæ perfectionis sunt, id est ut paupertatẽ castitatemq; colamus, monasticæ uitæ modum normãq; sectantes, nostro relicta sunt arbitrio, antequã ea seruãdi uoto nos obligemus: q si uouerimus prestare tenebimur, nõ minus quã illa quæ iussa sunt. Præuaricator est qui secus fecerit. Sed iam redeat unde digressa est oratio, & sicut instituimus ipsas præuaricatorum pœnas fidelium traditionũ scripta percurrendo solicite scrutemur. Neq; hoc sine dolore, immo nec sine metu, ne ipsi quoq; cum peccatores simus. in illas incidamus. Legimus enim in Deutoronomio execrationes de monte Hebal a leuitis dei iussu prolatas, & inter legendum contremiscimus, Maledictus inquiunt qui facit sculptile: quod est contra primæ tabulæ mandatũ Contra secundæ autem præcepta delinquentibus dicitur. Maledictus qui non honorat pattrem suũ, & matrẽ suam maledictus qui transfert terminos proximi sui: maledictus qui errare facit cæcum itinere, maledictus qui peruertit iudiciũ aduenæ puppilli & uiduæ: meledictus qui dormit cum uxore patris sui, & reuelat operimentum lectuli eius, & qui dormit cum iumento, uel cũ sorore, uel cum socru, uel cum uxore proximi; & qui percusserit proximũ,

Math. 5.

Deut. 27.

& qui pro pretio uitæ insidiatur alienæ. Post multa: Male-
Deut. 26. dictus aiunt, qui nō permanet in sermonibus legis huius,
nec eos opere perficit. Deinde iterum ad maledicendū acri
us insurgentes ad transgressoremq; conuersi dicunt: Male
dictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictū hor-
reum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ, maledictus fru-
ctus uentris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuo-
rum & greges ouium tuarum: maledictus eris ingrediēs,
& maledictus egrediens. Lōgum foret cuncta referre quæ
ibi colligūtur, sed breuiter, nihil prorsus mali, quod in hac
uita mortalibus accidere possit prætermittitur, usq; adeo
graue crimen est, diuinis nolle parere mandatis, & aduer-
Leuit. 26. sus ea niti propriæ uoluntatis libidini blandiendo. Eadem
enumerantur in Leuitico, & præcipue fames, pestilentia,
gladius: multisq; in locis scripturæ idipsum non siletur: ut
quod toties repeti audis, euenturum peccatis exigentibus
minime dubites. Nam in Esaia quoq; loquens ipse terræ
coeliq; conditor ac dominus ait: Si uolueritis & audieritis
me, bona terræ comedetis: quod si nolueritis, & me ad ira
cundiam prouocaueritis, gladius deuorabit uos. Multa hu
iuscemodi in Hieremia, multa in Ezechiele, nec pauca in
reliquis prophetis leguntur, minis terroribusq; plena: quo
rum q̄ certus euentus fuerit, cum plurimarū urbium exci-
dia, tum potentissimorū quōdam regum infelicissimi exi-
1. Reg. 31 tus testantur. Primus Israhelitarū Saul rex, sicut a Samuele
propheta ei prædictum fuerat, quia uoci domini non obe
diuit, a Palestinis magno prælio superatus cum liberis oc-
cubuit: sceptrum quoq; regni de domo & familia illius ad
alios fuit translatum, ut quale scelus sit, dei mandata præ-
terisse, non ipse solum, sed etiam filius qui reliquus erat, ne
pótesq; eius sentirent. Vt autē post hunc aliorū quorundā
parem fortunam silentio transeam. Sedechiæ maiori deplo
ratione digna clades compellit, si modo plorandi sunt, qui
4. Reg. 25 iuste pro scelere puniuntur. Hic capta a Chaldæis Hieroso-
lyma cum fugeret comprehensus uinculisq; constrictus co
ram rege una cum liberis adducitur: hi spectante patre tru
cidantur, ille deinde etiam oculis orbatur, quos mallet an-

te erutos, ne filiorum cædem uideret. Vinctus postremo & cæcus in Babylonem est ductus: templum ipsum atq; domus urbis igni consumptæ, turres ac mœnia solo æquata populus captiuus præter eos qui ceciderant, Babylonem translatus: quæ fere omnia per Hieremiam prophetam cōminatus fuerat dominus tam regi ipsi q̃ populo, eo q filios Rechab patri magis obedientes fuisse comperisset, q̃ illos sibi. Iusiurandum enim uiolauerant, rebelles facti Chaldeorum regi Nabuchodonosoro, templum dei sui gẽtilium ritum secuti polluerant, prophetis uera uaticinantibus illuserant: & cum propterea tot mala se passuros audissent, deprauatos animi mores corrigere neglexerant. Contempta itaq; diuinitas non distulit uindictã, ubi in flagitio cognouit obduratos, & cum nulla denunciatione futuræ ultionis deterreri possent, ultima calamitate afflixit. Ante hac ob idem delictum & Samaria ab Assyrijs debellata, & populus cum rege Oseæ patrijs auulsi sedibus in Assyriamq; traducti seruierunt. Nemo ergo regum, nemo principum uel sibi uel imperij sui uiribus nimio plus confidat. Siquis præuaricator mandatorum dei esse perseuerauerit, & nec uno aut altero flagello cõmonitus ab impietate animum auerterit, repente uidebit misceri omnia quæ ditionis suæ sunt, hos capi, illos cædi, alios desciscere, diutinam libertatem statim seruitute mutari, & opes illas, quas multorum annorum uictoriæ aceruauerant, paruo tẽporis momento hostium prædam fieri. Neq; enim hoc humanę uires efficiunt, sed iniuriarũ suarum ultor deus, qui solo nutu & cœlũ diruere, & terram potens est dissipare. Secure feliciterq; regnabit, qui ipsum regem regum & dominum dominãtiũ nouerit colere ac reuereri. Nobis tamẽ nulla omnino seculi huius aduersa æque timere conuenit, atq; illa quæ post præsentis uitæ finem peccatoribus infliguntur. Præsentia enim mala q̃uis teterrima uenerint, lõgiora esse nequeunt uitæ nostræ breuitate: nullumq; infortunium tam immane esse potest, quod non leniat ac mitiget aduentantis & iam iamq; affuturæ mortis expecta-

Hiere.

4. Reg.

tio, At uero illa supplicia, quorum nullus speratur finis, nulla intermissio, nullum leuamen, quis non exhorrescat? nisi qui ne his quidem quę de inferorũ pœnis diuinitus tradita sunt, fidem adhibet, Quæ sane incredulitas nequaq́ a supplicijs hominẽ liberat, sed eidem duplicat eorum grauitatẽ. Leuiora sunt em̃, quæ fragilitate naturæ peccamus, q̃ quæ animi malitia credere nolendo cõmitrimus. Igitur siue quis credit, siue non credit, si aliter ac omnibus præceptum est uixerit, saluus esse non poterit: quia longe est a peccatoribus salus. Mandati transgressio primos homines Adam & Euam eiecit de paradiso, angelos de cœlo præcipitauit, & tu eiusdẽ fortasse delicti reus: cũ illo ascẽdere speras? Fallet te spes ista fallet profecto, nisi pœnitentiam egeris.
Math, 4. Pœnitenti autem præstabitur miseratio, dicente domino. Pœnitentiam agite, & appropinquabit uobis regnũ cœlorum. Quod si ad uiam iustitiæ a qua procul aberras, reuerti neglexeris, iam tandẽ tuæ imbecillitati derelictus peccata super peccata cumulabis, ac ueluti absq́ gubernaculo in mare fluctuans nauis, quocunq́ cõcupiscentiæ tuæ
Psal. 80. te impellet flatus, eo fereris. Id tibi futurum ille q nouit oĩa anteq̃ fiant, prædicit, in psalmo ita loquens. Non audiuit populus meus uocem meã, & Israel nõ attendit mihi, & dimisi eos secundũ desyderia cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. Nihil illo homine infelicius, a quo diuinæ benignitatis auxiliũ subtrahitur. Cum enim sic destitutus nihil boni per se agere possit, & suis affectibus ad malum pronis anhelet, continuo in omne nefas præceps feratur necesse est, Idcirco non solum a paradysi expectatione
Luc, 12. excluditur, uerum etiam indies grauius futurũ sibi supplicium comparat in inferno. Ille enim seruus (ut in euangelio legitur) qui cognouit uoluntatẽ domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundũ uoluntatẽ eius, plagis uapulabit multis. Ne igitur æterni ignis magis omnibus expauescendo tormento obnoxij simus, post præteriti delicti pœnitentiã, ad iusticiæ capescenda opera accingamur, auxilium a dño implorantes, ut ea quæ nos facere iussit, ipso adiuuãte faciamus, & quę fieri uetuit uitemus. Ita Chri

stianæ hereditatis, que omnē nostræ æstimationis computationē superat, consortes esse merebimur: cū ipse Christus dicat: Quicunq; fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, soror, & mater est: quasi diceret: Is mihi in cœlesti regno erit cōiunctissimus, atq; arcta in primis cognatione copulatus, qui hic in exequendis dei mandatis mihi proximus effici studuerit, ut sit particeps Christi gloriæ, qui Christi prius extiterit obedientiæ comes, Ceterum quoniam undiq; insidiæ, undiq; laquei nos circundent, magnopere nobis uigilandum erit, ne in illis incidamus. Non incongrue igitur post mandatorum tractationem de uigilia disseremus.

¶De Vigilia. ¶Ca. VI.

VItæ mortalium tempus q̄ breuissimum est, ipsi senes parum se uixisse conqueruntur. Sed cum uita uigilia sit, nonne etiam tanto minus uiuit aliquis quanto plus quieti ac somno indulget? Nolo tamen ut extendendæ in longius spatium uitæ gratia uigiliarum obseruatio te delectet: sed ea duntaxat de causa ut & a uitijs facilius abstineas, & uirtutibus proficias magis. Vigilando autem utrunq; effici posse facile nobis persuadebimus si noui, ueterisq; instrumenti fidelia testimonia audire uoluerimus. Clamat de euangelio dominus: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Periculū ergo imminet illis qui ultra naturæ necessitatē dormiunt, ne carnis diaboliue tentationibus superati delinquant. Nā & si spiritus promptus est ut obediat deo, caro tamen infirma & ad uitium prona, nisi uigiliæ freno teneatur, facile corruet. Cuius quidem periculi minime ignarus apostolus Petrus, nostre saluti prospiciens ait: Sobrij estote & uigilate, quia aduersarius uester diabolus tanq; leo rugiens circuit querens quē deuoret: cui resistite fortes in fide. Vigilantia primo opus est, ne imparati opprimamur: deinde fide, ut resistitamus & uincamus, Quod si sepius uincere contigerit, etiam uirtute proficere continget. Superatis enim nequitiæ suggestionibus, restat ut ad bonorum operationem conuertamur Ad hec autem perficienda non sufficit nostra fragilitas. 1.Petri.5.

Psal. 126 Nisi em̃ dñs ædificauerit domũ, inuanũ laborant q ædificant eam. Ope igit̃ indigemus diuina, quę præcibus impetrat̃, dicente dño: Petite & dabit̃ uobis. Precatiõibus uero offerẽdis nullũ tempus magis idoneum esse horis nocturnis, nullũ accommodatius esse credit̃. Atq; ideo propheta
Psal. 133 hortat̃ nos, dicens: In noctibus extollite manus uestras in sancta, & benedicite dñm. Nox itaq; meditationum mater est, dies actionum: has inter se uices partisse uidentur: quandoqdẽ saluator q̊q; noster, ut huiusce rei nobis documento esset, per diem docuisse in templo, noctu aũt in mõte Oliueti exiens orasse perhibetur. Noctu ergo surgentes meditando atq; orando quæramus cum sanctis mulieribus uirtutum aromata, ut illis ungamus Iesum. Si cũ sanctimoniæ odore ad se uenientes conspexerit, qua pietate est, iucũde gratanterq; suscipiet: & in nobis implebitur dictum illud: Beati sunt serui illi, quos cum uenerit dominus inuenerit uigilantes. Præterea quemadmodũ ætas uitæ nostræ breuis est, ita & incerta. Plurimos frustratur speratæ senectutis expectatio. Deniq; quis est qui unũ diem, immo unam horam a mortis periculo alienam possit sibi promittere? Quam multis dum sani ambulant, dum fabulantur, dum rident, uel casus exterior, uel morbus interior, repente deijcit & extinguit? In eo itaq; nostræ saluti consulitur,
Marc. 13 quod saluator ait: Videte, & uigilate & orate, nescitis em̃ quando tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusq; operis, & ianitori præcepit ut uigilet. Vigilate ergo, nescitis enim quando dominus domus ueniat, sero, an media nocte, an gallicantu, an mane: ne cum uenerit repente, inueneat uos dormientes. Ac ne solis discipulis id præceptũ quis diceret? quod uobis dico, inquit, omnibus dico uigilate. Dominus domus huius .i. corporis humani est Christus: serui sunt quinq; sensus, ianitor anima: hæc si bene uigilauerit, sensus ipsi ad bene operandum recte disponentur. Isto autem modo expectatus dominus cum uenerit, neq; in seruis, neq; in ianitore quod condemnet, inueniet. Tam & si dominus noster in fine seculorum uenturus sit,

ut simul omnes iudicet: cuiusq; tamen merita in exitu uitæ discutit, & singulorum facta diiudicat. Qualis ergo quisq; nũc decesserit, talis etiam in illo ultimo iudicio cum corpore apparebit. Vigilare itaq; iubemur, ne mors imparatos occupet. Et quoniam nescimus diem neq; horã, semper est uigilãdũ. Semper aũt uigilat, qui semper a malo abhorret, & bonũ, ut deo placeat, agere pro uiribus non cessat. Fieri quidem nequit, quin partem aliquam temporis quieti cedamus, cũ nostræ conditionis imbecillitas, ut cibo, ita somno quotidie indigeat. Sed audeo dicere, quod somnus quoq; iusti uigilia sit. Nam ubi diurna opera pie religioseq; peregit, & ante somnũ quæ deo grata sunt cogitauit, etiã post somnũ quæ cogitauerat perficere maturat. Ideoq; citius expergiscitur & exurgit, ut quanto minus dormierit, tanto plus apud deum meriti bene operando sibi comparet. Igitur non plures horas dormitioni impartit, quam naturæ necessitas postulat: ut totum quod superest, semper in dei laudem, aut orãdo, aut aliquid aliud agendo expendat. Si quod momentũ otio transierit, illud sibi deperisse arbitratur. Porro satis erit, sex horas ad mediam noctem somno dare: a media uero nocte rhomano ritu initium dei capere; nisi aliqua corporis imbecillitas longiorem sibi quietem exegerit. Iste autem a media nocte ad sacrificia laudis deo offerẽda exurgendi mos omnibus monachorum collegijs iam inoleuit: & quod ecclesiæ instituto probatum apparet, id sequi, id curare atq; amplecti saluberrimum esse sentimus. Sic olim sanctissimi uiri prædicauerunt, sic docuerunt, sic suo exemplo factitandum ostenderunt. Dauid ipse, quem deus præ omnibus Iudææ regibus dilexit, Memor fui, inquit, de nocte nominis tui domine, & custodiui legem tuam. Et iterum: Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Esaias qui cuncta quę euangelistæ narrant, multo antequam euenirent prædixit, ipse amore in deum accensus ait: Anima mea desyderauit te in nocte, sed & spiritu meo in præcordijs meis de mane uigilabo ad te. Hieremias quoq; ante sanctificatus quam natus futuram Hierosolymæ euersionẽ lugens, & precibus misericordiã implorãdã suadẽs, nul

Psal. 118

Esa. 25

las efficatiores fore credidit, quàm quæ nocturno tempore fa-
Tren. 2 ctæ fuissent. Ideo consurge inquit, lauda in nocte, in prin-
cipio uigiliarum effunde sicut aquam cor tuum ante con-
Luc. 2 spectum domini. Et in euangelio legimus, pastoribus ui-
gilias noctis agentibus angelo adueniente saluatoris nati-
uitatem fuisse nūciatam. Cuius memoriam ecclesia quoque
a media nocte (tunc enim de uirgine æditus creditur) ce-
lebrare consueuit. Tunc etiam cum in templum puer Iesus
Ibidem est illatus, Anna Phanuelis filia redemptorem Israel agno
uit sanctarum uigiliarum merito: quia non discedebat de
templo (ut euangelista ait) ieiunijs & obsecrationibus ser
Act. 15 uiens nocte ac die. Paulus apostolus cum Syla discipulo in
carcere positi, media nocte deo laudes decantant, & carce
ris fundamenta quassantur, ostia reserantur, uincula sol-
uuntur: & ipsi non refragante, sed rogante magistratu libe
ri dimittūtur: intantum profuit nocte intempesta ad hym
nos deo reddendos exurrexisse: Hos æmulando tu qui san
ctus es, ama uigilias, ut sanctior sis: & tu qui peccator es,
ut citius ueniam impetres. Artifices partem noctis suo uē
dicant labori, ut quo plus operis confecerint, plus lucri cō-
sequantur. Quod ergo illis pro adipiscenda pecunia nō est
iniucundum, sæpe enim cantant dum exercentur, hoc tibi
molestum esse poterit pro lucranda cœlesti gloria? Nimiū
delicatus es, ne dicam stultus, si tantum boni tibi parare
posse speras tota nocte stertendo. Illis tantum & no-
cte & die dormire satius esset, de quibus dicitur: Non dor
Prouer. 4 miunt nisi cum male fecerint: qui ideo peruigilant, ut latro
cinentur, ut furentur, ut crapulentur, ut libidini luxuriæque sa
tisfaciant. Minus enim peccarent, dum dormiunt nihil agen
do, quàm male agendo dum uigilant. Tales uigiliæ tam fugi-
endæ sunt, quàm hæ de quibus loquimur, expetendæ. His ad-
uersus mortiferę uoluptatis illecebras armamur: his diabo
li uires frangimus, & indies efficimur fortiores. In his orā
do, legendo, meditando, quàm suauis est dominus gustamus.
Per has mundatur animus, acuitur intellectus, mēs ad cœ-
lestia contemplanda erigitur, & gaudia illa quæ eloqui ne
scit, se interdum sensisse miratur. Hæ sunt sanctarum uigi-

liarum dotes, hæc commoda: quæ si tanta non essent, immo si minora forent quam dicimus, uigilandum tamē nobis esse suaderem, ne somnolentiæ damna subire cogamur. Quæ nūc nosse operæpretiū erit, ut mali cōparatione bonū ipm quanti faciendum sit, magis patescat.

¶ De malo somnolentiæ Ca. VII.

CVius longior quam natura postulat fuerit somnus, non solum bene agēdi tempus perdit, sed etiam ipse ad uitia promptior fit, dum corpori magis quam animo obsequium præstat. Raro uidebis eos qui somniculosi sunt, a luxuria libidinibusque abstinere. Cū crapulati fuerint, graui sopore premūtur, quos ronchizantes difficilius excites quam syluestres ursos, aut uitulos marinos. Putas experrecti ad orationes procumbant, uel ad decātandos psalmos insistent? ientacula conquirunt, prandia deinde parari iubent, & cum hesternas per potationes diu dormiendo uix edormierint, iam sese nouis ac recētibus ingurgitant. Ne tunc quidem uigilare putādi sunt cum uigilant. Nam eo quoque tempore inerti ueternosoque stupore premi uidētur, oscitāt, hiatant, languentibus nictant ocellis, seque elatis lacertis ac prolato pectore distentant: & nisi totam noctem dormierint, somnum a se fugisse lamentantur: tunc remedia quibus reuocetur disquirunt: iam papauer, iam lactucæ parantur, iam titillatio circa digitos uolasque pedum discurrit, seruis ibi pruritum excitantibus: ut dominus qui usque mane soporem suum continuare nequiuit, eo iam non interrupto ad meridiē duret. Atque istos tam effœminato otio assidue torpentes de improuiso mors occupat. Neque enim diu uiuere queunt, qui multo somno dediti marcent: tument uultus lurido colore infecti, putrescentiaque uiscera repente inuadens ualitudo dissoluere festinat. Et quoniam nulla his cura fuit sanctis actionibus inuigilare, quibus nixi in cœlum euolarent pctīs prægrauati ad inferos descendunt. Quod sibi ualde metuens propheta orabat, cum diceret: Respice & exaudi me domine deus meus, illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum. Profecto nisi ini- Psal. 12

micus pualeret, id est nisi periculũ esset dormientibus, ne inimici huius dolis capiantur, sine causa dominus discipu
los increpuisset, cum dixit: *Sic non potuistis una hora uigi*
Math. 26 *lare mecum?* Quare autem illos uigilare uellet, cõtinuo pa-
Math, 13 lam fecit, dicens: *Vigilate & orate, ut non intretis in tenta tionem.* Huiuscemodi quidem periculi testis est etiam parabola illa, in qua legitur: Cum dormirent homines uenit inimicus homo, & superseminauit zizania in medio tri-
Mat. 24 tici, Et illa altera: *Si sciret paterfamilias qua hora fur uentu rus esset, uigilaret utiq;, & non sineret perfodi domum suam.* Inimicus igitur noster & fur diabolus est. Somnolentis & otio uacantibus magis insidiatur: quia minus prouidi sunt ad cauendũ, facileq; ad omnes uoluptatum illecebras inclinantur. Qui certe si capti & irretiti fuerint, tunc demũ intelligent, q̃ male dormierint, cũ uillicationis suæ reddere rationem compellentur. Datũ quippe sibi tempus ad pœnitendum ac bene agẽdum, inutiliter immo & nequiter cõsumpsere. Nihil de futura uita cogitantes, dñ p̃sentẽ in delitijs corporis dormiẽdo lasciuiẽdoq; transigunt.

¶ De somnijs Ca. VIII

DE istorũ numero etiam illos esse dixerim, quos uanæ somniorũ suorum imagines quasi futuri diuinę ita delectant, ut quotidie uisa enarrent, & si quando sequatur euentus, uera se uidisse iactitent: ueluti digni quibus cœlestis prouidentiæ mysteria pandantur: cũ ma-
Eccle. 34 gis illis conueniat in Prouerbijs dictum: *Quasi qui apprehendit umbram & persequitur uentum, sic & qui attendit ad uisa mendacia.* Neq; tamen imus inficias, quandoq; p
Gen̄. 28 somnium uera nunciari. Nam ut obiter aliquid ea de re dicamus, Iacob duodecim tribuũ pater cum obdormiuisset, uidit cœlestẽ schalã, angelosq; ascẽdẽtes & descẽdẽtes: & a dño audiuit, terræ in qua dormiret, se possessorem fore,
Gen̄. 37 semenq; suum per orbem esse propagandum: hoc in Genesi legimus: & ibidem de Iosepho eius filio, cuius somnio cognitum est, ipsum patri matriq; ac fratribus honorabilẽ futurũ, manipulorũ & stellarũ quæ uidit, solis q̃q; & lunæ argumento, Ab his eñi p quietẽ se adoratũ dixerat. Idẽ

Ioseph magistri pincernarum Pharaonis & pistorum praepositi, cum quibus tunc in carcere erat, somnia interpretatus est, diuersae quidem sortis, sed certissimi euentus, ac nihil prorsus ab interpretationis sententia discrepantis. Praeterea in Iudicum libro Gedeonis uictoria aduersum Madianitas ante per nocturnam imaginem fuit uulgata quam euenisset, quodam somniante, quod hordeaceus panis castra Medianitarum suo ictu subuertisset. Regum quoque historia testatur Salomoni dormienti apparuisse dominum, fuisseque locutum, & sicut petierat, rerum scientiam ac sapientiam contulisse. Somnio fidem fecit euentus. Nam eum sapientissimum inter reges fuisse satis constat. Danielis etiam somnia de uentis pugnantibus ac bestijs de mari ascendentibus, & alijs quae leguntur, nisi futurae ueritatis signa extitissent, ne scripta quidem in uoluminiuus diuinis fuissent. Veniamus ad euangelium: Magi ne ad Herodem reuerterentur somnio admoniti capitis periculum euaserunt. Iosephus in somnis accepto responso, cum puero Iesu & matre eius uirgine fugit in aegyptum, ut ipsum Iesum neci subtraheret, qua Herodes ipsum solum quaeritans aduersus insontem multorum infantium erat saeuiturus. Ad haec non pauca in sanctorum uitis relata legimus, quibus credere compellimur, per quietem sibi numero quae uera sunt reuelari: cum praesertim ipse dominus (ut in numeris scriptum est) dicat: Si quis fuerit inter uos propheta domini, in uisione apparebo ei, uel per somnium loquar ad illum. Sunt tamen quaedam, quae per daemonum illusiones accidunt, uana atque fallacia, ueris tamen interdum mixta, ut credantur. Daemonis enim calliditas quo animo falsum aliquid suadet, eodem & uerum reuelat; utique ut nimium credulos, & iam sibi libere confidentes facilius euertat, atque in foueam alicuius mortiferi erroris praecipitet incautos. Prudentia igitur opus est ad deuitandos dolos, quos ille ueterator nobis dormientibus per ipsa somniorum phantasmata struere consueuit. Minimum itaque erit ei credendum qui perpetuus humani generis aduersarius esse noscitur. Quicquid ille quocunque modo suggesserit, nisi uirtute diuina compulsus suggerat, non ueritatem sed laqueos esse certo scias.

Gen. 4[0]
Iudicum. 7
3. Re. 3.
Dan. 7
Math. 2

Tunc etiam magis erit cauendum, cum se ostenderit amicum, & palpare animũ blanditijs cœperit. Illa uero in somnia: quæ uel ab aliqua animi passione, uel corpis morbo, uel negociorꝫ cura, uel diurna uerborꝫ ultro citroq; habitorũ contẽtione prouenire solent, semp uana futiliaq; sunt et nulla prorsus fide digna. Quod siqd ita ut somniatũ est euenerit, non somnio credas, sed cuidã præsagæ mẽtis diuinationi. Fieri eñ nõ põt, quin aliquando ita contingat ut futurꝫ pdicimus. Porro uisa illa, quę diuinitus immittuntur, qͣuis uerissima semp sint, non tñ omnibus æque accidũt. Bonis quippe ad cõsolationẽ, malis ad terrorẽ. Bonorꝫ sunt
Gñ.41 illa quæ præmisimus: malorꝫ aũt ista q̃ dicemus: Pharao rex cum dormiret, boues uidit septẽ crassas, & totidẽ alias macilentas: eodẽq; numero triticeas spicas, alias turgentibus aristis plenas, alias effœtas exiles ac prorsus uanas, & quẽadmodũ ista differens Ioseph sanctitate notus pdixerat, septẽnem annonæ copiam, septennis fames est subsecuta.
Dañ.2 Nabuchodonosori quoq; regis dirum ac triste somnium, siue statuam quã uidit consyderes, uario metallo compactã, siue arborẽ supra modum proceram atq; amplam.
Dañ.4 Vtroq; eñ somnio Daniele interpretante didicit, futuram regni cladem, & suimet qui felicissimus putabat, extremã
Math.27 miseriam. Pilati etiã uxor in euangelio multa per uisum se passam cõquerit propter Christũ, & marito ut missum illũ faceret, nititur præsuadere. Hoc quoq; obseruandũ, quod iniqui insomniorum suorꝫ quid portendant ignari a sctis interpretationem accipiunt, ut Pharao a Iosepho, & Nabuchodonosor a Daniele. Vnde apparet, somnia ista quæ diuino fiunt consilio & impijs obijci quandoq;, sed non nisi electis dei seruis reuelari. Taceant igit peccatores ad quos non pertinet iudicium somniorꝫ, aut eos ad quos pertinet interrogent, ne per uiam non suam incedentes psumptiõe labant. Vt aũt nobis quoq; spiritusancto largiente interptandi donet facultas, minus tẽporis demus somno, ut plus concedamus uirtuti: Id si fecerimus, ne tunc qdem cũ dormimus, quod terreat somniabimus, sed quod consoletur, quodq; euigilantibus quoq; gratum sit.

De oratione fructuosa. Ca. IX.

SAnctarum uigiliarum propria est quam deo offerimus oratio. Oportune igitur nunc de illa differemus. Ad Philippenses scribens apl's: Nihil soliciti sitis inquit, Phil.4
sed in omni oratione & obsecratione cũ gratiarũactione petitiones uestræ innotescant apud deũ. In quo mihi qdẽ uidetur docere, ut oremus eum qui potest dare quod petimus: obsecremus aũt per ea, quæ illi quem oramus, chara esse nouimus: ut facilius ad prestandum id quod poscimus inclinetur: & cum præstiterit, gratias agamus, ne impetrata ingratitudinis uitio amittamus. Habes orationis formã disce qualiter te habere oporteat inter orandum. Secessum pete, nequid oranti impedimento sit. Intra in cubiculum Math.6
tuum saluator ait, & clauso ostio ora patrem tuũ in abscondito. Sed is etiam clauso precatur ostio qui sensibus a rerum fragilium cura sequestratis & mente & corpore in illum dirigitur cui supplicat. Qui sic se habent, etiam cum in conuentu multorum orauerint, in abscondito orare putandi sunt. Priuatæ tamen orationi semper magis apta est solitudo. Nam & dominus noster, ut se nobis imitandum Math.14
proponeret, dimissa turba (sicut euangelista ait) ascendit in montem solus orare. Hac profecto de causa a suis etiam di Math.26
scipulis quandoq; se submouit, ut cum diceret: Sedete hic donec uadam illuc & orem. Et sicut Lucas ait: auulsus est Luc.22
ab eis quantum iactus est lapidis. Locus igitur ab omni strepitu uacuus (si fieri potest) eligatur offerendę deo precationi, ut purior sinceriorq; offeratur. Deinde cum cogitaueris q̃ potens, q̃ immensus sit, quẽ allocuturus es, q̃ ediuerso tu uilis atq; abiectus, humiliter quantum potes accede, suspirans, ingemiscens, lachrymas etiam si potes fundens: illumq; imitare publicanum, qui stans a longe uultu in terram deiecto pectus percutiebat suum. Peccatorum Luc.18
quippe conscius non est ausus propius accedere, non oculos in coelum subleuare, & ut a se poenam exigeret, a pectoris uerberatione non cessauit. Verum ne quis uel dignitate præditus, uel a deo iam gratiam consecutus minus se submittat, ad scripturarum testimonia animũ applicet, & ui-

3.Reg.8 uidebit Solomonē regem in dedicatiōe templi fixis in terra genibus & manibus ad cœlū expansis deprecantē. Au-
Dañ.9 diet Danielem prophetam dicentē: Posui faciē meam ad dñm deum meū, rogare & deprecari, in ieiunijs sacco &
Ephe.3 cinere. Inde transiēs ad euangeliū consyderabit uas electionis Paulū apostolū, qui ait: Curuo genua mea ap patrem dñi nostri Iesu Christi. Ipsum quoq; Christū dñm contemplabitur, quo nemo sanctior, nemo magnificētior, modo prono corpore in faciē procumbentē, modo erecto in cœlū suspicientē, & modo positis genibus orantē, non q̄ illi nostris humiliationibus opus esset, sed q̄ nos illius indigeremus exemplo. Porro quoties pctīs, quæ a nobis cōmissa sunt ignosci petimus, ante illis a q̄bus iniuriā accepimus
Luc.11 ignoscamus. Ipsius eñ dñi præceptum est: Cum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquē, ut & pater uester qui in cœlis est, dimittat uobis pctā uestra. Quod si uos non dimiseritis, nec pater uester qui in cœlis
1.Tim.2 est, dimittet uobis pctā uestra. Et apls: Volo inq̄t, uos orare in omni loco leuantes puras manus, sine ira & disceptatione. Quō eñ tibi placatū iri deum speras, nisi prius ipse placatus fueris proximo tuo? Tu deū quē semp summe reuereri debebas offendisti, alius te, qui homo es non deus, creatura non creator pctōr non iustus: & licet ille qui læsit, lædere non debuerit, tu tñ lædi merebare: quid eñ mali nō
1.Iohan.1 mereēis q̄ deo peccat? Et si dixerimus quia pctm̄ nō habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Nūc consydera q̄ȝ iuste poscas tibi ignosci qui deo deliqueris, cū tu hōi nō uis ignoscere, q̄ deliq̄t tibi. Post remissam aūt oēm iniuriā, accede ad offerendas preces, nō frigide, sed ardēter: non remisse sed p̄seueranter. Attende q̄d Hieremias
Treñ.3 propheta monendo dicat: Leuemus inq̄t, corda nostra cū
1.Cor.14 manibus ad dominū in cœlos. Quod & apostolus docet, dicens: Orabo spiritu, orabo & mente, psallā spiritu, psallā & mēte: ut uidelicet & lingua sermonē resonet, & mens circa ea quæ dicuntur, intenta sit. Parum diligens est precator, qui alio uerba, alio cogitationes dirigit, & cum corpore in ecclesia sit, animo uagatur foras per urbis loca,

uel secessus ruris. Quando hic cum apostolo dicere poterit: Conuersatio nostra in cœlis est, si ne ibi quidem ubi est se esse noscit? Nec semel orasse sufficit: instandum est ut impetres quod postulas: eædem preces frequenter replicandæ, & in his quæ ad animæ salutem pertinent, usque in finem est perseuerandum, dicente ipso qui saluat: Petite & dabitur uobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur. Chananæa mulier cum domino supplicasset, repulsa non recessit, contempta magis se submisit: & quoniam humiliter orando perseuerauit, quod poposcerat, accipere meruit. Hanc rogandi assiduitatem commendat etiam parabola illa de muliere uidua, quæ durum & fastidiosum iudicem petēdi improbitate, ut ipsam de aduersarij iniuria uindicaret compulit. Et illa alia parabola de homine qui nocte intempesta pulsando amici ianuam & clamitando dormientem excitauit, excitatum surgere coegit, & panes quotquot uolebat, sibi commodare. Dominus præterea cū futuri iudicij terrores prædicendo explicuisset, adiecit: Vigilate itaque omni tempore orātes, ut digni habeamini fugere ista omnia & stare ante filium hominis. Denique quod uerbis docuit, opere confirmauit. Ter enim easdem preces repetisse dicitur, & factus in agonia orasse prolixius, multum sudasse dum oraret: ut discas etiam cum multum oraueris, non remittere cordis affectum: quem non solum cum rogamus, quanque tunc magis, uerumetiam cum non rogamus nos habere necesse est, ut impleatnr quod apostolus ait: *Sine intermissione orate.* Post gloriosam dñi ascensionē de ipsis eius apostolis traditum est, quod pseuerantes erant in oratione cum mulieribus et Maria matre Iesu & fratribus eius. Et si apostolis opus erat iugi orationum sacrificio, qs tutū se a tentationū periculo sperabit, nisi semp orauerit? Hoc quoque roganti necessarium, ut nunque de dei misericordia diffidat sed semper se impetraturum speret quod petit, si modo illud fuerit sibi uel ei pro quo petit profuturū. Omīa, inquit, quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, &

Matt. 7
Matth. 15
Luc. 18
Luc. 11
Lucæ. 21
Thessalo. 5
Act. 1

eueniet uobis, Male tamen id credit, qui ueritati, quę Christus est, non adheret: eodem dicente: Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate. Et ut ostenderet quare sic adorandus esset, Spiritus, inquit, est deus, & eos qui
Ioan. 14. adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare. Hoc spiritu afflatus Dauid in eandam sententiam prorupit di-
Psal. 144. cens. Prope est dñs omnibus inuocãtibus eum: omnibus inuocantibus eum in ueritate. Frustra igitur hæretici præcibus insistunt, frustra omnes illi qui Christi religionẽ ueritatis fide non sequntur, nunquam futuræ salutis quam orant compotes erunt, nisi crediderint. Ad hæc si precatione poposcerimus rem aliquã, cuius incertus est exitus, id est qua impetrata nescimus, utrũ commodo an incommodo nobis futura sit, dei uoluntati cõmittamus: ut non quod ipsi cupimus præstet, sed quod ille nouit, neque noxium neque inutile fore. Quia redẽptor quoque noster, cum passionis calicem transferri a se patrem rogasset ita orationem clausit,
Luc. 22. ut diceret: Veruntamen non mea uoluntas sed tua fiat: nõ quod ipse nesciret crucem quam subiturus erat, omnium credentium fore salutem, sed quod instruere nos uellet, ut semper uoluntati nostræ præferamus dei uoluntatẽ, Vnde ab eodem edocti quotidie orando dicimus: Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra. Cæterum cum eius uoluntas sit, ut pie iusteque uiuamus, hoc quoque his uerbis poscimus, ut leges atque præcepta quæ dedit nobis per nos impleantur. Frustra enim inbecillitas nostra ad id niteretur, nisi illam gratia iuuaret diuina. Et si per se bonũ aliquod agere possemus, necesse non esset orare ut possimus. Charitas præterea, quam omnibus debemus exigit: ut sicut pro nostris, ita & pro aliorum commodis preces offeramus, deo uo-
Iaco. 5. taque faciamus. Iacobi apostoli sententia est: Orate pro inui-
1. Tim. 2. cem ut saluemini. Paulus quoque apostolus hortatur, dicẽs, Obsecro primum omniũ fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus pro regibus & omnibus qui in sublimitate constituti sunt ut quietam & tranquillam uitã agamus in omni pietate & castitate. Denique dominus noster etiam pro persecuto-

tibus nos orari iussit: & ipsemet pro illis, a quibus probra maledicta uerbera & in crucem actus mortiferas plagas patiebatur, orauit patrem, ignoscique eis postulauit. Quanti autem id meriti sit, primus martyr Stephanus ostendit: Act. 7. qui ijs a quibus lapidabatur ueniam precaturus, uidit cœlos apertos & Iesum stantem a dextris uirtutis dei: ab eodem iamiam suscipiendus, cuius in diligendis inimicis mansuetudinē fuerat imitatus. Quo autē facilius ad assequendam beatitudinē uoti nostri compotes simus: expediet quidem eos etiam quos deo charissimos esse constat, ut pro nobis deprecentur obsecrare: ut quod ipsi non meremur, illorum qui digni sunt suffragijs obtineamus. Ita fecisse gentiles quosdam in euangelio Ioannis legimus. Cupiditate enim affecti uidendi Iesum, rogauerūt Philippū, Ioan. 12. Pilippus Andream, ambo dominū: quid secutū sit euangelista non explicat Non tamen dubito, quin ipse dn̄s per apostolos exoratus hoc concesserit, quod fortasse ijs tacentibus uel nō concessisset, uel concedere distulisset. Sanctos ergo in auxilium nobis inuocemus: quia in psalmo est scriptum: Oculi dn̄i super iustos, & aures eius in preces eorū. Psal. 33. Et Iacobus apl̄s: Multum ualet, inquit. deprecatio iusti assidua. Plus potuit unius Moysi oratio, q̄ multorꝝ arma. Il- Iacobi. 5. Exo. 17. lo nanq; orante uictæ sunt inimicorꝝ copiæ, quo tacente superabant. Ad Heliæ prophetæ preces cœlum dedit pluuiā 3. Re. 17. & terra fructum, cum trium annorꝝ & sex mensium siccitate cuncta in agris exaruissent. Idem uiduæ Sareptanæ in 4. Reg. 4. opiam farinæ oleiq; copia exuberare fecit, filioq; eius mortuo, cum orasset, uitam instaurauit. Helisæus quoq; deum Ibidem. precatus uiginti ordeaceis panibus centum uirorꝝ famem saturauit, ita ut etiam reliquiæ superfuerint. Deinde Sunamitidi hospitæ diu sterili prolem a domino exorauit: & q̄ 4. Regū. 5 natus fuerat, puerum uita defunctum reuiuiscere fecit: postremo Naaman Syrum lepræ morbo laborantem sanitati restituit: nec terrenis corporibus modo, uerum etiā cælestibus iusti atq; fidelis hominis præualet oratio. Iosue Israelitici exercitus dux oblatis deo precibus solem & lunā stare compulit, donec inimicos ad fugam conuersos persecu- Iosue. 10.

4.Reg.19 tus internitione deleret. Pro Ezechia rege supplicante angelus e cœlo delapsus pugnauit, & Assyrios qui ipsum obsederant concidit: centum octuogintaquinq; milia uirorum una nocte fuere desyderata, Nullus unq; exercitus tam feliciter armis conflixit, q̃ eo tempore sua solus Ezechias oratione, 4.Reg.20 Sed etiam quando graui morbo affectus se moriturum audisset, longiora uitæ spatia oranti quindecim anni additi sunt. Longũ esset referre ueteris nouæq; scripturæ miracula percurrẽdo quanta uis atq; uirtus precum sanctarum sit: quot mortuos ipsi etiam Christi discipuli suscitarint, quot cæcis uisum, quot claudis gressum, quot incurabili egritudine oppressis pristinã restituerint sanitatẽ. Audi insuper quid ipsa ueritas dicat: Omnia, inquit, possibi- Matt.20 lia sunt credenti: & om̃ia quæcunq; petieritis in oratione, Io .14 credentes accipietis. Et alibi: Quodcunq; petieritis patrẽ I an.17 in nomine meo, hoc faciam. Et iterum: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Quid ais Iudæe? qd tu Mahumetane? quid uos om̃es qui in Christum nõ creditis? nonne incassum cœleste bonum speratis, quia illud in nomine Christi non petitis? Non enĩ potestis in eius nomine petere, quẽ non recipitis fide, quẽ dei filiũ esse negatis. Suis autem fidelibus ille ait: Si mãseritis in me, & uer- Ioan.15 ba mea in uobis manserint: quodcunq; uolueritis petetis, & fiet uobis. Manemus in Christo cum credimus: manẽt in nobis uerba Christi, cum ea operibus comprobamus. Hoc si præstabimus, nubes cœlosq; penetrabit oratio: & Tob.12 illi beati spiritus, qui Tobiæ preces offerebant dño, etiam Apoca.8 nostras offerre curabunt. Et sicut in Apocalypsi scriptũ est: Fumus incensorum de orationibus sanctorum ascendit corã deo de manu angeli, ita & nostræ orationes ascendent. Neq; ulli dubium esse potest quin ille cuncta quæ petierit a domino impetraturus sit, cuius internuntij spiritus ipsi angelici esse non dedignantur. Neq; enim hoc ideo permittit omnium præscius, & semper ubiq; præsens deus, q̃ indigeat ut hominum opera orationesq; ad se perferantur: sed ut per angelorum officium suam erga pios promptosq; peccatores beniuolentiam testetur. Amare se plurimũ eos

ostendit, quos talibus uti concedit ministris. Quibus certe si digni fuerimus, hoc est, si quemadmodum oportet, orauerimus: præterita peccata condonabuntur: præsentia repellentur, futura facile uitari poterunt: ipsa animi uirtus roborabitur, caro obediet spiritui, & superatis diaboli tentamentis, bonorum operum fructus cumulabitur. Reliquum erit, ut re bene gesta hinc decedentes a domino coronemur. Sed iam de illis quoq; pauca dicamus, quorũ preces uel nullius uel minimi momenti sunt: ut simul discamus, nos eorum dissimillimos esse oportere, si diuinũ nobis fauorem precum laudumq; cultu cupimus conciliare.

¶ De oratione infructuosa. Ca. X

NE supplicationibus nostris propitietur deus, peccata obstant. In Hieremia scriptum est: Opposuisti nubem, ne transiret oratio. Vnde idem propheta sub persona plebis peccatricis coram deo quæritur & ait: Nos inique egimus, & ad iracundiam prouocauimus, idcirco tu inexorabilis es. Nisi enim omnium prorsus delictorum quæ commisimus, nos pœnituerit, & de omnibus pariter dolere mœroreq; satisfacere studuerimus, frustra procumbimus adorandum. Nimium impudens est, qui uel una in re offendere nõ cessat, & ab eo quem offendit, orat gratiam. Quid supplicando atq; obsecrando placare deum tibi iratum speras, & a luxuria non discedis, & fornicari non desinis? uel aliud quod legi diuinæ aduersatur, agere non omittis? De istiusmodi supplicatoribus lamentatur in euangelio saluator noster, dicens: Quid uocatis me domine domine, & non facitis quæ dico? Quod si forte contigerit, ut per inuocationem diuini nominis miraculum aliquod efficias: noli propterea credere deum tibi reconciliatum, si in delicto perseueras: non tuo merito id conceditur, sed necessitati aliorum. Multi, inquit, dicent mihi in illa die, domine domine nõne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in noĩe tuo uirtutes multas fecimus? Et tũc cõfitebor illis, qa nunq̃ noui eos discedite a me oẽs, qui operamini iniqtatẽ. Tunc te nosse incipiet, cũ ab eo scelere, in quo nunc ob-

Treñ. 3

Ibidem.

Luc. 6

Matt. 7

natus perduras, abstinere decreueris, tunc & gratiam conferet ut abstineas: & cum pro tua oraueris salute, uoti cōpos ut efficiare præstabit: Intantum aūt obstinatorum nō acceptat orationem, ut etiam pro eis orare uetet, præsertim si incorrecti impœnitētesq; decesserint, quod Ioānes apo-
1. Ioan. 4 stolus in epistola testatur, dicens: Est pctm̄ ad mortem, nō pro illo dico ut roget quis. Ipse quoq; dominus Iudæorum pertinaciæ iratus ad Hieremiam prophetam loquens ait:
Hiere. 7 Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi, quia non exaudiā te. Timeant itaq; horum uerborum sententiam qui in peccato præsistere non timent. Quod si in scelere perseuera turum aliquem constaret, nemo fidelis pro salute illius orare auderet, nisi sibi licere arroganter crederet quod non licuit prophetæ. Nos uero ideo etiam pro obstinatissimis rogamus, quia nescij futurorum speramus ad pœnitentiam redituros. Certum est tamen cassas uanasq; esse preces, per quas alijs id postulatur quod non merentur accipere. Illorum etiam inefficax & inutilis erit deprecatio, qui lingua quidem mansuetudinē atq; humilitatem præferunt, dum deo supplicant, & in corde aduersus proximum odij facibus ardent. A deo diligi uolunt, & homini ad imaginem dei facto, Christi sanguine redempto infensi sunt. Audi quid pcipiat dominus:
Matth. 5 Si offers inquit munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuū ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuū. Quamobrem nisi remiseris omnem offensam, nisi reconciliatus fueris, nisi eum etiam qui aduersum te indignat, quantum potes placaueris, curam non solum tuæ sed etiā alienæ salutis gerens, non poteris munus orationis offerre domino. Non em̄ exaudiet te, nisi charitatem, quā omnibus debes, uiderit in te. Illius quoq; reproba in primis habetur oratio, qui quicqd petierit, non eo tendit ut deo placeat. Nam siue pro corporis ualitudine, siue pro rebus uitæ necessarijs, aut pro quauis alia re orabimus, semper ea fine orandum erit, ut commodius ei, qui bona omnia tribuit

seruiatur. Sed auari ideo orant, ut terrena bona lucrentur: ideo gloriæ cupidi ut ab hominibus laudentur. Quare ad primos certe pertinet quod in euãgelio dicitur: Væ uobis scribæ & pharisæi, hypocritæ, qui comeditis domos uiduarum, orationes longas orantes, propter hoc amplius accipietis iudicium. Non enim solum pro auariciæ crimine punietur, sed & pro sanctimoniæ simulatione. Secundos imitari dominus prohibet, dicens: Cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare, ut uideantur ab hominibus: Amen dico uobis receperunt mercedem suam. Non ergo recepturi sunt dei gloriam, quam orando non expetunt, cum iam receperint gloriam hominum, quam concupierant. Vtũtur & hi quidem dominica oratione, sanctorũ psalmis, præcibusque ab ecclesia constitutis: dominus tamen non attẽdit uerba, sed animum intentionemque orantis: & magis irritatur quam placatur, cum id quod bonum est, proposito usurpat non bono. Tale quippe facinus & Hieremias deuouet, dicens: Maledictus qui facit opus domini fraudulẽter. Cum ergo hic quoque fraudulenter agat, qui orandi studium ad laudẽ dei institutum, ad suam uertere nititur: erit utique maledictus, & dum uulgi plausum captat, uideri non esse sanctus cupiens: nisi pœnitentiam egerit, non effugiet pœnam, dicente propheta: Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent. Præterea neque eorum ad impetrãdam gratiã proficit supplicatio, qui quamuis benefecerint, iactanter tamen facta sua prædicant, cum teste conscientia contenti esse deberent, & quicquid laudabiliter egissent, non sibi sed deo tribuere. Talis fuit pharisæus ille, qui ingressus templum ut oraret, deprimere aliorum mores cœpit, suos uero insolenter efferre. Deus gratias tibi ago inquit, quia non sum sicut cæteri homines raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus: ieiuno bis in sabbato, decimas do omniũ quæ possideo. Si ista quæ faciebat, ad dei laudem non ad suam dixisset, nec se cæteris prætulisset, non peccasset, sed & se gloriari uoluit, & alios petulanter incessere, & præcipue publicanum tunc eodem loco sed multo submissius oran-

Matth. 23

Math. 6

Hiere. 48

Psal. 52

Lucæ. 18

tem. Ideo peccatoris humilitas meruit ueniam, iusti superbia damnationẽ: domino de utroq; sententiam ferente, cũ diceret: Amen dico uobis descendit hic iustificatus in domum suam præ illo. Quod si tantum potest humilitas adhibita peccato, quanto plus poterit innocentiæ probeq; factis copulata? Sunt qui nimis negligenter orant, summis labijs uerba murmurant, nec satis quid dicant, attendunt, non dissimiles illis qui per quietem somniãtes loquuntur,
Esa.29 quos per Esaiam arguens dominus ait: Hic populus labijs
Matht.15 me honorat, cor autem eoꝝ longe est a me. Tales certe si exaudiret, non reprehenderet. Et quoniam inter orandum semetipsos non intelligunt, faciunt ut nec a deo intelligantur. Qualem igitur affectum orandi habent, talem & fructum suæ orationis referũt. Ex his (ut equidem reor) erat
Apo.3 ille, cui in Apocalypsi deum audimus loquentem: Utinã frigidus esses aut calidus, sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo. Frigus timoris est, calor ad amorem refertur: tepiditas autẽ desidiæ otioq; tribuitur. Otiosi igitur & terrena magis q̃ coelestia curantis deprecatio, quoniã neq; satis timet, neq; satis amat: tantum abest ut quicq̃ impetret, ut etiam (si fas est dicere) nauseam ei faciat quem precatur. Cum enĩ admodum somniculose roget, illud quod petit, contemnere potius q̃ desiderare uidetur. Nam si magnipenderet quod poscit, enixe in primis ardenterq; instaret, diceretq; cũ propheta: Clamaui in toto corde meo exaudi me domine. Qui sic non clamant, non facile exaudiuntur. Nonnulli uero satis cupide orant, sed fide dubia adhuc atq; nutanti, ueluti ille in euangelio, qui filium secum attulit ad Iesum, ut a dæmonis uexatione liberaretur, & ait: Si quid potes adiuua
Mar.9 nos, misertus nostri. Quam diu suspenso animo fuit, possit ne id sibi a domino præstari, quod rogabat nõ accepit. Postq̃ autem firma stabiliq; fide opus esse ad impetrandum didicit, & se iam uere credere, nihilq; de domini uirtute dubitare respondit, filium pro quo orabat sanum recepit. Hanc dubiæ & fidelis postulationis inter se distantiã
Iacobi.1 Iacobi apostoli uerba satis declarant, ubi ait; Si quis indi-

get sapientia, postulet a deo, qui dat affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Postulet aũt in fide nihil hæsitans: qui em̃ hæsitat, similis est fluctui maris, qui a uento mouetur & circunfertur. Non ergo æstimet homo ille, ꝙ accipiat aliquid a domino. Ex his igitur quæ diximus, perspicuũ est, eos qui uel de religione quicꝗ̃ dubitãt, uel in peccato aliquo perdurant, pro æterna salute, quã credentibus ac pœnitentibus promissam esse constat, orantes non exaudiri: quibus dicere possis cum Iacobo apostolo: Petitis & non accipitis, eo ꝙ male petatis, quod quidẽ & ecclesia deo in psalmis loquens confitetur cum ait: Odientes me disperdisti: clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad dñm, nec exaudiuit eos. Cõtraria his agamus oportet, si uolumus ut petita nobis concedanť: ut uidelicet ista per quæ precantiũ labor irritus efficitur uitemus, et illa faciamus, quæ nos cũ precamur uoti cõpotes reddunt. Quoties aũt id quod orando poscimus, non euenerit, aut dilatũ credamus ut aptiori detur tempore, aut non fuisse profuturꝫ si datũ esset, aut ne daretur, peccata nostra obstitisse. Si uero ex sentẽtia successerit petitio, gratias deo agamus: neqꝫ quicꝗ̃ nostris meritis, sed totũ eius erga nos benignitati deputemus. De orandi ratione satis dictũ sit: nunc ut confidentius ad orandũ procedamus, de peccatorꝫ pœnitẽtia, sine qua omnino placere non possumus, tractandum uidetur.

Iacobi. 3

Psal. 17

¶ De peccatorum penitentia ¶ Ca. XI.

POEnitẽtia nos a peccatorꝫ sordibus emundat, & pristinæ restituit puritati. Vnde leprosus in euangelio Christum suppliaiter adorans, & curari cupiens, morbo liberatur. Lepra in scripturis peccatum designat. Peccati ergo lepra domino iubente ab animo pœnitentis fugatur: ut ibi uirtutes inserantur, unde uitia pullulabant. In huiusce rei figura & paraliticus de lecto surgit, & mulier a sanguinis profluuio curatur, & qui mortui erant, reuiuiscunt, & alij multi uarijs languoribus grauati eleuantur. Nã quemadmodum hi credendo & pœnitẽdo corporis consecuti sunt salutẽ, ita animę fideles a peccatorꝫ ægritudine ꝑ pœnitentiam liberatæ saluantur. Sic saluatus est Dauid

Matthe. 8

Matth. 9

2. Reg. 12 qui de adulterij homicidijq́; crimine, quod commiserat do lens, peccaui inquit domino, & continuo peccatum sibi remissum esse meruit audire: & tunc quidem ad altiora se
Psal. 50 extendens clamauit: Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis: ut impetrata delictorum uenia spiritussancti donum in ipso reparetur, per quod uitæ quoq; sanctitate possit proficere. Quod autem
Ezech. 18 sceleri ueniam impetret pœnitentia, etiam per Ezechielē prophetam dei uerbis edocemur. Si impius inquit, egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudiciū & iustitiam, uita uiuet & non morietur: omnium iniquitatū eius quas operatus est, non recordabor: in iustitia sua quā operatus est, uiuet: nunquid uoluntatis meæ est, mors impij dicit dominus deus, & non ut conuertatur a uijs suis et uiuat? Et iterum. Impietas impij non nocebit ei, in quocūdie conuersus fuerit ab impietate sua. Pœnitentia igitur nitrum est & herba fullonum, quæ non corpora sed animā nitidam reddit, & resina illa Galaad, quæ non carnis ægritudini, sed mentis medetur uitijs. Mens autem post pctōꝝ purgationem spiritusancto fauente illuminatur, uirtutūq; incenditur amore, ita ut ab ijs quæ deo displicent penitus expiata cogitare incipiat, quæ sint illa, quibus ille plurimū oblectatur, cupiens eidē in omnibus obsequi, in omnibus semper fideliter seruire. Hæc est igitur gratia quæ pœnitentibus datur, sydusq; illud luculētum quod Magos, cū mundi natum quærerent, præcessit. Sed cum in itinere ad Herodem diuertissent, fulgor uiæ salutaris index euanuit. Vbi uero discessum est ab Herode, rursum idem lumen apparens illos usq; ad dominum, quem quærebant, perduxit. Ergo diuinæ gratię mentem nostram irradians lux, latet et obscuratur, si ad uitia diuertimus, cum aūt ab his per pœnitentiam recedimus, q̄primum exoritur, & intelligentiam mundati cordis illustrat, ut ad contemplationem cælestiū erigatur, cui prius terrena tantum curæ erant. Sic & cæcis uisus, & surdis auditus, & uox mutis tribuit in euangelio: ut qui in tenebris peccati fuerunt, per pœnitentiam illumi

nentur: & qui dei præcepta audire nolebant, conuersi etiã perficere studeant: & qui docendi non ignari, sed otio dediti linguam cõpescuerant, iam alios ad capessendam uirtutem hortando atq; instruendo ora resoluant. Talibus ab apostolo dicitur: Eratis aliquando tenebræ, nunc aũt lux in domino, ut filij lucis ambulate. Vnde idem peccatorem ad pœnitentiam sollicitat, dicẽs: Surge qui dormis & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Cæterũ nisi prorsus omnium quæ turpiter & inique ꝑpetrauimus, nos pænituerit, lux ista in nobis locum non habebit. Non potest fulgerere dies, q̃diu pars aliqua noctis remanet: neq; syncerum esse frumentum, donec a minutissimis etiam paleolis & cunctis pulueris micis euentilatũ non fuerit. Deniq; ueluti cæcus ille, qui nondum satis credulus uisu recepto quasi ꝑ caliginem cernebat, uidebanturq; ei homines (ut Marcus ait) tanq̃ arborũ effigies incedentium; deinde plena fide Christum suscipiens, iterũq; ab ipso contactus clare uidere cœpit omnia. Ita nunq̃ ꝑfecte illuminari poterit cuius non erit ex omni parte pœnitentia perfecta: de qua ꝑfectione inferius, quantum dñs nostras quoq; tenebras illustrare dignabitur, dicemus. Interim reliqua pœnitẽtiæ bona cursim prosequamur. Post mentis illuminationem pœnitẽtia animi rorbur uiresq; suppeditat, ad insultus dæmonũ reprimendos carnisq; uitanda blandimẽta. Anima enim sicut peccatorum uinculis irretitur, ita pœnitẽtiæ ope operaq; soluitur ac liberatur: expedita intrat in domũ fortis ipsa iam fortior, & quę ante a diabolo ligata fuerat, nũc diabolum ligat, uasq; eius diripit, nihil in se relinquens, quod ille suum esse possit dicere. Quã diu aũt serua peccati fuit, & domus & uas diaboli erat, postq̃ peccare desijt, & quod peccauerat pœnitendo deleuit, facta est domus orationis & uas iustitiæ: atq; ita præualuit aduersarij sui potẽtiæ suæ pœnitentiæ uirtute. Ad hæc percurre ueteris instrumenti historias, & inuenies Hebræum populum propter peccata hostili potestati frequenter subiectum, propter pœnitentiam liberatum: propter peccata uictos, propter pœnitentiam uictoria potitos. Hoc Iudicum liber continet,

Ephe. 5

Mar. 8

Popul9 isrl' hoc regum gesta testãtur. *Sic* Roboam ne *Aegyptij* armis disperderẽtur obtinuit. *Sic* Achab malum quod capiti suo mox incubiturum per prophetam didicerat, distulit ad posteros. *Sic* Iosaphat Ammonitas Idumæosq; uicit & numero & armis impar. *Sic* Ioram Assyriorum obsidione & Joachan eorundẽ seruitute liberantur. Ob hoc pro Ezechia stans angelus dñi cõcidit Assyrios. Ob hoc Manasses Babylonio iugo erutus, regno q̃d amiserat restituitur. Ob hoc Iosias nõ uidit malũ, q̃d uidisset, si delicti eũ non pœnituisset. Eius pĩnæ merito ne impœnitẽs q̃dem populus dei uindictã sensit, q̃diu ille uixit. Quin etiã pniæ tãta uis est, ut immutabilis dei mutare posse sentẽtam uideat̃. Post dies quadraginta subuertendam Niniuen Ionas a dño iussus prędixerat, & tñ Niniuitis in cilitio, cinere atq; ieiunijs pœnitentiam agentibus ignoscitur: & quoniam illi peccãdi superbiam in pœnitẽdi humilitatem conuerterant, diuinũ decretum reuocatur. Nec deum ipsum pudet, figulo se comparare (ut in Hieremia legimus) qui uas luteum fingẽs cum rota currente forte dissipasset, rursus illud in eandem faciem refecit: & ecce, inquit, sicut lutum in manu figuli, sic uos in manu mea domus Israel: repẽte loquar aduersum gentem, & aduersum regnum, ut eradicem & destruam & disperdam illud. *Si* pœnitentiam egerit gens illa a malo suo quod locutus sum aduersum eam, & ego pœnitentiam agam super malo, quod cogitaui ut facerem ei: & subito loquar de gente & regno, ut ædificem & plantem illud. Attendant principes terræ ista, & siqua regni dispendia patiuntur, non fortunæ imputent, quæ nulla est, sed sibi qui deum offenderunt: & si in integrum restitui cupiũt pœnitentiam agant, delinquentes corripiant, iustitiam seruent. Deus irasci desinet, si illi quibus nunc irascitur, correcti sanctius uiuere incipient: alioquin penitus delendi, nisi se corrigant. Id testãtur duorum regum diuersi exitus Pharaonis & Nabuchodonosor. Alter toties flagellatus duritiã cordis non dimisit: ideoq; cum toto exercitu, qui ipsum sequebatur, fluctibus obrutus perijt. Alter mente alienatus urbeq; eiectus, & cum brutis computatus: quia deum cõ

[Margin notes: Roboam; Achab; Iosaphat; Ioram; Joachan; Ezechias; Manasses; Iosias; Niniuitæ; Hiere. 18; Pharao; Nabuchodonosor]

temperat, inter aduersa animo resipiscens deo se submisit & pœnitudine ductus ueniam ab eo petijt: quo miserante calamitatibus liberatus & in regno fuit receptus. Diuina igitur prouidentia cum pœnitētibus clementer ignoscit, tū in uitio pertinaces diu frustra puniens, iuste postremo disperdit: & quos temporali animaduersione ad emendationem uitæ compellere nequit, eos æternis pœnis afficiendos cōdemnat. Sicut aūt deprauatæ mentis obstinatio sua grauitate hominē in abyssum deprimit ac pessundat, ita pœnitentia sua uirtute sursum in sublime usq; ad cœleste regnum euehit, & quo nihil est sublimius, deo coniungit. Hinc est quod saluator in euangelio ait. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Hoc regnum domus est illa, ad quam ouis a grege suo aberrans cū inuēta fuerit, humeris reportatur pastoris: & fit gaudiū in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente magis q̄ supra nonaginta nouem iustis, qui nō indigent pœnitentia. Deniq; pœnitenti in cruce latroni Christumq; confitēti ab eodem respōsum est: Hodie mecum eris in paradiso. Et in Apocalypsi beati dicūtur, qui lauāt stolas suas in sanguine agni, ut sit potestas eorꝝ in ligno uitæ, & per portas intrēt ciuitatem. Beati sunt qui peccatorum maculas lauant: sed eas in sanguine agni lauari oportet. quia pœnitentia nihil iuuaret, si Christi passio sub maledicto uenundatos non redemisset. Lauantur itaq; in sanguine agni, q in Christū credentes eius misericordiam pœnitendo & sperando implorant: & eodem miserante, bonum quod cupiūt, cōsequuntur. Neq; eñ nisi fideles forent, quos peccasse pœnitet, per portam. i. p ipsum qui ait, ego sum ostium ouium, ciuitatē illam, patriā beatorꝝ ppetuā atq; perennē, ingredi potuissent. Quanta conferat nobis pœnitētia diximus, nūc qualis esse debeat, ut ea conferantur dicemus. Apoca. 22

¶ Qualem oportet esse penitentiam. Ca. XII

EX arbitrij libertate proficiscatur oportet, quicquid opis uel pœnam meretur uel præmium. Pnīa igiť nisi uoluntaria fuerit dei aduersus pctōrem irā placare nō poterit. Libertas ista ī illa duorꝝ filiorꝝ parabola ma-

manifesto apparet, q a patre iussi, ut uineã cultũ irent: alter negauit se iturũ, & pnia motus iuit: alter iubenti qdẽ assen sit, sed mutato proposito ire uoluit. Paruo mométo utriusq; in contrariũ reuoluta est uolũtas: is tñ patris imperiũ pegisse dicit, quẽ nolle obedire pœnituit: et q̃d ante noluerat, rursum uoluit, suaq; spõte fecit, quod liberũ erat facere nolle. Hoc si inuitus fecisset, inter nõ obediẽtes habẽdus esset. Non enĩ pro eo q̃d quis nolens, sed pro eo quod uolens benefacit, laudẽ meretur atq; gloriam. Voluntas ergo ut be-
Lucæ. 15 ne de deo mereri possit, libera ad pœnitentiã agendã accedat, non coacta, non ui aliqua compulsa. Deinde uoluntariæ pœnitentiæ iungenda est submissæ mentis humilitas. Ille q a patre recedendo peccauerat, ueniã petẽdo dixit: Nõ sum dignus uocari filius tuus: fac me sicut unũ de mercenarijs tuis: Ideo æquari fratri q non deliquerat, uel etiã pferri
Luc. 18 ri meruit. Et publicanus dũ cernuus orat, indignũq; se iudicat in cœlum suspicere, Christo testante redijt iustificatus coeli ciuis futurus, qui peccati seruus fuerat. Sed si ne iustus qdem, nisi se humiliauerit exauditur, quanto minus peccator ueniam impetrare poterit, nisi simul & pœniteat & humilietur? Hoc ipsum dñs a nobis exigens clamat. Cõuertimini ad me in toto corde uestro, in ieiunio & fletu & planctu: & scindite corda uestra, & non uestimenta uestra. Cor aũt humiliatum, & intus pœnitentiæ dolore scissum,
Luc. 7 lachrymæ (si fieri potest) foris per ora manãtes testent. Mulieri peccatrici in euãgelio dimittũtur peccata multa, quia dilexit multum. Sed dilectiõis huius testes lachrymæ erãt, qbus pedes dñi rigauit: capilli, quibus rigatos tersit: labia, quibus tersos osculata est: unguentum, quo illos post oscula unxit. Mœror, humilitas, amor, simul mixta erãt, omnium tamen causa fuerat amor, quo concupiuit cum ipso in
Math. 26 gratiam redire, quem offenderat. Petrus quoq; apl̃s negationis crimẽ fletibus diluit amaris: & qui autẽ lachrymas dño infidus extiterat, post lachrymas regni cœlestis claues ipso tradente accipe meruit. Ad eiusmodi fletum Iacobus
Iacobi. 4 apes nos inuitat, dicens: Emundate manus peccatores, & purificate corda duplices aĩo: miseri estote, & lugete et plo

rate: risus uester in luctum cõuertat, et gaudiũ in mœrorẽ: humiliamini in conspectu dñi, & exaltabit uos. Per hoc quod in fine subiunxit, docet, pœnitẽtis lachrymas æterna cõsolatiõe esse dignas. Eadẽ Pauli sentẽtia est ubi ait: Quæ scdm deũ tristitia est, pniam in salutẽ stabilẽ operat. Tristitiã uero istã atq; fletũ, ne leuitatis esse uideant, uitæ austerioris obseruatio comitari debet: ut qđ p uoluptatum illecebras pctm̃ est, per corpis afflictionẽ purgetur. Intrate, inquit dominns, per angustam portam: quia angusta porta & arcta uia est, quæ ducit ad uitam. Quod si per uiam istã sanctos ac pios homines cœlum ascendisse credimus, quõ qui peccarunt id assequi posse sperant, nisi & ipsi per eam incesserint? Iob iustus nullius mortiferi delicti conscius, et qui summi dei uerbis laudatus fuerat, præter illa quæ ad patientiæ probationem pertulit, saccum consui, inquit, super cutem meam, et operui cinere carnẽ meam, facies mea intumuit a fletu, & palpebrę meę caligauerunt. Daniel inter prophetas egregius habitus est, uisionum somniorũq; intelligentia donatus est, puer adhuc senes iudicauit: & tamen ego Daniel, inquit, lugebam trium hebdomadarum diebus, panem desyderabilẽ non comedi, & caro & uinũ non introierunt in os meũ, sed neq; unguẽto unctus sum. Quid de Ioãne baptista dicã? in matris utero sanctificatus de muliere genitis prælatus, plus q̃ propheta habitus: deserti angustias uolẽs patit, pilis camelo℞ uestit, zona pelli cea præcingitur, & in tam uili habitu uilius nutritur: locustas & mel syluestre comedens & aquam bibens, a uino aũt & sicera se abstinens. Si ergo electorum dei talis in terra uita fuit, nullius pene culpæ consciorum, quos labores, quas uigilias, quæ ieiunia, quas asperitates, nobis tot criminum inquinatione fœdatis non ultro subeundas dixerim, ut mundemur? Veruntamen quorum durioris uitæ rigorem sponte susceptum imitari proposuerimus, eorum sequi debemus & mores. Frustra enim aliquis corpus exterius fatigationibus exercet, si mens intus non se omnino disponat ita uitio abstinere, ut etiam diligenter incumbat studio uirtutũ. Ideo dictũ ẽ: Facite fructũ dignũ pœnitẽtię.

2. Cor. 7

Mat. 7

Iob. 16

Dañ. 10

Iohannes

quia maxime poenitentibus conuenit, ut dimissis flagitijs bene beateque uiuendi exercitationibus operam impendāt ut uidelicet superbiam excludat humilitas, libidinē castitas, auaritiā liberalitas, crapulā abstinētia, otiū labor, dolū simplicitas, odium charitas, & quicqd culpabile fuerat, cō
Esa. 35 traria probitas compenset. Atque ita incubilibus (ut Esaias ait) in quibus prius dracones habitabant, orietur uiror calami & iunci, & erit ibi semita, & uia sancta uocabit. Hoc
Thess. 4 est quod apostolus nobis suadet, ut deponamus ueterem hominem, qui corrumpitur per desyderia erroris, & induamus nouum, q secundū deū creatus est, in iustitia & sanctitate ueritatis. Hac tali negociatione talenta nobis credita duplicant: & qui super pauca fidelis fuerit, super multa constitutus intrabit in gaudium domini sui. Super omnia uero cauendum est, ne dum poenitentiam mire procrastinamus, poenitētiæ tempus effluat, & in pctōꝝ luto adhuc defixos repente mors occupet. Vide igitur ne te iuuenilis fallit ætas, ne salubre corpus & robustæ uires decipiant. Nulli ætati parcit mors, & sicut senes ita & pueros rapit quinimmo rari admodum sunt, quos ad senectam usque patitur peruenire. Plurimos præterea eadem dies sanos fortesque incedere uidit, & exanimes concidere. Nulla uitæ securitas est semper inter pericula uersantium. Potes uel morbi ui, uel uenenati cibi haustu, uel serpentis ictu, uel siccarij alicuius improuiso percussu, uel alio aliquo inopinato casu protinus extingui: denique quod multis accidit,
Eccl. 5 pōt & tibi. Idcirco sicut in Ecclesiastico scriptum est: Non tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diē: subito enim uenit ira illius, & in tempore uindictę disperdet te. Expectaris a domino, ut sceleris perpetrati te poeniteat, & mores uitio corruptos uirtutis operibus cures, ne pereas: tu uero tuimet oblitus perire mauis q̄ corrigi, & tam benignum dn̄m, tam pium patrem non cessas offendere. Iam tandem excute insaniam istā & resipisce, ac sani ore usus consilio rumpe mores om̄es, pone finē flagitijs, et supplex ueniā ora, ut deo miserante, dum miserēdi supest tp̄s, mereri coelestia incipias, cum terrena spreueris. Quod

si cunctantē mors p̄uenerit(uide in quanto uerseris discrimine)æternā quæ pœnitētibus dat̄ beatitudinē amittes, et in ignē inextinguibilē, quo corruunt obstinati, p̄petuo cruciādus deijcieris. Nihil est quod magis cauere debes, ergo & nihil magis accelerare q̄ pniām, per quā talia cauent̄, & mutata sorte tā immēsum malū uitatur, tāq; immēsum bonū acq̄ritur. Hæc sunt igitur uere pœnitentis officia, quæ retulimus, ut uidelicet uolens non inuitus ad pœnitēdum accedas, ut humilieris, ut lugeas, ut uitam magis laboriosam uiuas, ut præterita pc̄tā succedentium uirtutū meritis compenses: utq; imprimis cures, ne pœnitēdi tempus tarda conuersione imprudenter amittas. Ista tamen oīa cū perfeceris, uide ne quid tibi tribuas: totum diuinæ gratiæ acceptum referre debes, & cū propheta dicere: Scio dn̄e q̄a non est hominis uia eius, nec uiri est ut ambulet et dirigat gressus suos. Nam si humana fragilitas ad agēdam pniām diuino non indigeret auxilio, Hieremias non orasset: Conuerte nos dn̄e ad te & conuertemur: nec saluator dixisset: Sine me nihil potestis facere, & nemo potest uenire ad me nisi pater qui misit me traxerit eū, cui sentētiæ Pauli apostoli dictū concordat, ubi ait: Non uolentis neq; currentis, sed miserentis est dei. Vnde Philipensibus etiam scripsit, dicens: Cum metu & tremore uestram salutē operamini: Deus est em̄ qui operatur in uobis & uelle & p̄ficere pro bona uoluntate. Idem arroganter sese efferentē increpans ait: Quid habes quod nō accepisti? si autē accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?

Hiere. 10
Tren. 5
Ioan. 15
Iohan. 6
1. Reg. 4.
Philip. 2
1. Cor. 4

De obstinatione non admittentium penitentiam. Ca. XIII

NVnc illos conueniamus, qui peccandi assuetudine obdurantur, quiq; graui aliquo execrandoq; commisso crimine ueniam desperant, & cum ad pœnitentiam conuerti alteris arduum uideatur, alteris uanū, utriq; in proposito perditissimæ uitę immobiles perseuerāt. Enitendum est, siquo modo possimus quod irrationabiliter conceperunt, ratione discutere, qua fortasse compulsi, mortiferum uenenum euomere curabūt quod hauserūt.

Tu qui multũ tp̃is peccando consumpsisti, & ætatẽ ad bene agendum datã, in delicijs, in luxurijs, in obscenitatibus turpiter contriuisti quo excideris cogita, & uel in fine de regione lõginqua incipe redire ad patrẽ quẽ reliquisti. Difficile est inquis ab usitatis desistere, & pellẽ iam inueteratã serpentis more cum noua cõmutare. Sed nisi de Iudæa transieris ad Galilæam, dñi resurgentis gloriam uidere nõ poteris. Tam & si hoc tibi difficillimum sit, incipe tamen tenta, experire: quanto magis tardas, tanto rem factu difficiliorem reddes. Neq; eñ ad hanc difficultatem, quam causaris, nisi per moras dilationesq; conuersionis descendisti, quo longius abieris, durius erit reuerti: oneri quotidie addendo, nisi rursum de illo demere incipias, grauitate crescente opprimeris. Quãdiu ergo pœnitentiam agere cunctaris, indies deterior euadas necesse est. Iesu aũt recedente de templo corporis tui (templum eñ dei eras, dum innocenter uiueres) non relinquetur lapis super lapidẽ, qui non destruatur: omnis uirtutum uis dissipabit abscedẽte dño uirtutis. Reliquum erit, ut ubi eradicata bona fuerint, inde exurgãt mala, & de corrupto semine deterior exuberet seges & fiant nouissima tua prioribus peiora. Quãto ergo satius, ut in tẽpore resipiscas, & cũ diu dormieris, iã tandẽ expgiscaris, atq; a uitijs q̃ sequeris auersus, incipias iter ingredi uirtutis? Quod si parumper ppendere uolueris, quantum lucri facturus es, si te corrigas, quantũ boni consecuturus, multo certe alacrius festinãtiusq; reditum expedies ad probitatẽ, q̃ ad nequitiam discessum hactenus expedisti. An tu ignoras iumenta onere grauata segnius a stabulis abire solere, celerius uero ad stabula remeare? & hoc q̃dẽ oneris deponendi, pabuliq; sumendi gratia. Nunquid ipse minus prouidus pigritabis fascem istum peccatorum quo premeris abijcere, & ad pastum cœlestis mannæ festinare? non quam ueteres Israhelitæ manducauerũt in deserto & mortui sunt, sed qua qui recte usi fuerint, uiuẽt in æternum. Consule igitur saluti tuæ dum licet. Nam quo nũc tendis, in ultima uiæ crepidine terribile præcipitium est, quo si corrueris, nũq̃ inde resurges. Nulla est eñ redẽptio

in inferno. Quo autem a nobis reuocaris, inde aditus est ad coelestem beatitudinē, ad angelorꝝ gloriam, ad requiē gaudiumq́ꝫ sanctorꝝ. Nequaq́ꝫ erit ita ut uidetur difficile a prauis actionibus desistere, atq́ꝫ ad iustitiæ sanctitatisq́ꝫ opera accingi, si uel malorꝝ pœnam, uel bonorꝝ æstimare libuerit premium. Præterea ignaui est profecto eiusce rei exequende difficultatem prætendere, quam sæpe a plurimis peractam fuisse cōstat. Matthæus ante apostolatū diu multumq́ꝫ auaritiæ studio uectigalium publicorꝝ conducturas factitauit: quo die autem a Christo uocatus est, teloneū reliquit: & qui satis longum tempus mammonæ seruierat, statim fit dei seruus, Christiq́ꝫ apostolus. Zacheus quoq́ꝫ ætatem in exigendis usuris contriuerat, uiso tandem domino, totum quod fœnore quæsitum erat, distribuere pauperibus cœpit, & illis quos aliquid defraudauerat satisfacere. Eodem itaq́ꝫ die, quo finem criminū fecit, Christū domi suæ hospitē meruit habere. Multa id genus exempla tibi de scripturis possem proponere, si in his recensendis occupari uellem. Currentem per consueta uitia rotam affixo pœnitentiæ paxillo sistere non uales, si alij nō pauci ualuere? Serum est dices: at etiam nouissimis datur denarius sicut primis: & mulier duodeuiginti annos inclinata ad cœlestem medicum tandem accedens extento dorso erigitur: quoniā eum qui mortuos ad uitam excitat, suam etiam infirmitatē q̄uis chronicam diutinamq́ꝫ curare & posse credidit, & uelle sperauit. Nunq́ꝫ serum est salutē quærere: cū semper spes impetrandi suppetat, donec in corpore datur spirandi copia. Sed quia dierꝝ nostrorꝝ exitum nescimus, periculosissimum est postremū expectare, ne forte is hodiernus uel crastinus sit, & tūc mori cogamur, cum nos multum adhuc uicturos credimus. Cæterum si conuersioni tuę (ut potissime fit) hoc obstat, q̄ uiolentę admodū sensuum tuorum cupidini non potes resistere, da operam ut possis. Tolle concupiscendi occasiones, & membra scandalizantia abscide: auerte oculos ne uideant quod ad peccandum prouocat, aures ne audiant, nares ne odorētur, os ne loquatur, manus ne contrectant. A pristinis quoq́ꝫ sodalitijs ac

Matth. 9

zachæus

Luc. 13

societatibus paulatim te submoue, & iam honestiorum deumque timentium hominum lateri adhærere stude: consortio consilijsque eorum utere, quibus persuasus, is qui nunc es, esse desines. Nam si iuxta apostoli sententiam, mala colloquia, corrumpunt mores bonos, consequens est, ut bona colloquia malis moribus remedio sint. Verissimum est

Psal.17 enim quod in psalmo dicitur: Cum sancto sanctus eris, & cũ uiro innocẽte innocens eris, & cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Iubes me inquies, ueteribus amicis nouos præferre? Immo malis bonos, & ut apertius dicã, inimicis amicos, & cum his quidẽ gratiã inire, illos relinquere. Vehemẽter em̃ erras, si ab ipsis te amari putas, qui ne sibi quidẽ amici esse censendi sunt, cũ improbe incontinẽterque uiuendo & se & te pariter perditũ eant. Ergo ut a facinorosorum societate consortioque discedas, & uiris animi integritate conspicuis uti incipias hortamur, nõ ut amicos derelinquas. Quod si isti quorum nũc familiaritate delectaris, æqui atque honesti amici essent, & te ab eis amari fateror: cum aũt te secũ simul contẽpta uirtute per deuia uitiorum trahant, audeo dicere (quis em̃ uerũ dicere non audet?) capitaliorẽ illis inimicũ habes neminẽ. Talibus aũt carere non posse, non eos deserẽdi difficultas facit, sed male sibi cõsulẽdi stultitia. Quid em̃ illo hoĩe demẽtius, q̃ ma uult perire cũ scelestis, q̃ cum probatis uiuere? Tu si tua salus tibi est curæ, ut esse debet, istos ipsos aut tecũ simul si potes ad pœnitentiã conuerte: aut si nõ potes, fuge ne una cum illis intereas. Melius est tibi mãcum & claudũ & altero carentẽ oculo intrare in paradisum, q̃ duas manus & pedes & oculos habentẽ, mitti in gehennã. Melius est em̃ sine amicis gaudio perfrui sempiterno, q̃ cum amicis tradi supplicijs. Quod si decursæ in uoluptatibus uitæ usum abijcere tibi prorsus molestũ est, quæso ne saltẽ pigeat, talis uitæ qui tandẽ finis sit considerare. Siquidẽ prudentis est prouidere futura: & si bruta quoque quædã animalia uẽturæ tempestatis præsaga, anteq̃ erumpat procella, ad trãquilliora sibi loca confugiunt, minus te rationalẽ existimabo, si proposita uoluptarijs incontinẽtibusque tormenta te-

cum quãq; non mediteris: uel cum meditaris non expauescas: teq; ad eum uitæ statũ conferas, in quo & de pœna securior esse possis, & de pręmio certior. Noli ergo fieri sicut equus & mulus, in quibus nõ est intellectus: ratione utens ad ea quæ futura sunt, mentem dirige, & ad salutis portũ, dum euadendi naufragij spes est, uela conuerte. Vel si usq; adeo inualidus & eneruis es, ut ratem corporis tui regere nequeas, ora ut queas. Petite, inquit dñs, & dabitur uobis Non potes excusare imbecillitatẽ, ubi auxiliũ tibi promittitur si petieris. Quid igitur? mollescis ne iam ad pœnitentiam? an adhuc in proposito inolitæ peruersitatis obduras? Monstrata hactenus remedia si parum proficiũt, nunc demum minis tecum & terroribus (ne quid intentatũ relinquatur) agam. Quid est quod uiuis, cum morte magis dignus sis, nisi quia dño miserante expectaris ut melius uiuas? quod si ultra obstinatus esse pergis, cũ ficu infructuosa succideris, ne terram occupes: succideris, inquam, & in ignẽ mitteris & ardes, palmitis instar uite abscisi atq; arefacti, omniq; humore quo reuiuiscere posset destituti. Abscisus quippe es, a uera uite, & a Christo alienatus, q̃ diu peccatis finẽ non statuis, q̃ diu te creatorẽ tuum redemptorẽq; offendere non pœnitet, q̃ diu non metuis dñm tuum, nec illi obtemperas, cui angeli in cœlo assistunt, quem sancti omẽs uenerantur, omnes inferi contremiscunt, qui est super omnia potens, in omĩbus sapiens, oĩm optimus, primus oĩm, omniumq; postremus, neq; initium habẽs, neq; finẽ: benignissimus pœnitentium remunerator, sæuerissimus obstinatorũ ultor ac punitor. Et cum tantus talisq; sit, tu illum tibi iratum esse audes negligere? tu illum peccata peccatis cumulando ad uindictã non uereris prouocare? cum tamẽ a peccatis desistendo placare posses. Ipse enim per prophetam tibi pollicetur, nullam de tot offensis unq̃ se exprobraturũ, si offendere desieris, & secundum sua præcepta cœperis operari: neq; esse suæ uoluntatis asseuerat, ut moriatur peccator, sed ut conuertatur, & uiuat. Omnia ergo facit, ut saluti tuæ consulat: atq; huc tendit quod pręcipit, quod promittit, quod minatur, quod flagellat, quod

delinquentem non statim perimit, quod aliquando etiam beneficijs ad poenitentiam prouocat. Denique ut peccatoribus uitam daret, filium suum unigenitũ morti obtulit. Cuius quidem sanguis, quemadmodũ tunc omẽs Adæ filios a peccato lauit: ut qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus sit: ita nunc singulos emundat, quoties nos deo peccasse poenitet. Vtere tandem tantæ erga te dilectionis beneficio, dum licet, dum tempus est, dum uita suppetit: si sine illo decesseris, quis miserebitur? Quære dñm dum inueniri potest, inuoca dum prope est: ne te postea ingratitudinis damnet, & tanq̃ ignauissimũ uineæ suæ, hoc est animæ tuæ, quam tibi commendauit, cultorẽ arguat dicens: Quid
Esa. 5 facere debui uineæ meæ & non feci? expectaui ut faceret uuas & fecit labruscas: deinde indignatus poenam inferat quam subdit: Auferam sepem eius, & erit in direptionẽ: diruam maceriam eius, & erit in conculcationẽ, & ponã eam desertam: non putabitur & non fodietur. & ascendẽt super eam uepres & spinæ: & nubibus mandabo ne pluant super eam. Sub hac uineæ metaphora tibi sermo texitur o peccator Nisi eñ in tempore poenitentiam egeris, postea iusto dei iudicio auferetur a te angelorũ custodia, & dæmonibus eris in prædam: tolletur sperandi auxilij expectatio, & angustijs oppressus cruciaberis: omniq; ope destitutus, nec poenitentię falce poteris amputare nequitias peccatorum, ne cordis compunctione aliquid leuamenti promereri: sed operiet te omnibus spinis asperior poenarũ cõgeries, & nemo sanctorũ pro te ultra deprecabitur. Hi enim sunt nubes coeli, qui super nos orationum suarum imbrem manantes, faciunt ut tam diu ad poenitentiã expectemur. Expectaris & tu: sed si moram feceris, ab apostolo quoq;
Roma. 2 audies: Ignoras quoniam benignitas dei ad poenitentiam te adducit? secundũ autem duritiam tuam & impænitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelatiõis iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq; secundũ opera eius.

¶ Ad desperantem exhortatio. Ca. XIIII.

NVnc ad te conuertor magni atq; ingentis criminis consciæ, qui te nullo modo ueniam posse mereri

existimas, nec perpendis quod dei misericordia multo maior sit omnibus peccatis. Nihil est quod illa non delebit, si te commissi pœnituerit. Semper parata est ad condonandū, si tu paratus es ad pœnitentiā agendam. Quod autē Christus dixit, blasphemiam in spiritū sanctum irremissibilē esse, multi dubitant, utrum intelligendū sit, quod nunquā remittatur, an quod difficulter: usque adeo existimāt, si pœnitentia adsit, nihil obstare, quin benignitas diuina præstet ueniam. Quale igitur uel quam magnū esse potest scelus tuum, quod te ad desperationē remissionis quiuit compellere? & de deo non recte sentire, ut tibi pœnitenti parcere omnino nolit, cum nunquam ad pœnitentiam conuersis & in ipsum confidentibus non ignoscat. Si adulterium, si homicidium perpetrasti, utrumque Dauidi, cum se peccasse doluisset, est remissum. Si fœnore & usuris rem quæsisti, hoc Matthæo Zachæoque fuit condonatum. Si persecutus es ecclesiam dei, de hoc facta est gratia Paulo. Si pernegasti dei filium, de hoc Petro fuit uenia data. Si stellas adorasti, si dijs alienis templa arasque posuisti, si obseruasti somnia maleficijsque credidisti, si in dei seruos cædibus es grassatus, ista omia Manasses fecerat: & tamē cum eum pœnituisset, ueniamque orasset, exauditus est, hostilique iugo liberatus regnum recuperauit quod amiserat. Nullum ergo tam immane facinus committi potest, quod pœnitentibus miseratio non ignoscat diuina. Et cum ita sit, nonne stultissimum est, id desperare, quod plurimis concessum fuisse nō ignoras? Cæterum neque pœnitentia ipsa peccati quicquam prodest ueniam desperanti: cum hæc ipsa desperatio peccatū tale sit, ut omne pœnitudinis meritū euacuet atque irritet. Nihil profuit Caino fratricidæ, quod a domino coargutus doleret, quia clementiæ diuinæ derogauit dicens: Maior est iniquitas mea quam ut ueniam merear. Nihil Iudam proditorem iuuit suus pro commisso dolor: neque confessio cū diceret, peccaui tradens sanguinē iustum: quoniam cum de dei misericordia desperasset, tristitia superatus laqueo mortē sibi consciuit. Pœnitenti igitur & petenti uenia datur: desperanti uero neque in hoc seculo, neque in futuro parcitur.

Pctm in spmsctm · Dauid · Matthæus · Zachæus · Paulus · Petrus · Manasses · Cain · Iudas

Quid nam igitur te ultro perdis desperando cum iam certo scias, esse locum ueniæ, si ueniam popósceris pœnitendo? Cur non potius cum Dauide peccatum suum lugente exclamas: Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinẽ miserationum tuarum dele iniquitatem meam? Magna misericordia magnum delet crimen, & miserationum multitudo multitudinem remittit peccatorum. Dominus clamat, Nolo mortẽ peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat: & tu mori mauis quàm conuerti, & ueniam desperare quàm poscere? Dominus soluit compeditos, dominus erigit elisos: & tu tam mortifero peccati uinculo non uis absolui tam graui casu elisus non curas erigi? de medico qui omnis in se confidentes in unico uerbo sanat diffidis? Graue est, inquis, peccatum meũ, nunquid grauius quàm istorum, quorum modo mentionẽ fecimus? quibus tamẽ quod nequiter deliquerant, clemẽter dimissum constat. Nunquid etiam grauius est peccatũ tuum quàm cœlum, quàm terra, quàm mare? sed qui potuit creare ista, non poterit sceleris tui pondus eleuare: & ubi abundauit delictum, ibi gratiam abundare facere? Nonne ille quoque qui dicebat: Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ, & sicut onus graue grauatæ sunt super me: precatus est dicẽs: Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me? Haud ita orasset, nisi spem haberet impetrandi quod orabat: sperauit & orauit, & uoti compos factus est. Nõne etiam Hierosolymæ urbi grauissimũ idolatriæ crimen exprobrans deus dixerat: Si laueris te nitro & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tua corã me. postea tamen ne de peccati remissione diffideret, Fornicata es, inquit, cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te. Sed cum reuerti noluissent, aggrauassentque scelus mentis obstinatione, eorum impietatem plumbi massa onerari uidit Zacharias propheta, dominoque ulciscente urbs passa est excidium, & illi captiui ducti in Chaldæam. Internitione quidem deleri merebantur, sed dñs temperauit iram, ut postea ostenderet etiã in obstinatos clementiam. Postquàm enim eos pœnitere cœpit,

Psal. 50 · Hiere. 2 · Zacha. 5

peccata confitendo misericordiamq; dei implorando, ipso fauente de seruitutis iugo liberati atq; ad patrium solū postliminio reuersi instaurata ciuitate temploq; erecto sortis pristinæ statu frui cœpere. Iam ergo uides (nisi adeo cæcus es, ut nihil ueri uideas) quia nulla est prorsus tanta delicti alicuius magnitudo, tanta grauitas, quā dei misericordia a pœnitentibus requisita nō minuat, nō eleuet, nō deniq; ad nihilum redigat. Soli hanc consequi nequeunt, qui de ipsa desperant. Licet igitur te peccasse pœniteat, nisi etiam peccati ueniam desperasse pœnituerit, cum impœnitentibus computaberis. Quāobrem festina deponere dementiam istam animi, ut flagitij tui magnitudine diuinæ clemētiæ immensitatem putes inferiorem. Deus pater misericordiarū est: miserationū suarum nō est numerus. Spera in illo: sperātes in dño misericordia circundabit: dum te pœnitet, dum speras, dum precaris, etiā sancti pro te orant, angeli uota tua offerunt deo Christus ipse pro te patrē interpellat, dicente Ioanne apostolo: Aduocatū habemus apud patrem, Iesum Christū iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: nō pro nostris aūt tantū, sed etiam pro totius mundi. Desperantiū uero Christus non aduocatus est, sed iudex. Consydera igitur utrum tibi sit melius ueniam sperare, ut Christi patrocinio subleueris, an desperare, ut eiusdem iudicio damneris, & in æternū pereas. Hactenus de pœnitentia, nunc de confessione peccatorꝝ, quæ pœnitētiam comitari debet, aliquid memoremus. 1. Ioan. 2

¶ De peccatorum confessione. Ca. XV.

TRia sunt pctōꝝ gña: aut em̄ peccamus cogitatiōe, aut uerbo, aut ope. Per ista mēte discurrēdo, postq̄ cōscientiā diligēter accurateq; examinauerimus, tā de oībus q̄ de singulis, in q̄bus deo uel proxīo aliqua illata est iniuria, dolētes mœstiq;, in primis, & añ sacerdotē ueluti añ Christū reuerent genibus prouoluti cūcta illi exponamus, occultemus nihil. Manifestāda ē em̄ medico egritudo, ut ille adhibitis remedijs instauret sanitatē. Illi aūt animaꝝ nraꝝ medici sunt, q̄bus cōcessa ē soluēdi ligādiq; ptās ab eo q̄ dixit: Accipite spm̄ sctm̄, qꝝ remiseritis pctā, remissa erūt, & quoꝝ retinueritis retēta sunt: ab eo inquā, Ioan. 20

qui est sacerdos in æternũ, quiq; in coelum ascendens uicarios nobis in terra reliquit ipsos sacerdotes, & Petro curã ouium suarum pastor bonus commẽdans atq; claues regni coelestis tradens dixit: Quodcunq; solueris super terrã
Ma: h.6 erit solutum & in coelis: & quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in coelis. Non dubitemus igitur, quin peccatum illud deletum sit, quodcunq; sacerdotes Christi
Mat. 18 rite dimiserint. Ab eo ius soluendi atq; ligandi acceperũt, qui potest oĩa, & per quẽ facta sunt omnia in coelo & in terra & in omnibus abyssis. Ipsi iudicent inter lepram & lepram. ipsi peccator; nostror; morbos curent, ipsi uos ad æternam transmittant salutem, suppeditantes quicquid ad eam assequendam nobis necessarium fuerit. Necessarium est autẽ baptismo ablui, chrismate inungi: sed quoniã etiã post hæc in multis delinquimus, nihil deinde ita necessarium est, ut peccator; cum poenitentia confessio. Hac sola q̊ties cadimus, erigimur & stamus. Baptismus quidẽ sordes ante se contractas eluit semel, confessio semper. Cæterũ q; etiam per martyrium aboleãtur peccata non ambigimus,
Mar. 8 dño dicente: Qui perdiderit animam suam propter me & euangelium, saluam faciet eam. & per eleemosinar; largi-
Lucę. 11 tatem, cum idem dicat: Date eleemosynã, & ecce omnia
Mat. 6 munda sunt uobis. & per iniuriar; condonationẽ, quia scriptum est: *Si dimiseritis ex corde fratribus uestris peccata*
Mar. 11 ipsorum, & pater uester coelestis dimittet uobis peccata uestra. & per exhortandi studium, quo alios a flagitio ad uir-
Iacob. 5 tutem reuocare nititur, quia dicitur: Si quis conuerti fecerit peccatorẽ ab errore uiæ suæ, saluat animã suam & operit multitudinẽ peccator;: & siqua alia sunt per quæ remitti crimen dicatur, non ideo poenitentiæ confessionisq; sacramentum excludi putes, nec sine ipso te saluandum credas, si talia feceris: nisi enim te peccasse poenituerit, nihil ista proderunt. Peccato deus offenditur, quod si pro peccato q̃ deum offendisti, non doleas, cares charitate: sine qua teste Paulo apostolo, in quo Christus locutus est, nec corpus tradere ut ardeat, nec facultates in cibos pauper; distribuere, nec hominũ angelorumq; linguis loqui, nec fide montes

transferre, quicq; prodesse poterit. Pœnitentiam itaq; agere oportet, & illa non omittere, Quicquid eñ pie sancteq; agit, appendix pœnitentiæ est, & pro culpa satisfactio ut purgatorij pœna uel breuior sit, uel nulla, si plene in uita satisfactum fuerit: uel etiam ut post culpæ pœnæq; abolitionem plus gloriæ in cœlo mereri possint, qui hic benefecerint. Restat ut dicta euangelica, quæ memorauimus, quęq; illis similia sunt, ita intelligant, ut si fiãt quæ in ipsis præcipiunt, peccatori ad emundationem adiumento fore, si tamen præcesserit pœnitentia cum confitendi proposito quando fuerit opportunum. Igitur sicut charitas ipsa fundamentum & consummatio uirtutum est, ita pœnitentia finis esse debet peccandi beneq; agendi initium, ut cætera feliciter succedant, deoq; grata atq; accepta sint. Siquis tñ solam pœnitentiam sibi sufficere credens confessionẽ respueret, in hæreticorũ numero ponendus esset: neq; ei profecto prodesse potuisset pœnitentia ab ecclesiæ corpore separato. Separatum eñ a corpore membrum non uiuificatur, sed q̃diu diuisum est, manet in morte. Confessionis autem sacramentum tam ueteribus q̃ nouis hominibus cõmune est. Primi parentes nostri Adam & Eua cum peccassent, peccatum suum confiteri coacti sunt, deo interrogante quare fecerint, quod facere interdicti erant, & illis respõdentibus qualiter in id criminis incidissent. Voluit itaq; deus a primo homine confessionis inchoare mysterium, ut ostenderet, nulli posterorũ claudi confugium ad ueniã, quod apertum esset primis. Quamobrem et ab his descentium Israhelitarũ mos fuit, quoties erumnis oppressi essent dei opẽ implorare, cilicio contegi, cinere conspergi, ieiunio corpus affligere, & præter hæc pctã confiteri, sic humiliati deo miserante angustijs liberabãtur, & a pctis qdem absoluti abibant, præter originis culpam, qua absolui non poterant, donec redemptor in lege promissus nõ uenisset. Quare nec illorum confessio in lege potuit esse ita plena (nihil eñ ad perfectum adduxit lex) ut est nostra in euangelio: cum illa in parte manca sit, hæc per oĩa integra & pfecta. Illa simul multorũ: hæc singulorũ: illa deo audiente

Gñ. 3

tm̄, hæc etiā dei sacerdote examinante & ab oībus absol-
uente. Nondū em̄ illis mediator uenerat Christus dn̄s per
quē nobis reseratus est aditus ad cœlestia, & cuius cruore
a corruptæ originis culpa expiati in sancta cœpimus intro
ire, & hæredes fieri non terreni & temporalis regni, ut illi
sed cœlestis & æterni. Ne igit̄ tāti erga humanū genus be-
neficij memoriā ulla unq̄ deleret obliuio, mediatoris atq;
redēptoris Christi locum in terra, tenere cœperunt sacerdo-
tes. Per eos ip̄e uerus agnus pro nobis semel oblatus, quoti
die offertur: Per eos ecclesiæ sacramenta participamus, re-
missioneq; accipimus peccatorū: & postq̄ his penitus mū
dati uita ista decedimus, non iā ad inferos ut ueteres illi,
sed ad cœlestem patriam ut, ī Christo renouati transmigra
mus. Tantæ igit̄ uirtutis est nostra confessio, ut non solum
de peccatoribus iustos faciat, sed etiā de terrenis cœlestes,
de mortalibus immortales, de miseris felices. Hæc em̄ cō-
fessio pc̄tā delet, & animam a morte liberat, quod osten-
Esa. 38 dit Ezechias ad dominum dicens: Recogitabo tibi om̄es
annos meos in amaritudine animæ meæ, tu aūt eruisti a-
Psal. 31 nimam meam, ut non periret: proiecisti post tergū tuū oīa
pc̄tā mea. Idem testatur psalmista cū ait: Dixi confitebor
aduersum me iniustitiam meā dn̄o, & tu remisisti impie-
tatem pc̄ti mei. Per hanc dum preces effundimus, uoti cō
potes efficimur, eodem propheta dicēte: Vias meas enun-
Psal. 118 ciaui tibi, & exaudisti me. Per hanc praui cogitatus dissi-
pantur, & qui boni sunt, succedunt: Sicut Salomon in Pro-
Prouer. 16 uerbijs affirmat, dicens: Reuela dn̄o opa tua & dirigentur
cogitationes tuæ. Hęc deniq; sancta confessio diabolo nos
ereptos reddit deo, & de filijs tenebrarū filios efficit lucis.
Luc. 15 Ille qui luxuriose uiuendo bona consumpserat, ita ut por-
cos pasceret, ad patrē supplex confugiens, ac se peccasse cō
fitens, amplexum osculumq; patris accipere meruit, & sto
lam, & annulum, & calciamenta, & conuiuiū. Nihil q̄d
male egerat exprobratur ei, sed humilis confessionis meri-
to in hæreditatē cum om̄i lætitię ambitu fuit admissus, in-
gēti calamitate in summam beatitudinē cōmutata. In in-
tegrū itaq; restituit gratia, cū pc̄tōr per pn̄iam & cōfessio-

nẽ humiliat. Postremo quicq̃d diximus de pnia idẽ de cõfessione est sentiendũ. Neq; em̃ pfecta esse potest pnia sine proposito confitendi, neq; utilis confessio absq; pœnitentiæ admixtione.

De his qui confiteri negligunt Ca. XVI.

DE illis uero qui tam salutiferam pctõꝝ cõfessionẽ peruicaciter deuitant, uia uirtutis perpetuo aberrant: quia in tenebris manent, neq; quo tendere debeant satis perspiciunt: scriptum est: Qui absconderit scelera sua, non dirigetur: qui aũt confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Quid aũt prodest id cælare hominem, quod non latet deum? Peccata enim quæ nũc uni sacerdoti abscondis, in die iudicij omnibus manifesta erunt, dicente domino: Reuelabo pudenda tua in facie tua. Coram uno modo nõ uis erubescere? coram plurimis postea confunderis. Omni tamen uerecundiæ tuæ molestia intolerabilior erit iudicis aduersum te sæueritas atq; cognitio: ea te peccatis grauatum in barathrum detrudet inferni: ut qui confessionis beneficio per misericordiam dei oblato uti noluisti, terribiles infinitosq; cruciatus patieris per iustitiam, dicente Oseæ propheta: Colligata est iniquitas Ephraim absconditum peccatum eius, dolores parturientis uenièt ei. Talis itaq; merces illius erit, cuius peccatum nunc absconditum est nolentis illud secundum diuinæ humanæq; legis præscriptum confiteri palamq; alteri facere. Nam siue timore, siue pudore id faciat, non excusabitur. Magis em̃ deũ timere debuit q̃ hoies, & potius cõtẽpto rubore purificari uelle, q̃ subtracta confessiõe sordescere. Porro sicut hi q nunc scelerꝝ suoꝝ pœnitẽtes propria confessione se excusant, angeloꝝ patrocinio subleuati erũt ut beati sint, ita qui errata sua modo dissimulãt, a diabolo tandem accusabunt, ut Christi iudicio condẽnentur. Curramus igitur totis affectibus ad portum salutis, ne delictorum tempestatibus acti mergamur in profundum. Doleamus q; peccando præuaricati sumus diuina mandata, & cũ certa emẽdãdi, satisfaciẽdiq; destinatiõe singula q̃q;, q bus offẽdimus cõfiteamur. Alioqn ne illa qdẽ q̃ bene faci-

Prouer. 18

Oseæ. 13

mus, proderunt ad beatitudinem consequendam nisi de malis quæ commisimus tristemur, eademq; sacerdoti indicemus, ut uolentes moneant, ut sustinere paratos castiget, mulctaq; pro delictis, quæ sibi aptior uidebit imposita, mūdos purosq; restituat ecclesię deoq; recōciliet. Si em̄ confiteamur peccata nostra (ut Ioannes apostolus inquit) fidelis est & iustus dominus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab om̄i iniquitate. Remissio minuit culpam, emundatio tollit pœnam & confert beatitudinē, dicente domino: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt.

❡ De sacramento corporis Christi Ca. XVII

POenitentes de ijs q̄bus te offendimus dn̄e, & eadem sacerdoti tuo confessi, atq; ab ipso cui tu soluendi potestatem dedisti absoluti, ad mensam saluberrimi cōuiuij tui accedimus, ut corpori & sanguini tuo communicemus. Indigni quidem sed tamen abs te inuitati, q̄ infirmitati nostræ præsentaneum porrigens remedium, sacra-
Math. 26 tissimum corpus tuum sub specie panis. Accipite, inquis, & comedite, hoc est corpus meum. Deinde preciosum sanguinem tuum sub specie uini in calice infusum propinans ais: Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Et ante per Salomonē in prouerbijs hortatus es,
Prouer. 9 dicens: Venite & comedite panem meum, & bibite uinū q̄d miscui uobis. Ad tuū ergo cōuiuiū a te inuitati, a te uocati accedimus, cum plena fide, cum indubitata credulitate confitentes, panem & uinum tuis uerbis a tuo sacerdote consecratum, tuum esse corpus, tuum esse sanguinem. Tu em̄ ipse qui ueritas es hoc testaris & affirmas, cui uel minimum refragari infidelitatis crimen est. Panis uiniq; figuram oculis cernimus, odorem naribus haurimus, saporem ore gustamus, duritiem atq; liquorem tactu sentimus: & tamen non nostris sensibus, sed tuo testimonio credimus. Omnis enim homo mendax, tu solus uerax, tu ipsa ueritas quæ decipi non potest nec decipere. Nos itaq; corpus tuū clementissime domine, & tuū sanguinē aliena specie uela

tum fideliter accipimus: nec omnino qua ratione id fieri possit q̃rimus: aut quō panis uiniq; substãtia in substãtiã corporis & sanguinis tui transeant, cum accidentia nō mutentur scrutamur. Maius est em̃ miraculum istud q̃ ut humano ingenio uel scientia comprehendi possit, te tamen tradente uerum esse credimus, etiam quod intelligere quō uerum esse possit nequimus. Etenim suis finibus circũscriptus est intellectus noster, tuæ autem potentiæ, tuæ sapientiæ nullus est finis, nulla circunscriptio: omnem numerũ, omnem excedit modum. Stultus est igitur, qui tãti mysterij altitudinẽ se deprehendisse putat, nisi ipse reueles, ipse aperias, ipse illum tã singularis intelligentię efficias capacẽ. Nos interim non ideo credimus panem & uinum in substantiam tui corporis & sanguinis transmutari: quia & uxor Loth uersa sit in statuam salis, & uirga Moysi in colubrum, & cibus atq; potus in carnem & sanguinem animalis: nam simul cum accidentibus ista mutata sunt: sed quia nihil uerius esse nouimus his, quæ te docente discere contingit. Confitemur te esse uerbum, per quod facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil. Quid ergo factu tibi impossibile, si modo illud ut fiat, tuæ conuenit maiestati? Absit igitur ut quicq̃ dubitemus de tam mirabili stupendoq; sacramento, cuius tu & autor es & testis. In quo magis mirari licet tuæ in nos benignitatis magnitudinem, q̃ incomprehensibile operis arcanum. Tu te nobis domine præstas in cibum, qui te pro nobis supra crucem obtulisti in sacrificium: sed ibi uisibilis & passibilis & mortalis apparebas, hic lates gloriosus & deuicta iam morte triumphans. Ibi abscondita erat in homine diuinitas, hic in panis uiniq; figura cælatur & humanitas. Sed licet neutrum cernant oculi, utrunq; tamen confitetur fides. Tu hic totus es, qui & in cœlo es totus, cœlestia non derelinquens & terrena uisitans. Nam & in cœlum ascensurus te quotidie nobiscum fore permiseras usq; ad seculi consummationẽ. Itaq; & nobiscum es domine in terra, & cum patre in cœlo nobiscum in specie aliena, cum patre in propria: in terra mundans peccatores, in cœlo mundatos suscipiens. Cœlũ Matth. ult.

& terram imples tua diuinitate: & quoniã ei tua iuncta est humanitas, ubicunq; diuinitas est, illic si uolueris, & humanitatem tuam esse necesse est. Quid ergo mirũ, si in multis locis es q in uno, qui in pluribus hostijs q in una? Porro cum tibi placuisset, ineffabili corporis & sanguinis tui sacramento fideles tuos pascere & tibi unire, sub panis uiniq; figura latere uoluisti, ut nemo horreret gustare, quod fideliter gustatum beatitudinẽ conferret. Primus Melchi-
Gen.34 dech in sacrificio panẽ & uinum obtulit. Inde tu diceris, in æternum sacerdos: non secundum ritum eorum qui pecora sacrificabant, sed secundum ordinem Melchisedech, q pane uinoq; litauit. Illius tamẽ sacrificium signum & umbra fuit, tuum autem ueritas est & lux: tuum istud & prophetæ futurum prædicauerunt, & figuræ significarunt: ut in eo credendo, quod & uetustas promitteret, & nouitas exhiberet, fides nostra stabiliretur atq; firmaretur magis.
Esai.25 Ab Esaia prædictum audimus: Et faciet dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuiũ pinguiũ, conuiuiũ uindemiæ: pinguium medullatorũ, uindemiæ de
Hiere.13 fecatæ. Et ab Hieremia: Omnis lagũcula implebitur uino.
Ezech.36 Et ab Ezechiele: Vocabo frumentum & multiplicabo il-
Osee.14 lud, & non ponam uobis famem. Et ab Osee: Conuertẽtur sedẽtes in umbra eius, uiuẽt tritico, & germinabunt quasi uinea: memoriale eius sicut uinũ libani. Et a Zacharia: Quid enĩ bonũ eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumẽ
Malach.1 ta electorũ, & uinum germinans uirgines. Et a Malachia: In omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda: qa magnũ nomen meum in gentibus, dicit dñs exercituũ. Figuræ aũt atq; signa fuere, sacrificiũ Melchisedech sacerdotis, manna in deserto, agnus paschalis, hostia sanctorũ oblata pro pctõ, hostia pacificorũ oblata dño, subcinericius panis Heliæ in itinere, panes propositionis in tẽplo. Quicquid in his fuit significatũ, in tui dñe glorificati corporis sacramento credimus impletum: atq; ideo nõ quod uidemus in eo, sed quod credimus adoramus: ut Petri apostoli tui promissum te donante nobis persoluatur dicentis: In quem nunc non uidentes creditis, & credentes exulta-

bitis lætitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei uestræ salutẽ animarũ uestrarum. Hoc illud est quod & ipse dixeras: Beati qui non uiderunt & crediderunt. Accedimus etiam ad te domine cum timore & humilitate. Tu es enim ille, de quo in psalmo est dictũ: Escam dedit timentibus se. Tu das teipsum his qui maiestatem tuam offendere metuunt, & eidem in omnibus obsequi desyderant. Accedimus ad te in amorem tuum insinuari cupientes: tu quippe das escam esurientibus, ut dulcedine charitatis tuæ satientur quam esuriunt. Accedimus cum continentiæ castitatisq; proposito. Nam si non licuit Dauidi & & ijs qui cum illo erant, edere de panibus sanctificatis, nisi cum a consuetudine mulierum expiassent, quanto contínentiorem esse oportet eum, qui castum corpus tuum de casta sumptum uirgine & tibi unitum esurus accedit? Et si de hostia pacificorũ uesci iubetur qui fuerit mundus, quanto conuenit esse illũ mundiorẽ, qui te omnis munditiæ fontem, omnis gratiæ autorem cupit haurire? Tu es panis uiuus, uitam nobis donans quam non habemus, & a morte liberans quam timemus. Ais enim: Ego sum panis uitæ patres uestri manducauerunt manna in deserto & mortui sunt: hic est panis de cœlo descendẽs, ut si qs ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Nihil est domine tua ista oblatione melius, nihil pulchrius, nihil dulcius, nihil iucũdius. Quid est bonum eius inquit zacharias, & quid pulchrum eius nisi frumentum electorum & uinum germinãs uirgines. Bonus & pulcher es: non reprobis, sed electis & fidei uirginitatem consecutis: non hæreticis a sponsa tua ecclesia alienatis atq; fornicantibus. Tui præterea sacramẽti dulcedo a psalmista mel dicitur: quoniam nihil aliud in terra gustu dulcius inuenit cuius nomine illam exprimeret. Cibauit illos, inquit, ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos. Idem alibi: Gustate & uidete, quoniam suauis est dominus.

[Margin notes: Psal. 110. — 1. Re. 21 — Leuit. 7 — Iohan. 6 — Psal. 80]

Tu tua ista suauitate, isto melle, in cœlo reficis angelos, animasque sanctas, & mortales pascis in terra. Vnde dicit:
Psal. 77 Panem cœli dedit eis, panem angelorum menducauit homo. Postremo quod cibus iste ac potus, quē abs te nobis datum pro maximo munere accipimus, gaudere nos & exultare faciat: psalmista testatus est, dicens: Educas panem de terra, & uinum lætificet cor hominis. Cum ergo mysticū alimentum istud tantum ac tale sit, merito quidem eucharistiam, id est, bonam gratiam uocant. Se enī pie sumentibus magnam multiplicemque confert gratiam, & ad summā usque prouehit beatitudinē. Tę quippe in ipso sumimus qui totius boni largitor es, totius distributor felicitatis atque gloriæ. Tu sub aliena specie latens et delicta nostra purgas & purgatos ad purius uiuendi studium dirigis. Quod si in
Leuit. 5 Leuitico quicquid tetigerit carnes hostiæ pro peccato oblatæ sanctificari dicitur, quis dubitat, quin istud quod præ-
Lucæ. 5 cessit in figura, cumulatius impleatur in ueritate? Tu ille es qui solo tactu leprosum mundasti, mulierē sanguine fluentem curasti, puellam mortuam ad uitam reuocasti: ut ostenderes in te esse uirtutē peccata præterita delendi, futura cauendi, & qui in peccatis mortui iacent, ad spem uitæ æternæ erigendi. Tua præterea in Ecclesiastico uox est: Qui edunt
Eccle. 24 me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitiēt. Esuries ista & sitis desyderium tui est: quo desyderio qui affecti
Psal. 4 fuerint, beati erunt, quia saturabuntur. Incipient enim repleri uirtutibus, qui ante uitijs referti erant: ut fiat quod in psalmo dicitur: A fructu frumenti uini & olei multiplicati sunt. Quod ut nobis contingat, ipse per prophetam hor-
Psal. 80 taris, dicens: Dilata os tuum, & implebo illud. Qui paratior accedit, magis dilatatur. & qui magis dilatatur, magis & impletur. Cum aūt implebimur, tunc præcipue ad te diligendum accendimur. Hoc propheta spiritualiter exper-
Psal. 22. tus admiratur & ait: Impinguasti in oleo caput meum, et calix meus inebrians quam præclarus est. Sed oleum, quia lucernis addit, mētis illuminationē signare uidetur: ut qui prius in tenebris ignorantiæ erant, iam intelligentiæ donum attingant. Perinde atque illi, quorum oculi tenebātur ne te agno

scerent,& postea quidem cognouerunt: dum te ad suũ diuertere hospitium cogunt dum te aperiente scripturas discunt,per panis fracti sacramentũ in tui agnitionẽ se uenisse confessi sunt. Huius panis uirtute animam quoq; effi- Ezechi.16
ci pulcherrimã Ezechielis prophetæ testimonio discimus dicentis: Similam & mel & oleum comedisti, & decora facta es uehemẽter nimis. Ex hoc Præterea ad resistendũ diabolo uires acquirimus,& contra carnis certamina effi-
cimur fortiores: dicente propheta: Parasti in conspectu Psal.22.
meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Demum uicto diabolo & spiritu carni dominante, multa animi pa-
ce,multa quiete fruimur,iuxta illud: Qui ponit fines tuos Psal.147.
pacem & adipe frumenti satiat te. Et quid est usq; uirtutis quid gratiæ? quid felicitatis domine Iesu Christe,quod tibi digne communicantes non adipiscimur? Tu in nobis es,& nos in te,quotiestuo cibo & tuo potu anima nostra
reficitur. Ait em: Caro mea uere est cibus & sanguis meus Ioan.6
uere est potus,qui manducat meam carnẽ & bibit meum sanguinẽ,in me manet & ego in illo. Et quoniã uita es,in te manentes, teq; in nobis manentẽ habentes uiuimus in æternum. Quamobrem subiungẽs inquis: Sicut misit me uiuens pater,& ego uiuo propter patrem,& qui manducat me,& ipse uiuet propter me. Reliquum est ut sic uiuendo beatitudine fruamur,perpetua & æterna. Idcirco ut il-
lam nobis conferas,mones & ais: Operamini non cibum Ibidem.
qui perit, sed qui permanet in uitam æternã, quem filius hominis dabit uobis, hunc enim pater signauit deus. Et iterum: Ego sum panis uitæ, qui uenit ad me non esuriet, & qui credit in me non sitiet in æternũ. Ad beatos ista per
tinere etiam Apocalypsis docet,ubi dicitur: Non esurient Apo ca
neq; sitient amplius, neq; cadet super illos sol, neq; ullus æstus,quoniã agnus qui in medio throni est,reget illos,& deducet eos ad uitæ fontes aquarũ, & absterget deus oẽm lachrymam ab oculis eorum. Quas ergo tibi gratias benignissime dñe pro tam immenso munere agemus? quæ preconia,quas laudes persoluemus? Nihil aliud a nobis exgere uideris, q; ne polluto ore tua dona contaminemus.
K 5

At hoc etiam nisi te imbecillitatem nostram adiuuãte præstare nequimus. Tu ipse igitur qui tam liberaliter ad epulas tuas nos inuitas, da ut semper ad illas digni ueniamus, utq; tua carne, ac tuo sanguine cum quanta conuenit mentis & corporis puritate reficiamur, quodq; ad memoriam tuæ passionis & nostræ redemptionis constituisti dicens: Hoc facite in meam commemorationẽ, præsta ut quotidie ista meditantes, nullo die, nulla hora, nullo temporis momento obliuiscamur tui.

In eos qui sacramentum male sumunt Ca. XVIII.

CVm igitur tanti emolumenti sit, tantæq; felicitatis uero pane ac uero potu isto uti, nonne miseri sunt & infelices, qui uel indigni ad sumendũ accedũt, uel omnino sumere contemnunt? Indigne autẽ accedunt, qui pœnitentiam peccatorũ ut debent, non egerunt, nec satis diligentes in confitendis reatibus fuere, neq; ab omnibus continendi sese propositum habent. Si conscientia tua te accusat, cur pollutus agni purissimi carne gustando inquinas? Non culpam sic agendo diluis, sed grauas, & in maximũ te præcipitas scelus. Audi apostolum dicentem:
1. Co. 11 Quicunq; manducauerit panem, & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis dñi. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Quid est reum esse corporis & sanguinis domini, nisi illis fieri similem, qui saluatorẽ contumelijs affectum crucifixerunt? Verbis illi petulantibus insultabant, tu gustu temerario offendis: flagellis illi percutiebant, tu manibus immundis contrectando uiolas: crucifigebant illi, tu quotidie peccatorũ tuorũ aculeis confodere non dubitas. Illi saltem ut honeste sepeliretur permisere, tu in foueam feculenti pectoris
Malach. 1. mundissimũ dñm præcipitas. Quamobrẽ ipse idẽ in Malachia propheta de talibus conqueritur, dicens: Ad uos o sacerdotes, qui despicitis nomẽ meum, & dicitis in quo despeximus nomẽ tuum. In eo q; offertis super altare meũ panẽ pollutum. Et dicitis: In quo polluimus te? In eo q; di

citis, mensa dñi despecta est. Offerimus panẽ pollutũ, quoties impuris manibus oblationẽ sctãm contrectamus: & licet illa pollui nõ possit, nobis tñ nostra imputaẽ nequitia Mensam aũt dñi despectã esse dicere uidemur, quoties ad eam contemptim temerarieq; accedimus, quasi ad corporis cõmunes epulas inuitati, nõ ad animæ alimentũ singulare. Si ergo mundari se aliquis ita credat, & pro delicto satisfacere, uehemẽter fallitur. Immundior em̃ efficitur ipsa confidẽtiæ temeritate. Vnde per Hieremiã prophetã a dño arguitur dicente: Quid est q̃ dilectus meus in domo mea facit scelera multa? nunquid carnes sanctæ auferẽt a te malicias tuas? Profecto (ut diximus) non solũ non auferẽt, sed etiam addent: immo si is qui talia præsumit, pœnitentiam nõ egerit, in dies deterius labetur, fietq; imbecillior atq; debilior diuina ope penitus destitutus. Proditũ est in annalibus regũ Iuda, q̃ Palestini arcam testamẽti captã Azotũ detulerint, & in templo Idoli Dagon collocarint, protinus corruisse simulachrũ dicitur, & capite ac manibus fuisse truncatũ. Azotios quoq; graui admodũ ualitudine laborasse, donec Israelitis arca fuit reddita. Arca ista, typus christi erat, cuius corpus qui indigne contrectat, Palestinus ẽ: qui in gulam male affectã mittere non metuit, in templo Dagon illud collocat. Corruet igitur ipse & confringetur, truncum fiet inutile capite ac manibus carens, qm̃ neq; cogitare neq; facere poterit quod ei prodesse queat ad salutẽ: & cum ad bene agendum nihil sibi supererit uirium, cum Azotijs ægrotabit, donec agat pœnitentiã, seq; restituat sibi, & pro crimine satisfacere incipiat: quoniã neq; tam nequiter delinquenti denegatur locus pœnitentiæ. Habetur enim in Paralipomenon libro, q̃ magna populi pars non sanctificata comedere phase ausa fuerit, sed cum se peccasse dolerent, & Ezechias pro eis orasset, placatus fuisse dñs dicitur. Tibi quoq; cui nunc iratus est, procul dubio placabitur, si te peccati pœnituerit, ueniamq; fueris precatus. Omnibus patet ad deum reditus, & reuertenti misericordia denegatur nemini. Quod si redire neglexeris, & in aliquo flagitio pertinaciter perseuerans ad sancta sanctorum

Hiere. 11

2. Reg. 5

2. Para. 3

non timueris accedere, diabolo ad te possidendũ perdendumq; aditum aperies. Nam de Iuda quoq; scriptũ est, quod post bucellam Sathanas in eum introiuit: atq; ita ille maligna suggestione superatus maturauit scelerate perficere, quod impie cogitarat & qui dominicam cœnã ore sacrilego delibare præsumpsit, factus est dñi proditor. Nũc si imitari in gustando sacramento perges, nonne etiam tibi dicere poterit dominus: Ecce manus tradentis me mecum est in mensa, & uæ homini illi per quem filius hominis tradetur? Tradidit illum Iudas impijs Iudæis, tu eundem tradis tibi impuro. Hanc obrem nisi te correxeris, pœnitentiamq; egeris, ac pro tanta tua temeritate fleueris, acerbissimas quidẽ & nullo fine concludendas in inferno

Leuit.7 pœnas dabis. Sic enim in Leuitico scribitur. Anima polluta quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorũ, quæ oblata est

2.Reg.6 dño, peribit de populis suis. Perijt & Oza infelix, qui prophanam manũ arcæ sanctæ, licet labenti supponere fuit ausus, percussit eum dominus (ut ait scriptura) super temeritate & mortuus est. Atq; ut apertius intelligas distantiam digne & indigne ad sacrosanctũ libamen accedentiũ, dis-

Esa.65 ce quid in Esaia scriptum sit: Hæc dicit dominus deus, inquit, ecce serui mei comedent, & uos esurietis: ecce serui mei bibent, & uos sitietis: ecce serui mei letabũtur, & uos confundemini: ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & uos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus ululabitis. Quod si certum est damnandos esse eos, qui impœnitentes decesserint, quanto magis cum ad impœnitẽtiã accesserit temeritas indigne cõmunicãdi.

¶ In eos qui sacramentum sumere excusant. Ca. XIX.

CEterum non fortasse minus peccãt illi, quibus tam & si uereantur polluti accedere, magis libet abstinere, q̃ operam dare ac moliri, ut digni accedant. Ti-

Ioan.6 ment scilicet dño communicare, & eiusdem minas imperterrita aure excipiunt. Ait enim: Nisi manducaueritis carnẽ filij hominis, & sanguinẽ eius biberitis, non habebitis uitam in uobis. Verentur itaq; diuinis libamentis uesci, &

in peccato perseuerando deum offendere non uerētur. Cō municare quidē non debent, nisi rite atq; ordine præparē-tur, sed præparari ita eos oportet, ut communicatiōe digni habeantur. Alioquin & indigne accedens perit propter temeritatē, & accedere nolens damnatur propter sese corrigendi negligentiam. Quid enim prodest Christū honorare, dum te indignū iudicans corpore eius & sanguine abstines, si peccato non abstineas, quo ipsum ad iracundiam prouocas, & prudens ac uolens te illius conuiuio indignū præstas? Omnes certe indigni sumus, cum nemo sit q non peccet, nemo cui cum Centurione in Christum credente dicere non conueniat: Domine nō sum dignus ut intres sub tectum meū. In eo tamē digni censemur, si pœnitentes si confessi, si humiles accedimus. Talem cum te iam esse noueris, accedere ne dubites: ab illo inuitaris, qui omēs conclusit sub peccato ut omniū misereatur. Talis cum accesseris mundaberis, continētior constantiorq; efficieris: deniq; tu temet longe alium q̄ qui fueras esse senties. At uero si etiam rite præparatus cōmunicare nolueris (uide q̄tum tibi incommodi inde oritur) uitam in te non habebis. In morte ergo eris quid ni? Si uetus quoq; lex id testetur, dicens: Si quis & mundus est, & in itinere non fuit, & nō fecit phase, exterminabitur anima illa de populis suis: quia sacrificium dn̄o non obtulit tempore suo, peccatum suum ipse portabit. Tam lege igitur q̄ euangelio, ut Christo cōmunices compelleris: id ipsum insuper ecclesiæ sanctæ edictum tibi confirmat: Qui pro sceleribus suis inquit, duobus uel tribus annis non cōmunicant, excommunicandi sunt, donec pœnitentiā agant. Valde etiam expauescenda est illa domini sententia in illos qui ad cœnā uocati uenire recusarunt promulgata. Nemo inquit, uirorū illorū qui uocati sunt, gustabunt cœnam meā. Quod ergo nunc inuitatus gustare negligis, postea cum maxime cupies, attingere non poteris. Tunc em̄ erit tempus iustitiæ atq; iudicij, nunc est miserationis & ueniæ. Præterea si isti qui flagitij alicuius conscij sacramentū sumere perhorrescunt, damnabiles habentur, quid de illis dicemus, qui omnino cōtem-

Num. 9

Luc. 14

nunt & in fidelitate quadam lapsi, illo sibi opus non esse
Ozee.7 asseuerant? De ijs quidem per Oseæ prophetam ait dominus: Super uinum & triticum ruminabant, & recesserunt a me? Illi ruminant super uinum & triticum, qui Christi sacramentum plena fide non suscipiunt: & dum dubitant, a
Esa.62 Christo quoq; alienantur. Quomodo enim Christianus ē, qui uerbis Christi non præstat fidem. His in Esaia etiam iurat dn̄s in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ, se nō daturū ultra triticum neq; uinū. Non enim possunt mereri gratiā fructumq; sacramenti, qui uel dubij sumunt illud, uel increduli despiciunt, acrius tandē puniendi q̄ qui olim legalibus sacrificijs detraxissent: dicente apostolo: Irritam
Heb.10 quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratiōe duobus uel tribus testibus moritur: q̄to magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filiū dei conculcauerit, & sanguinē testamenti pollutū dixerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliā fecerit? Profecto qui non credunt, conculcant filium dei, non pedibus sed infidelitate, & sanguinem eius pollutū dicunt, non uerborū prolatione (quis enim adeo impius est, ut id audeat dicere?) sed mentis infidæ auersione ab eo a quo redempti sunt: & spiritui sc̄tō contumeliā faciunt, erga tanta beneficia ingrati & illiberales. Nos demū cum ab istorū perfidia, qui eucharistiā nolunt admittere, tum ab eorū negligentia, qui imparati metuunt, tum deniq; ab illorū temeritate, qui indigne accipiunt, abhorrentes om̄i sollicitudine curemus, ut credēdo, ut poenitendo, ut dn̄o in om̄ibus obediendo, ad tam salutare conuiuiū accedamus: in quo & præsentis infirmitatis certissimū est remediū, & futuræ beatitudinis perfecta gloria Hactenus de Eucharistiæ sacramento, ad quod quoniā ieiuni accedere solemus, non incongrue nunc de ieiunio disseremus.

De ieiunio et refectione. Ca. XX.

IEiunium uidetur institutū præcipue aduersus carnis nostræ petulātiā: ut debilitatis corporis uiribus turpiū uoluptatum in nobis lassescat appetitio: quæ certe si satis domita fuerit, expeditior proniorq; erit ad bene beateq; uiuendū. Ieiuniū igitur nō ab re tam ueteri q̄ noua lege

cõmendatur. Moyses quadraginta diebus & totidẽ nocti- Num. c. 9
bus ieiunus permansit, quãdo tabulas fœderis, digito dei
scriptas, accepit: quibus ob plebis impietatẽ confractis, to
tidem dierꝫ noctiumq; repetito ieiunio alias tabulas im-
petrauit, atq; deũ ipm populo qui peccauerat, reddidit pla
catum. Helias propheta cum etiã ipse per dies quadragin- 3. Re 19.
ta nihil gustasset, ad montẽ dei peruenisse dicitur. Eundẽ
postea dierum numerꝫ saluator noster suo consecrauit ieiu
nio: quod nos obseruare quidẽ ecclesiæ edicto iubemur,
q̃tum fragilitas nostra patitur, semel in die comedendo,
præter illos dies, qui dominicæ resurrectionis memoria fe
sti feriatiq; habentur. Ieiunij aũt tempore abstinemus car-
nibus atq; lacticinijs, quod in his plus nutrimenti esse cõ-
stat, ad lasciuiæ incitamẽta. Qui uero arctius ieiunãt, in re
fectione, pane & aqua contenti sunt, alijs abstinent. Sed
uirium habenda ratio est, atq; ita ieiunandũ, ut corpus nõ
lasciuiat, & tamẽ & ad uitæ religiosę opera possit suffice-
re. Satius est orare in ecclesia, psallere, laudis sacrificia of-
ferre, diuina discere uel docere, q̃ abstinentia nimia debili
tatum nihil horum posse prędstare. His aũt omnibus mode
rata ieiunia conferunt multũ, plurimũq; iuuamẽti submi-
nistrant. Vnde quosdam uini usu se abdicare uilioribusq;
cibis uitam sustentare minime piget. Absthemij semper
fuere filij Ionadab (ut in Hieremia est scriptũ) & audiunt Hiere. 35.
a domino: Non deficiet uir de stirpe Ionadab filij Rechab
stans in conspectu meo cunctis diebus. Fore se sapientio Ecc. 1
em credidit Salomon si Absthemius uiueret: & cogitaui,
inquit, in corde meo abstrahere a uino carnem meã, ut ani
mum meũ transferrem ad sapientiã. Sacerdotes tabernacu Leui. 10
lum intraturi, uinum & quod inebriare potest, bibere le-
ge diuina prohibentur. Dei ẽm ministros maxime sobrios
esse conuenit. Illis etiam qui ex uoto domino consecraba-
tur, quos Nazaræos uocabant: præceptum erat ne uinum Nume. 6
gustarent, neq; quicquid ab una fuisset expressum, donec Ezech. 44.
uotum perficerent. Daniel, Anania, Azaria, & Misahel, Dañ 1
cum Babyloniæ captiui essent, leguminibus aliti & aqua
potati habitiores apparuerunt cæteris, qui uino, regisque

epulis nutriti erant. Joanni baptistæ in deserto locustæ & mel syluestre cibus fuit: uinum & siceram non gustauit.
1. Timo. 5 Paulus apostolus Timotheo discipulo scribens monet, ne aquam biberet, sed modico uino uteretur. Ne quis aũt gulæ suæ fauens apostoli patricinio se defendat, hic qui ab aquæ potu cessare iubetur ægrotabat. Noli adhuc aquã bibere, inquit, propter stomachum tuũ & frequentes tuas infirmitates: sed modico uino utere, hoc est, non multo ad luxuriam, sed modico & aqua diluto ad languidi corporis iuuamẽtũ. Nemo tamẽ nefas putet, uel carnibus uesci extra ieiuniũ, nisi uotum obstet, ne in Hebionitarum incidat hæresim: uel etiam ieiunando uini usum damnet, ne ipse cũ Tatiano Encratidarum autore damnãdus iudicetur. Nam dñs & saluator noster his usus est, ut euangelistę testantur, & in Chana galilææ ad nuptias, & Hierosolymis quando pascha cum discipulis celebrauit. In quo ostendere uoluit, nullum crimẽ esse si quis his utatur, nisi cum ecclesiæ interdictum, uel uoluntariũ impediat uotum. Quisquis ergo aut carnis usu, aut uini potu, aut utroque sponte se abdicat: non quia non liceat his uti hoc agat, sed quia iuuat, pro peccato satisfaciendi gratia, corporisque castigandi, ut lasciuiat minus & contra spiritũ rarius insurgat. Hac de causa plerique uili admodũ uictu contenti cibaria delicatiora sibi submouere.
Ruth. 2 Ruth mulier, quæ in genealogia Christi cẽseri meruit, cum a Booz satis diuite uiro hospitaliter acciperetur, panem in aceto intinctũ comedisse dicitur, aquam potasse fuisseque saturatam: adeo tunc locupletiorum quoque mensæ luxuria carebant.
4. Reg. 4 Panibus uiginti hordeaceis Helias centũ uiros memoratur satiasse, reliquiasque collegisse. Credimus etiam ipsum tali cibo usum fuisse, qualẽ aliis apposuit: cui ergo miraculorum operatio concessa fuerat eum hordeo uesci non piguit.
Ezech. 4 Ezechiel ut famem futurã partim uerbis, partim re atque opere nunciaret, frumẽtum, hordeum, fabam, lentem, milium, uitiam, per dies centũ quadraginta comedere iubetur, & aquam potare. At nos fabam ipsam respuimus tanquam Pythagoræ non Christi discipuli: nos triticum nisi in similaginẽ redactum fastidimus, & uina delicatio-

ra conquirimus, nulla in parte sanctis prophetis istis com parãdi. Sed etiã Ioannes plusq̃ propheta, in matris adhuc aluo sanctificatus: non pepones esitauit, sed locustas: nec uinum gustauit, sed haustas de Iordane aquas. Non graua bũt nos ieiunia nr̃a, si sanctorũ parsimoniã cogitabimus: ut saltem imitari eos nõ pigeat, quos æquiparare neqmus. Apostoli quoq; domini spicas manibus conterentes esuriẽ sedant, neq; ab hordeaceis abhorrent: quos etiã alijs appo nere iubentur, cum turbam saturauit dominus: & tũc qdẽ quinq; tm̃ panes habuerunt, quod nec ipsis qui duodecim erant, sufficere potuisset. Vtq; apertius quanta illis cura ci bi esset intelligas, cum conscensa naui transfretũ irẽt, obli ti sunt (ut in Matthæo legit̃) secum panes deferre. Qui eñ diuinæ contemplationis dulcedine quotidie satiãtur, uix uentri suo tunc prouident, cum esurire coguntur. Parandi autem uictus nimiam sollicitudinem dominus quoq; exte nuat, cum ait: Nolite solliciti esse, dicentes: quid manduca bimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur: sed quærite, inquit, primum regnum dei, & iusticiã eius, & hæc om̃ia apponent̃ uobis. Ne quem ergo ad dei seruitia iturũ retar det inopiæ metus, his dñi uerbis confirmatus in illo spem collocet: non tñ otio & ignauiæ sese dedat laborantes ille adiuuat, non desides neq; somniculosos: & quoties hoĩs industria q̃tũ necessitati satis est neqt parare, ipse suppedi tat. Agar cum filio p desertum errans cũ uehementer siti ret, angeli indicio puteum comperit, & inde hausta aqua se & puerum a pernicie seruauit Sanson Nazaræus, cũ & ipse siti enectus clamasset ad dñm, egressus de molari ma xillæ asininæ aqs seruatus. Helias in torrente Carith latens deo procurante a coruis pascitur. Cum per deserta Idumeę arida arenosaq; ducerent exercitum Achab & Iosaphat re ges aduersus Moabitas, & siti plurimum laborarent, exca uarunt scrobes, quæ orante Helisæo aquis repletæ multitu dinẽ ab imminẽti periculo liberarũt. Olim q̃q; cũ ab Aegy pto Moyse duce Hebræi ad terrã promissionis pergerent, manna de cælo esurientibus, aquæ de petra erumpẽtes re medio sitientibus fuere. Et si deus nunq̃ defuit, ne delin-

Iohan. 6 — Matth. 16 — Math. 6 — Gen. 21 — Iudic. 15 — 3. Reg. 17 — 4. Reg. 3

quentibus qdem turbis, ob eius merita qui illis præerat, quanto minus defuturus est ei, qui relictis omnibus ipsius sese dedicat seruituti? Recte itaq; a psalmista est dictum: Iunior fui & senui, & non uidi iustum derelictum, nec se-
Psal. 36 men eius quærẽs panẽ. Et alio in psalmo: Oculi oĩm in te
Psal. 144 sperãt dñe, & tu das escam illorũ in tpe opportuno: aperis tu manũ tuam, & imples omne animal benedictione. Et
Psaal. 32 alibi: Ecce, inquit, oculi dñi super timentes eum, & in eos qui sperant in misericordia eius, ut eruat a morte animas eorũ, & alat eos in fame. Deniq; abũdant qui seruiunt mũdo, & tu egestatem times seruiens deo? Pascit ille uolatilia coeli, & te quẽ ad suam similitudinem facere uoluit nõ pascet? Iacta igitur (ut propheta ait) cogitatũ tuum in dño, & ipse te enutriet. Quod si tibi ieiunia placebunt, de qbus nũc loquimur, modicus & tenuis uictus tibi satis erit: sin uero gulæ uentriq; seruies, nihil erit satis.

Quale debet esse ieiunium, & quæ eius virtus. Caput XXI

QVale autem debet esse ieiunium, docet saluator in euangelio, dicens: Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: demoliuntur enim facies suas,
Math. 6 ut pareant hominibus ieiunantes. Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Non uere tristem esse prohibet. Ieiunium eñ proprie poenitentium est dolentiumq; pro peccato quod commiserunt: sed simulate tristari uetat, hypocritarũ more, qui omnia ad iactantiam faciunt: uti hominum rumusculos aucupentur, dum sancti dici q̃ esse malunt. Ideo non ueræ gloriæ, cui adipiscendæ non student, sed inanis: ad quam se totos componunt, mercedem recipiunt. Tu aũt cum ieiunas, inquit, unge caput tuum, & faciẽ tuam laua, ne uidearis hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in absconso: & pater tuus q uidet in absconso, reddet tibi. Non delibutum unguentis te incedere præcipit, quod luxuriæ uitium est, sed quia caput tuum Christus est, pasce esurientem, pota sitientẽ, uesti nudũ, & caput tuum unxisti: Ait eñ quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Deinde maculas animæ tuæ poenitudinis fletu ablue

& faciem tuam lauisti: atq; non hominibus ieiunare uideberis, sed deo. Tale habetur illud, de quo in Esaia clamantem audimus dominum: Hoc est ieiunium quod elegi, dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimẽtes, dimitte eos q confracti sunt liberos, & omne onus dirũpe, frange esurięti panem tuum, & egenos uagosq; induc in domum tuam: cum uideris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris, hoc est: quod dolo interuerteris redde, inopem ære alieno oppressum libera, cibum quem ieiunando tibi subtrahis da indigenti, aduenam suscipe hospitio, pauperis nudditatem tege, nec contemnas: quia tua caro est, pręsertim si in Christo tecum regeneratus est, unum habetis patrem deum, unum caput Christum, unũ corpus ecclesiam. Hoc igitur erit ieiunium electum, pium, fidele, sanctum: de quo etiam Iohel propheta dixit: Sanctificate ieiunium. Non enim sufficit tibi abstinentia, nisi & a peccatis abstineamns, & pijs actionibus exerceamur, nosq; in omnibus fidei sinceritate sanctificemus. Cauendum quoq; est ne ieiuni contemnamus non ieiunãtes, fortasse innocentioers absq; ieiunio, q̃ nos cum ieiunio. Apostoli preceptum est: Qui non manducat manducantem nõ iudicet. Male ab alimẽtis abstinet, qui a detractione proximi linguam non coercet. Ieiunium non superbiæ opus esse debet sed humilitatis. Qui ieiunando superbit, pharisæorũ imitator est, & eorum qui Christum adeuntes dixerunt: Quare nos pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli aũt tui non ieiunant? Si uis igitur ut ieiunium tuum deo gratũ sit, nihil tibi ita arroges, ut alijs detrahas, alios sugilles: sed operam da, ut cũ psalmista dicere possis: In ieiunio humiliabã animã meã. Porro ieiuniũ ipsum quantæ uirtutis sit, quantiq; emolumenti, exempla in scripturis diuinis relata testãtur: Esdras sacerdos, cum a Caldea dimissus hierosolymã rediret, triduo cũ suis ieiunasse, precesq; pro itinere obtulisse dicitur, uotiq; compos factus fuisse. Iosaphat rex Iuda uiribus impar ieiunio & oratione superauit inimicos. Iudith uidua eisdem armis munita Holophernẽ Assyriorũ ducẽ interfecit; & Iudas Machabeus ingẽtes gẽ

Esa. 58
Iohel 1
Rom. 14
Math. 9
Psal. 34
2. Esdræ. 8
2. Paral. 20

tilium exercitus post triduanũ ieiuniũ parua manu aggressus profligauit. Præterea Christus dñs per dies.xl.nihil gustando diaboli tentamenta uicit: & cũ dæmoniacũ surdũ ac mutũ curasset, hoc dæmoniũ inquit, non eijcitur, nisi in ieiunio & oratione. Prodigus filius, q bona scortãdo luxuriandoq; abligurierat, tunc ad patrẽ flagitij sui pœnitens re-

Iohel.2 dijt, cũ esurire cœpisset. Deus Iudæis placari paratus p Iohelẽ clamabat: Conuertimini ad me in toto corde uestro, in ieiunio & fletu & planctu. & Niniuitis ieiunãtibus pepcit, quosq; minatus fuerat se funditus euersurũ, seruauit. Dani-

Dañ.10 eli ieiunanti & oranti Christi uenturi mysteria reuelant. Ieiuniũ ergo peregre proficiscentibus iter prosperũ impetrat contra hostium uim præualet, dæmonũ malignitatem cõtundit, obscœnæ libidinis cupidinem coercet, deum placat, ueniam exorat, mentem ad cœlestia erigit. Postremo

Luc.6 per ieiunium atq; abstinentiã ad cœlestem usq; beatitudinem peruenitur. Beati inquit, qui nunc esuritis, quoniã sa-

Hier.3 turabimini. Et in Hieremia ait: Inebriaui animam lassam & omnem animam esurientem saturaui. Hæc est illa satu-

Psal.31 ritas, quam se consecuturũ sperabat Dauid cum diceret: Satiabor cũ apparuerit gloria tua. Sancti eñ q se quondã ie-

Esa.49 iunijs afflixerunt, non esurient amplius (ut Esaias ait) neq; sitient, & non percutiet eos æstus & sol, qa miserator eorũ

Apoc.21 reget eos, & ad fontes aquarũ potabit eos. Et in Apocalypsi dominus: Ego inquit, sitienti dabo de fonte aquæ uiuę gratis. Igit tu es ille dñe q esuriẽtes et sitiẽtes tuo solo aspectu satias, tu panis indeficiens, tu fons uiuus. Tu da ut tibi placeant ieiunia nostra, ut cum placuerint, a te tandem tua dulcedine satiemur. Non erit molesta inedia, quam spes eiusmodi futuræ saturitatis consolabitur. Tu es farina illa

4.Reg.4 Helisæi, qui uel amarissimum ieiunij nostri pulmẽtum uertis in dulcorem. Omne onus laborum nostrorũ leuas, istius qua in te uiximus spei suauitate. Itaque & cum ieiunamus tibi ieiunamus, & cum reficimur tibi gratias agimus, & postq̃ refecti sumus, te laudamus, quod ut nos doceres, te quoq; fecisse meminimus, quando pascha cum discipulis celebrares. Confitemur enim & quod ieiunamus,

& quod reficimur, tuum esse beneficium nõ nostrã uirtutẽ, tuæ largitatis donum, non nostrũ meritũ. Post ieiunij refectionisq; dissertationem, consequens est, ut gulæ uitiũ q̃ detestandum sit consyderemus.

De vitio victum delicatiorem exigentium. Ca. XXII

GVlositatis inditium est, in mensa minus lauti apparatus monachi accũbentis musitatio. Licentioris igitur gulæ sunt, q uos non pudet, cæteris in silẽtio considentibus, corrugare nares, frontem contrahere, os distorquere, & gestu nutuq; ipso uel de cibo, uel de potu cõqueri. Hic fastidit legumina, ille minutos pisciculos contemnit, alius olera aspernatur, alij cibarius panis odio est, alium uini austeritas offendit, quod si acescere cœperit, stomacho noxium argumẽtatur, & frigorificum esse medicorum testimonio probare nititur. Eo interdum impatientiæ quidam procedunt, ut suis præpositis insultent delicatiora exigentes q̃ quibus illi contenti sunt. Carebit hoc uitio, qui eorum uitam uictumq; persæpe consyderabit, quos deo constat placuisse, memoriterq; tenebit, quid illi in solitudine degentes esitarint, quidue potarint, quibus (ut Hieronymus ait) coctum aliquid accepisse luxuria uidebatur, qui etiam languentes aquam frigidam, sicut de fonte hausta erat, bibebant, ac tam procul a uino q̃ ab urbibus aberant, nunc tanto magis deo fruuntur, quanto cõtinentius uixerunt. Rursum pensitare proderit, quantum deliquerant illi, qualiterq; a deo mulctati sint, qui ob gulæ incontinentiam in Moysen murmurauerunt. Profecti ab ægypto ibant cum illo per solitudinem, & cum esurirent manna de coelo pluente aliti sunt, & cum sitirent, aquis de petra eductis potati. Deinde postq̃ manna contempto ægyptias dapes concupissent coturnicum uis ingens castra operuit, quarum carnibus ad nauseam usq; satiati, malæ concupiscentiæ protęruiæq; murmurationis, qua & deum & Moysen ducem suum offenderant, pœnas dedere. Nam ut in psalmo dicitur; Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira dei ascẽdit super eos, & occidit pingues eorũ.

Psal. 77

Psal. 77

& electos Israhel impediuit. Nemo igitur sibi tutũ putet, non contentari ĳs quæ deo largiente in monasterio habent uel ob hoc patres incusare, ꝙ ipse minus copiose abundet, cum necessaria suppetãt. Paupertatem professus es, & copiam exigis? obediẽtiam uouisti, & maioribus audes esse molestus? quid amplius quæreres in seculo, q̃ quod concupiscis in monasterio? Si monachi geris indumentũ, cur dissimilem habes affectum? Memento quia religionẽ ingressus es, ut deo seruias, & uẽtri seruire desinas. Nunc de illis dicam, quos ieiunĳ grauat obseruatio, qui uel male ieiunant, uel omnino non ieiunant.

¶ De uitio male ieiunantium Ca. XXIII

Zach. 7 MAle ieiunantes arguit dñs, dicens: Cum ieiunaretis & plangeretis nũquid ieiuniũ ieiunastis mihi? Nõ em̃ dño ieiuãnt, q exquisitis dapibus poculisq; mẽsam opimant & nõ corpus affligere, sed gulæ blandiri student. Non deo ieiunant, qui ab escis tantum se continent, & uitia non derelinquunt. Non deniq; deo ieiunant, qui ieiunio se satisfacere putant, & dei pręcepta implere negligunt. Quid enim prodest corpus tenuare abstinentia, & prauas cupiditates ab animo non euellere? si sic ieiunas, non Christũ imitaris, sed diabolum: qui certe neq; comedit neq; bibit, & tamen nunq̃ a sua peruersitate resipiscit. Sicut nec illi, quibus lamentantibus, ꝙ ieiunando ca-
Esa. 58 lamitatem nequirent auertere, deus respondit: Ecce in die ieiunĳ uestri inuenitur uoluntas uestra, & omnes debitores uestros repetitis, ecce ad lites & contentiones ieiunatis & percutitis pugno impie. Sicut ergo aurum luto sordidatum non splẽdet, ita nec ieiunium efficax est ad deum placandum, si uitia non cessant. Ob hoc sane ad Hieremiam
Hiere. 14 clamat dominus: Noli orare pro populo isto in bonum, cũ ieiunauerint, non exaudiam preces eorũ, & si obtulerint
1. Reg. 14 holocausta & uictimas, non suscipiam ea. Quod si propter unum Ionatham qui contra Saulis patris interdictũ parum mellis gustauerat, deus iratus non dedit responsum, quomodo eum exaudiet, qui suæ ecclesiæ iussa contemnit?

¶De vitio ieiunare nolentium ventrisq; indulgentium Ca. XXIIII

QVamuis aūt aliquis in uoluptatibus flagitijsq; perseueret & obduret, si tamē cum iubetur ieiunat, futuræ emendationis non nulla spes est. Non est enī in illo penitus extinctus dei timor, qui uel hac una in re formidat non obtemperare. Sed quid de illorū obstinatiōe sperare licebit qui cum nihil boni agant, ne ieiunare quidem uolunt, & dum gulæ indulgent, indictam quoq; ab ecclesia abstinentiā irridēt? An ignorāt q ecclesiæ mādatū dei mādatū sit? dicente dño: Qui uos audit, me audit, & q uos spernit, me spernit, & qui me spernit, spernit eum qui me misit. Dum igitur uentri suo q̄ deo nostro malunt obedire, deus eorum uenter est, quod hic suadet id sequuntur: quod autem deus noster iubet contemnunt, neq; eos pudet gulæ suæ fieri mancipia, cuius dños esse conuenerat. Quid tandem, impune ne id sibi futurum sperant, q nulla re impediti nisi gulę uitio, ieiunare ne iussi quidē uolūt? Sed si uiro dei misso in Bethel, cui mandatum fuerat, neq̄d ibi gustaret, donec redisset, semel præterijsse mandatum non fuit impune, quomodo hi non punientur, qui nunq̄ parent? Ille sedens adhuc ad mensam a domino sibi dictū audiuit: Quoniam non obedisti sermoni meo, non inferreris in sepulchro patrum tuorū. Cūq; rediret, a leone in uia oppressus occiditur, & ab hominibus ibidem tumulatur: & hi qui assidue peccant, nullo prorsus ieiunantes die, ne ne scilicet si quando non cœnitent inedia extinguantur, dei uindictam non uerentur? Ille qdem ab altero deceptus prandiū cū ipso inijt, ignorāterq; peccauit, & talia passus est: hi uero cū scientes uolētesq; delinquant, nihil supplicij sibi infligendum arbitranť? Cur ergo, inquiunt, leonis morsibus non laceramur? Quibus respōdendū est: q̄a non estis uiri dei sicut ille qui leui mortis genere pro reatu satisfacit ut spiritus saluus fieret: sed estis serui diaboli: atq; ideo nō syluestribus feris laniandi tradimini, ut postmodum infernalibus bestijs proiecti pœnas luatis acriores. Non est enim aqua uel similis puniendi ratio iustos & iniustos

Luc.10 · 3.Reg.13

pœnitentes & obduratos: alteris temporaria debetur animaduersio, alteris æterna. Quidam ita gulæ ac uentri dediti sunt, ut ne tempus quidem comedendi obseruent, prandia, præuenire soliti ientaculis, cœnas merendis: quorum immodestiã Salomon arguit, dicens. Væ tibi terra cuius rex
Prouer. 10 puer est, cuius principes mane comedũt. Corrumpunt enim reliquos exemplo, q magistratũ adepti turpiter uiuunt. E contrario aũt frugalis uitę præsidium, omnibus continentiæ lex est, & uirtutis incitamentum. Ideo consequenter dicitur: Beata terra cuius rex nobilis est, & cuius principes uescuntur in tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuam. Profecto non hominũ, sed pecudum, uita est, habere incerta comedẽdi tempora, passimq; pasci, quasi qui nũq̃
Dañ. 14 satientur, & edaciores idolo Bel bibacioresq; existãt: si tñ idolum illud tantum in die consumpserit, quantũ mentiti sunt eius sacerdotes: hoc ẽ, simul artabas duodecim, oues quadraginta, uini amphoras sex. Sed tamen ne potatus huius atq; abliguritionis intemperantia tolerabilior foret, si rerum solummodo iacturam inferret, & non etiam corporis
Reg. 16 atq; mentis. Hela Samariæ rex cum se uino ingurgitasset, zambri serui insidias cauere nesciuit. Itaq; sibi uitam posteris regnum amisit, seruo illud occupante, prole quoq;
Dañ. 5 dñi sublata. Balthasar Chaldæorum rex quo die uasis, quæ de templo Hierosolymitano sublata fuerant, in celebri conuiuio perpotauit, eodẽ occisus est, sacrilegioq; addita ebri
Iudith. 13 etas finem uitæ fecit. Holophernem Assyriorum ducem, qui uiris armisq; tam potens fuit, ut quocunq; se uerteret, urbibus, prouintijs. regnis, terror esset: epulis uinoq; grauẽ unius fœminæ manus interemit: & quem uincere externorum
Geñ. 9 uires nõ poterãt, crapula uictus tã ignominiosa necę perijt. Vis insup nosse q̃ turpis q̃q; pniciosa res sit ebrietas? Noe primus uineam plantauit, uinoq; infatuatus pudẽdis detectis iacuit indecore, ita ut uni ex filijs risum moueret.
Gñ. 19 Loth aũt inebriatus incestum commisit, & de filiarum concubitu liberos suscepit, ignarus quænam essent illæ cum quibus concumberet, neque fortasse quid ageret: cum inter dementem & ebrium nullum discrimen sit,

nisi quod alter alteros facilius curetur. Tutius est aũt secretum aliquod committere stulto, q̃ ebrioso: neuter scit arcanum cælare: stulti tamẽ uerbis nemo adhibet fidem, ebrio magis creditur. Ad hæc inter compotantes frequẽter leuissima de causa exurgunt rixæ, concertationes, uulnera, cædes. Vnde Salomon in prouerbijs ait: Qui dimittit aquã, id est, qui mero uino utitur, caput est iurgiorum, & anteq̃ patiatur contumeliam, iudiciũ deserit. Cui sententiæ congruit, quod in Osee propheta legitur: Fornicario & uinum & ebrietas auferunt cor. Cum aũt sola ratione distemus a brutis, ea sublata, quid reliquum est, nisi ut bestijs annumeremur, & amisso corde, uecordes excordesq; .i. dementes dicamur & simus. Teterrimũ est in uita talem notam pati, sed longe infeliciusuita mox defunctos ad æterna destinari supplicia. Apostolus enim ad Conrin. scribens affirmat, quod ebriosi regnũ dei non possidebunt, cum damnatis ergo computabuntur. Nam hi soli sunt qui bus nulla exeũdi de carcere spes est. Idcirco alibi idem hortatur, dicens: Nolite inebriari uino, in quo est luxuria, hoc est, uino qđ gulæ blanditur, & impudenter lasciuire compellit. Quam obrem etiam dominus ita affectos ad pœnitentiã reuocat per Iohelem prophetam, & ait: Expergiscimini ebrij & flete & ululate omes, qui bibitis uinũ in dulcedine. Pœnitere aũt nolentibus per Hieremiam minatur, dicens: Bibite & inebriamini & uomite & cadite, neq; surgatis a facie gladij, quẽ ego mittam inter uos. Gladius hic iusticia dei est, quæ breuissimã uitæ huius uoluptatem uno ictu mutat in perennem amaritudinẽ. Hoc ipsum idem dominus etiam in euangelio testatus ait: Si dixerit malus seruus in corde suo, moram facit dominus meus uenire, & cœperit percutere conseruos suos, manducet aũt & bibat cum ebriosis, ueniet dominus serui illius in die qua non sperat & diuidet eum, partemq; eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus & stridor dentiũ. Vbi sunt qui pœnæ dilationẽ impunitatem rati licentius peccant? Non pœnã peccatorum remittit iustus iudex, sed conuersionẽ expectat misericors dominus. Quo diutius sustinet, eo acerbius in obduratos

Prouer. 17
Osee. 4.
1. Cor. 6
Iohel. 1
Hiere. 25
Matth. 24

animaduertet: fletum irrogabit pro risu, pro gulæ oblectamento dentium stridorem. Quæ supplicia tunc demũ futura quidam dicunt, cum in fine seculi hominum animæ suis iunctæ corporibus fuerint. Ego uero etiam ea significari reor, quæ tunc erunt impio, cum primum diuidi eum a corpore contigerit. Non quod animæ dentes osseos, aut oculos habeant carnales, sed quod inter uiuẽtes acerrimus dolor sit, qui hominẽ flere & dentibus inter se collisis stridere cogit. Vt ergo intelligas pœnarum grauitatem quæ sunt in inferno, per eius pœnæ similitudinem tibi loquit̃, quam in hac uita grauissimam esse non ignoras. Hæc autem consuetudo est diuinæ scripturæ, ut spiritalia quæ non intelligimus, per corporea quæ nouimus, nobis insinuet. Maxima enim summaq; esse, & in paradiso gaudia, & in inferno supplicia credendo confitemur: quanta autem uel qualia sint, fando explicare nescimus: & si maiora sunt q̃ dici queant, omissis omnibus hæc sola cauere, sola illa maxime expetere debemus.

De remedio crapulæ. Ca. XXV.

IGitur quoties tibi in conuiuio esse contigerit, ubi & uina preciosa & sapidæ exquisitæq; dapes proponantur, ne talium dulcedine captus ad intemperantiam declines, cogita quanto dulcius iucundiusq; sit deo frui, q̃ istis obrui. Rursum cum tibi molesta esse cœperit abstinentia, mente reuolue, quanto molestius sit, in inferno torqueri, q̃ hic uentri multa exigenti modica tribuere. Ita eñi & quæ grauant æquo animo perferes, & ab ijs quæ perniciosa suauitate demulcent, prudenter cauebis: hortante præsertim domino ac dicente: Attendite autẽ uobis ne forte grauentur corda uestra in crapula & ebrietate & curis huius uitæ: & superueniat in uos repentina dies illa. Horũ profecto quę tibi proponimus modo, si memor fueris, iam cautior continentiorq; factus, neq; cum filijs Heli carnes de cacabo rapies, ne deum offendas & morte mulcteris, neq; cum Esau pro edulio lentis Primogenita tua uendes, ne patris benedictionẽ amittas: neq; cum Israelitis iurulentias Aegypti concupisces, ne in deserto intereas, & ad terram

Luc. 21 · Reg. 2 · Gene. 25 · Exo. 16

promissionis transire non possis: neq; cum Adamo & Eua Gene.3
ieiunij tempore uetitos cibos attinges, ne de paradiso eiectus miserijs obruaris. Immodicę aũt comessationis potissima mala sunt, q futurorꝝ bonorꝝ, quę in deo sunt cogat obliuisci, dũ praesentibus delinit ac blandit: dicente dño: Cum comederint & saturati crassiq; fuerint, cõuertent ad Deute. 31
deos alienos & seruient eis: q etiam castitati aduersetur, & in libidinẽ pronos reddat: de quo in Hieremia conqueritur deus & ait: Saturaui eos & moechati sunt, & in domo Hiere.5
meretricis luxuriabantur, equi amatores in foeminas & emissarij facti sunt, unusquisq; ad uxorem proximi sui hinniebat. Et in Ezechiele: Ecce, inquit, haec fuit iniquitas Sodomae, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius. Quanto igitur melius penuriam pati, & continẽtię uirtute abundare, q copia rerũ affluere, & turpis luxuriae sordibus inquinari? Quanto praestabilius obseruandis ieiunijs operam dare, & abstinentia superbiã fastumq; contundere, q crapula inflatum neq; bonorꝝ, neq; malorum quae futura sunt meminisse, & a deo recedere? Quod crimen illorum fuit, in quos per Amos prophetam exclamat Amos.6
deus: Vae uobis qui opulenti estis in sion, & confiditis in montẽ Samariae, optimates, capita populorꝝ, ingrediẽtes pompatice domũ Israel. Quod hic de opulentis in sion est dictum, utinã de opulentis christianae ecclesiae dici nõ possit: ne nouus Nabuchodonosor merito in illos irruat, & peccatis ita exigentibus aurum argentumq; omne diripiat, & ad suam cuncta transferat babylonem, quae nunc non in usum rei diuinae, sed magis in opera diaboli uerti solẽt. Hoc est in popinas ganeasq; & obscenam corporis uoluptatem luxumq; uitae cito finiendae. Quicquid tamen futurum sit, hoc nobis relinquitur solatij q licet urbes regnaq; destruantur, ipsa Christi religio nullis hoim uiribus poterit aboleri. Quamuis cuncta defecerint, illa cui neq; portae inferni praeualere queunt, non deficiet: & haec est uictoria quę uincit mundum, fides nostra. Quę si obteri unquã potuisset, prius (ut equidem reor) pedibus multorum qui praesunt, quam eorum qui persequuntur, obtrita fuisset.

Ezech.16 (marginal, beside "niebat. Et in Ezechiele")

Plurimi quippe ideo clericatũ profitentur, & ecclesiasticas ambiunt dignitates, ut ditentur: & cum ditati fuerint, ut delitijs uoluptatibusq; fruantur: quibus in euangelio re-

Ioan.6 spondet dominus: Amen amen dico uobis, quæritis me, non quia uidistis signa, sed quia manducastis ex panibus & saturati estis. Et quoniã uoluptariã uitam æterni suppli-

Luc.6 cij dolor sequitur, ijsdem dicitur: Væ uobis qui saturati estis, quia esurietis.

De perseuerantia uirtutum. Ca. XXVI

CVm aũt omnis capessendarũ uirtutum labor in cassum cederet, nisi ei præsidio perseuerãtia foret, hoc ueluti opportuno dictarũ dicendarumq; rerum loco eam inserere operæpretium erit: ut qui hactenus digne laudabiliterq; uersati sunt, intelligant, neq; deinceps sibi cessandum, donec ad finẽ usq; peruentum fuerit. Qui enĩ

1.Co.9 perseuerat usq; in finẽ, hic saluus erit. Ad perseuerantiam nos hortatur apostolus, cum ait: Omnes quidẽ currunt, sed unus accipit brauiũ, sic currite ut comprehendatis. Frustra enim præpeti fertur cursu, qui anteq; metam attingat, uictus lassitudine subsistit. Frustra bene cœpimus, nisi & bene finierimus. Naufragiũ patiatur necesse est, qui q̃uis recto cursu suisq; uentis diu nauigarit, ante cum ipsa naui in syrtibus uel in latentibus hæsit saxis, q̃ ad portũ est perductus. Postremo neq; fabri, neq; architecti, neq; cuiusq; artificis opus, nisi cum perfectũ fuerit, iure ac merito laudari potest: tunc demũ de illo probe prudenterq; iudicatur, cum iam omi ex parte cernitur absolutum. Ita neq; nobis proderunt sanctioris uitæ initia, si cœptis non responderit finis: si (ut quidam ait) mulier formosa superne desinat in

Gal.6 piscem. Idcirco apostolus: Bonũ facientes, inquit, non de-

2.Thes.3 ficiamus. Et iterum: Nolite deficere benefacientes. Audi quid præterea tibi Salomon sapiẽtissimus de muliere forti.i. anima constanti & in proposito boni honestiq; firma, in qua cor uiri sui Christi dñi confidit, nobis exponat ac p̃

Prouer.31. dicet: Reddet, inquit, ei bonũ & non malum. Qui enim deum timet, quiq; beneficiorũ eius est memor, ne ingratitudinis arguatur, pro bono reddit bonũ, & quoniã non est

satis uel diu reddidisse, nisi semper reddas, cōtinuo subiun xit: Omnibus diebus uitæ suæ. Vis nosse talis animæ quę sit merces, Non extinguetur, inquit, in nocte lucerna eius, non timebit a frigoribus niuis, fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo: hoc est, cum po tentissimi quondā reges nudi ac debiles ante tribunal iudicis ingenti timore trepidabunt, illa tunc in Christo exultabit & ridebit, iam certa de premio ipso, de quo dicitur: Date ei de fructu manuum suarū, & laudent eam in portis opera eius. Opera utiq; in quibus perseuerauit, in ipso paradisi ingressu extollant illam, & spiritibus angelicis beatorumq; coniungant choro, ut quæ indesinēter deo seruiuit, iam indesinenti felicitate perfruatur. Quis est, qui dū tantæ mercedis magnitudinē æstimat, laboris sui tedio afficiatur? & non potius semper se minus fatigari agnoscat, q̄ ut mereri possit quod sperat? Attende igitur non solum ea quæ recepisti, sed etiam quæ promissa sunt, & demū in eo quod bene cœperis, perpetuo perseuerabis, pariterq; cū Zacharia sacerdote in euangelio dices: *Seruiamus illi in sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris* Lucæ. 1
Primo quidē in fide perseuerandum est, ne labescente fundamento quicquid superædificatū fueris, corruat. Nam sicut fides sine operibus mortua est, ita opera sine fide uana sunt: & licet temporaria mercede non fraudētur, æterna tamen remuneratione priuantur. Fidei aūt perseuerantiam Ioannes apostolus nobis cōmēdat, dicens: Quod audi 1. Ioan. 2
stis ab initio, in uobis permaneat, quia si in uobis permāserit, quod audistis ab initio, & uos in filio & patre permanebitis. Dominus etiam in Apocalypsi: Esto fidelis, in Apoca. 2
quit, usq; ad mortem, & dabo tibi coronā uitæ. Deinde in spe quoq; perseuerandū est, ut sicut per fidem, ita & per spem habitet in nobis Christus. Habemus eñ apostoli testimoniū affirmantis nos esse domum Christi, si fiduciam & gloriam spei usq; ad finem firmā retineamus. Postre- Hebre. 3
mo in charitate etiam assidue est uersandū, quia deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Ab his ergo tribus uirtutibus nunq̄ est cessandum,

quia certissimũ uinculum sunt, quo deo coniungimur & copulamur, nunq̃ ab illo recessuri si in his uitam finiri cõtigerit. Has aũt uirtutes nequaq̃ esse otiosas noueris: qui enim in deum credit, & in deo sperat, & deum diligit, hic quotidie agere studet, quicq̃d ei gratũ acceptumq; fore cõfidit. Assiduus est in oratione, semper patiens in aduersis, in omnibus dei mandatis perpetuo se exercẽs. Quantum autem in offerendis precibus perseuerare prodest, testis est
Matth. 15 Chananæa mulier, quæ repulsa non recessit, despecta sustinuit, & dum suppliciter orando perseuerat, facta est uoti sui compos, dicente domino: Fiat tibi sicut uis. Testis ẽ Barchimæus cæcus, cuius perseuerans clamor oculos ei q̃s non habebat, impetrauit. Increpabatur ut taceret, tanto il-
Mar. 10 le magis clamabat: Fili Dauid miserere mei: ab hac precatione non cessauit, donec uisum recepit. Testes sunt & a-
Actu. 1 postoli, de quibus est scriptum: Omnes erant perseueran-
Lu. 6 tes unanimiter in oratione cum mulieribus & Maria ma
Lu. 22 tre Iesu & fratribus eius. Deniq; testis est ipse saluator noster & dominus, qui ut precibus instare suo nos doceret exemplo, & pernoctasse in oratione dicitur, & factus in agonia prolixius orasse. Quantum præterea erumnas laboresq; & cuncta seculi huius incommoda æquo animo semp tolerare iuuat, ipsi idem Christi discipuli nobis documẽto
Lu. 22. sunt, quibus ipse dixit: Vos estis qui permansistis mecũ in tentationibus meis, & ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater regnum, ut edatis & bibatis super mẽsam meam in regno meo, & sedeatis super thronos duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Ad hæc omino necessarium est, si salui esse cupimus, ut in omnibus dei præceptis perseueremus, cauendo illa quæ uetantur, & quæ iubẽtur
Psal. 118 faciendo. Beatus est qui cum psalmista dicere potest: Concupiuit anima mea desyderare iustificationes tuas in omni tempore. Et iterum: Custodiã legem tuam semper & in seculum seculi. Difficile est profecto per omne uitæ tempus eundem se præstare, & in nullo deficere. Quoties ergo aliqua diuerticula patitur fragilitas, q̃ cito fieri potest, ad intercoeptum redeat nondum penitus labefacta uirtus, ne lon-

giore deuiatione aberrantibus uix ulla in uiã redeundi potestas sit, postq̃ præsentiũ uoluptatũ delectatio usum fecerit, usus habitũ, habitus naturã. Nec tamẽ si hoc acciderit, desperandũ erit. Nihil est ita induratum, quod tundendo non infringat dertinax opera. Steriles cãpos assiduus agricolæ labor, foecundos reddit. Infructuosæ quoq; arbores in pomiferas mutantur solerti insitione. Displicere tibi incipiat, q̃ patre tuo relicto in regionẽ abieris longinquam & ad reditum te para. Volenti atq; conanti pietas aderit diuina, manumq; porriget, & te a malis liberabit ne pereas. Ex pecude tandem in hoiem uersus, in his quæ dei sunt assuescere incipies, assuefactus perseuerabis, perseuerans uinces, uictor coronaberis. Talem se Paulus ap!s exhibuerat cum diceret: Bonũ certamẽ certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi in illa die iustus iudex, nõ solum aũt mihi, sed & oĩbus qui diligunt aduentũ eius. O felicem illius perseuerantiã, cui in fine cum Paulo sic gloriari licebit, & cum eodẽ sic sperare. Huic perseuerãtiæ uirtuti contrarium uitiũ est animi inconstantia uolubilitasq; mentis quæ q̃ fugienda sit, docere ope diuina fretus nunc enitar. 2 Timo. 4

¶De leuitate ad vitia relabentium. Ca. XXVII

PErniciosa quidẽ res est, de proposito uitæ honestioris decidere, & ad uoluptariam rursum conuerti, de bono malum fieri, de iusto iniustum, de innocente peccatorem, & felicitatis futuræ spem in metum commutare poenarũ. Ad eum igitur qui talis est nunc nostra conuertatur oratio. Diabolo & pompis eius renunciaueras, ad ecclesiam confugeras, castitatem, humilitatem, paupertatẽ, professus fueras, ut te dei seruum exhiberes, cur iterum contempta desyderas, relicta repetis, ad seculum unde fugeras reuerteris, & mortiferis eius delitijs frui concupiscis, ut Sathanæ seruias? Iam securus uitæ finem præstolabere, iam mortis metu liber eras, iam nulla te mũdi terrebãt aduersa, cur te rursum subijcis præsentis uitæ miserijs? ut quoties te conscientia tua reprehenderit, toties contremiscas, & ad omnem febriculæ uel alterius cuiuscunque

morbi accessum formides, ad oẽs imminentis periculi mi
nas animũ demittas ac pauites, non tam mortis metu ꝙ
tormentorꝝ. Plantauerat te dñs uineam electam, semẽ ue-
rum, quomodo conuersus es in prauum, uineaqꝫ factus
aliena, non domino fructificans, sed dæmonijs? Ciuitas
eras plena populo spiritualiũ bonorꝝ, quomodo mutatus
es in solitudinẽ? Anima tua, gentium erat domina, sensi-
bus imperans, & oẽs eorum affectus subdẽs rationi, quõ
facta est quasi uidua non habens uirum, cuius consilio sa-
pientiaqꝫ regatur? Princeps, fuerat prouinciarꝝ, quia inter
probatos quoqꝫ ac præstantes eminebat, nunc autẽ facta
est sub tributo, soluitqꝫ uectigal principi tenebrarꝝ: non
iam quomodo oportet, sed quomodo ille suaserit uiuens.
Lucerna eras, lucens om̃ibus qui in domo sunt, extincto
lumine, multorꝝ de te obloquentiũ morsibus pates. Cœli
deniqꝫ stella uidebaris, & in terram cecidisti, ut fulgorẽ q
in te fuit, in tenebras converteres, & de te quoqꝫ dici pos-
set: Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer qui mane oriebar-
ris? Corruisti in terram, cœlestibus terrena, æternis caduca
præferendo. Spiritu eñ cœperas, & carne consummaris.
Supra firmam petrã ædificabas, ut peracto uirtutum ædi-
ficio ad cœleste regnũ conscenderes, beatitudinisqꝫ sempi
ternæ bona possideres, & nunc repente mutato proposito,
ædificata destruis ac dissipas, & de solida petra ad fluidã
mollemqꝫ harenã transgrederis, in qua non potes consiste
re, nedum ædificare, in qua quicquid extruere niteris cor-
ruit, & cum nihil omnino inter mundanas uoluptates fir-
mitatis, nihil stabilitatis existat, illæ q̊qꝫ te destituent, teqꝫ
sublato omni sustentaculo protinus in profundũ ruere per-
mittent, ut qui nunc mundi affluis luxurijs, mox calamita-
Ezech. 18. tibus afficiaris æternis, dicẽte dño per prophetam: Si auer
terit se iustus a iustitia, & fecerit iniquitatẽ secundũ om̃es
abominationes quas operari solet impius nunquid uiuet?
omnes iustitiæ eius quas fecerat, non erunt in memoria,
in præuaricatione qua præuaricatus est, & in peccato suo
quo peccauit in ipsis morietur. Hac sane de causa & Petrus
2. Pe. 2 apostolus de euiusmodi hominibus loquens: Melius, in-

quit erat illis non recognoscere uiam iustitiæ, q̃ post agnitionem retrorsum conuerti. Cum igitur in tanto te periculo constitutum perspicue intelligas, dum licet, dũ uita suppetit, dum pœnitendi tempus superest, errorem tuum corrigere festina, & eò unde recessisti te q̃primũ refer, opusq; illud, quod stulte admodum demolitus es instaurare stude neq; te ultra in apta mittas pericula, cũ ad tutum egressus fueris. Non est aptus regno dei, q aratrũ tenens post tergũ respicit. Vt quotidie proficias conare, ut semp boni aliqd agas enitere, & deficere desines. Aliorũ exẽplis disce cautius incedere. Sauli regi fauit deus, quãdiu ille legi eius obediendo uixit. Post biennium regni sui innocẽter exactũ a mandatis diuinis desciuit, & deo ulciscente translatũ est de domo familiaq; eius regnũ, ipse hostiũ ui oppressus periit. Ioaz & ipsum hierosolymæ regẽ, donec Ioiada sacerdos uixit, pie sctẽq; regnasse constat: postea uero insolẽter elatus adorari se iussit, deũ reliqt, idola simul cũ suis coluit q̃obrem illi ab inimicis uicti pœnas dedere, ipsum uero dũ in lecto distentus recũberet, serui inuadẽtes trucidarũt, Quid Iuda Scharioto felicius, cũ ad apostolatũ fuit electꝰ cũ potestatẽ accepit morbos curandi, mortuos suscitandi, dæmoniis imperandi? Quid eodẽ illo deinde miserius, cũ ex fideli cœperit esse infidelis, ex domestico fugitiuus, ex aplo proditor? Auaritia superatus dñm suum uẽdidit, & q demonia pellebat, dæmonio subiicit: eo enim cor eius ingresso tam grande scelus commisit, ueniã q̃ desperauit, & laqueo sibi mortem consciuit. Patet igit quid de illo misello sperãdum sit, qui dum diu egregie magnificeq; sese gesserit, ad flagitia deinde conuersus ab iis non discedat. Cum præsertim præter iam dicta exempla etiam scriptum sit. Qui transgreditur a iustitia ad peccatũ, deus parauit eũ ad rompheam, hoc est uindictam. Romphea enim teli genus fuit apud Thracas, ut scriptores tradunt: & si iam ad supplicia destinatus sit, qui sic transgressus est, quomodo euadet? Quoties ergo ab ipso sanctioris uitæ curriculo ad impudica inhonestaq; diuertimur, ualde quidem uerendũ est ne forte iam iudicati simus; præsertim si pœnitẽtiã age

1. Reg. 13

Iudas

Eccle. 26

re & ad priora redire negligimus. Primum ergo totis uiri bus enitendum erit: ut cũiugum dñi subierimus, in propo sito perstemus, deinde si quando delirare contigerit, cito rursum directo uomere cœptã arationem prosequi studea mus: ne forte si moram fecerimus, Herodi similes simus: qui uiso Iesu ingenti affectus est lætitia, plurimiq; ipsum fecit: mox autẽ mutata in contrariũ uoluntate contempsit
Actuũ. 14. atq; illusit: uel ne pares inueniamur Iconijs illis, qui Pau lum & Barnabã primitus pro dijs habuerunt: deinde lapi dum ictibus impellentes ciuitate ueluti inimicos eiece runt: ne etiã simus arundo uento agitata, & de nobis dici
Psal. 34. queat: Viæ eorũ tenebræ & lubricũ. Non est mutatio ista dexteræ excelsi, sed morphosis diaboli. Nõ ergo simus po-
Hiere. 14. pulus ille, qui (ut Hieremias ait) dilexit mouere pedes su
psal. 134. os, & non quieuit, & domino non placuit: sed simus illi, de quibus in psalmo dicitur: Laudate serui dñi dñm, qui statis in domo domini, in atrijs domus dei nostri. Stare e- nim iustorũ est, mouere autẽ pedes & huc atq; illuc titubã tibus uestigijs uacillare, propriũ peccatorũ est. Non simus igitur sicut lunaticus ille de euangelio, nunc cadẽs in ignẽ nunc in aquam, sed simus templũ sancti columna Iachin,
Matth. 17. quæ interpretatur firmitas. Qui enim sic stabilitus fuerit,
3. Reg. 7. poterit dicere cũ constantissimo uiro Iob: Donec deficiã
Iob. 27. non recedam ab innocentia mea. Præterea meminerimus
Eccle. 10. præceptũ esse: Si spiritus potestatẽ habentis ascenderit su- per te, locũ tuum ne dimiseris. Infestet licet antiquus ho- stis, insidietur, tendat laqueos, uenena melle oblita propi- net, & omnibus nitatur fallacijs: nos tamen a lege præce- tisq; domini nostri nusq; recedamus, nos nihil seruituti, quã semel deo obtulimus, præferendũ existimemus Quia seruitus ista, omni terrena libertate iucundior, utilior, glo- riosior est. Hanc ne deseramus occurrant semper menti no
Math. 24 stræ saluatoris monita dicentis: Qui in Iudæa sunt, fugiãt ad montes: & qui in tecto, non descendant tollere aliquid de domo sua, & qui in agro non reuertantur tollere tunicã suã. Iudæã Hebraicorũ nominũ interpretes confessionem sonare dicunt. Qui ergo Christum cõfitetur, ad uirtutũ cel

situdinẽ ascendere curet, eundẽ imitando, qui in se creden tibus, ut sua sequãtur uestigia iubet. Et q in tecto sunt hoc est q ad summa iã puenerũt, nõ descendant, ne cõuersatio nis pristinæ sordibus inquinẽtur. Et qui in agro uitæ actiuæ operã patrisfamilias locauerunt, nõ reuertantur tollere tunicã suã: ne rursum inutilẽ ociositatẽ, quã recusarunt in induãt, & labore intermisso promissæ mercedis denariũ amittãt. Horũ autẽ hæc summa est: ut cũ relictis uitijs uirtute proficere cœperimus diuinis obtemperãdo mandatis rursum ad uitia nõ relabamur, ne prouerbio detur locus Canis reuersus ad uomitũ, & sus lota in uolutabro luti. 2. Petri. 2.

EVANGE LISTARII MARCI MARVLI LIBER

Tertius, De his agens, quæ congrue ad Spei Titulum rediguntur.

De prudentia et simplicitate. Ca. I.



T AVTEM IN HIS quæ bona sunt, cõstanter fideliterq; pseueremus prudẽtia nobis opus est. Opportune igitur de hac uirtute nunc differemus: quæ ut uirtus sit ab omi subdolæ mentis malignitate aliena esse debet, ut ne quẽ offendas, sed cũ tibi tũ alijs prodesse possis. Obserua igitur & opere implere cõtende dñi præceptũ dicentis: Estote prudẽtes sicut serpẽtes, & simplices sicut columbæ. Math. 10. Prudentiæ simplicitatẽ cõiunxit, qm altera alterius auxilio indiget: ut utraq; sibi constet & uitio careat. Nã simplicitas absq; prudẽtia erroribus patet. Prudẽtia sine simplicitate, in fraudulentiã calliditatẽq; mutatur, & uitio superata uirtutis nomen amittit. Ne quis ergo fallendi

astutiam, prudentiam esse putaret, prudentem simplicem oportere esse dixit: & rursum nequis incauta simplicitate contentus esset, eam prudentiæ comitem esse debere monstrauit. Igitur prudens eris, quoties lectionibus incumbis si utilia eligas, inutilia relinquas, & serpentis fueris industriam imitatus: quem aiunt auibus solidis deuoratis ossa euomere: carnes uero quarum cibo uitam sustentat, retinere. Simplex eris si inter legendum, nihil quod orthodoxæ fidei repugnet senties: & que tibi repugnare uidebuntur, quam intelligentiam habeant, doctum aliquem ac fidelem uirum interrogabis, & eius expositioni acquiesces. Ita semen cadens in terram bonam fructum afferet, ut cũ didiceris, alios doceas. Prudens eris si ab ijs quæ tibi nocumento esse potuissent cauebis ac fugies. Omni custodia

Prouer. 4 custodi cor tuum, inquit Salomon. Si ubiq; periculũ timueris, ubi periculo libereris, prudentiæq; laude dignus, cum timenda sapienter uitare noueris. Vt autem & simplex sis non in te, sed in deo confide. Hoc est enim illud quod in

Prouer. 10 prouerbijs est dictum: Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: qui uero deprauat uias suas, manifestus erit. Prudentiam seruabis, cum prius rei quam aggressurus es, exitum consyderaueris, & cuncta consilio ac ratione fue-

Lucæ. 14 ris metitus. Turrim in euangelio ædificaturus prius computat sumptus, ne posito fundamento & deficiente pecunia opus imperfectum cogatur relinquere, probroq; pateat dicentium: hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare. Simplicitatem custodies, si nihil ad iactantiam, nihil ad inanem gloriam feceris: sed quicquid agas, ad dei laudem tantum deiq; gloriam egeris, & pro benefactis ipsi gratiam, sine quo nullum fit bonum, habendã duxeris. Prudens es, si conscientiam tuam quotidie discutis, si quoties a somno exurgis, quid acturus sis cogitas, quoties cubitum redis, quid egeris, quid omiseris, in quo excideris tecum examinas, ut deinceps cautius incedas. Simplex es, si tunc etiã cũ irrideris, cum contumelia afficeris, cum iniurijs oneraris, patienter toleres, nõ irascaris, nõ turberis, & quasi qui nihil mali passus fueris, uultum non

mutes, atque intra te animi quietem conseruės. Illorum pu erorum more, quos dominus ad se uenire iussit & quisqs, inquit, non receperit regnum dei ueluti paruulus, non intrabit in illud. Sicut ergo paruulus iræ odijq; passionibus caret ex natura, ita uir simplex carere his consueuit ex uoluntate. Prudens præterea si fueris, præteritorum recordaberis, præsentia dispones, futura prospicies, teq; ita præpa rabis, ut in fine uitæ inueniare promissa immortalitate dignus. Ex aliorum enim euentu disces, quid tibi fugiendū, quid expetendum sit, ut cum plenis lampadibus aduētanti sponso occurras, & non tunc oleum parare quæras, cum parato opus fuerit: dictumq; illud semper in mente habebis: Estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet. Luc. 12 Tum si quoq; simplex fueris, ab omnibus animi inquinamentis mundum te exhibebis, nulli detrahes, nullum offendet, nulli malum optabis, nihil simulationis nihil doli concipies, toto actionum tuarum corpore lucidus eris: quia mētis oculum a uera rectaq; simplicitate nō auertes. Cañ. 6 O felicem animam quæ talis fuerit, a cœlesti enim sponso merebitur audire: Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum. Oculi utiq; simplicis intentionis non malignæ: & qui quod uident, quod sentiunt, non dissimulant: nec bonum negāt esse bonum, nec malum malum, ut non simplices modo, uerumetiam recti sint, & assequantur quod in prouerbijs Salomon pollicetur, dicens: Custodiet rectorum salutem dominus, & proteget gradientes simpliciter. Prouer. 2 Ipsius dei ore laudari meruit Iob, q simplex & rectus esset, & timens deum, & a malo recedens. Prudentis postremo officio fungeris, si postq; cuncta consyderaueris, quæ ab imprudentibus concupiscunt, cum Salomone clamabis: Vanitas uanitatum & omnia uanitas. Atq; ideo diuitias, honores, luxum atq; pompam, simulq; omnē præsentium uoluptatum usum magno animo despicere incipies, ne quid tibi uiam iustitiæ ingredienti impedimento sit & potius absq; his quæ uulgo bona putantur salueris, q̄ cum ipsis pereas: ne minus tibi prospexisse arguaris, q̄ feræ bestiæ illæ, quæ abro

sas partes corporis in fuga uenatoribus relinquūt: ob quas

Fibri pōtici naturæ suæ instinctu se peti norunt. Dilargitis igitur opibus, & mendicorum indigentiæ distributis pauper pauperē Christū sequeris, cupiens in deo tantū diues fieri, & pro caducis ac fragilibus bonis possidere stabilia & æterna. Simplicitatis etiā partes ages, si paruo modicoq; contentus uiues, & quæ ultra necessitatē sunt, ea paruipendes, neq; cōcupisces unq̄: & tibi satis felix uideberis, cū sustentamenta uitæ tantū subbeditabūtur. Spē enim oēm in deo pones atq; firmabis; qui suscitat a terra inopē, & de stercore erigēs pauperē: ut collocet eū cum principibus: nō cū quibuscunq;, sed cum principibus populi sui: cū angelis atq; archangelis in regno suo sempiterno. Ipse idem ex hoc prudentiū simpliciumq; genere suā cōstare uoluit ecclesiā, cū

Hiere. 31 diceret: Seminabo domū Israel & domū Iuda semine hominū & semine iumentorū. Homines enim sunt ad quos pertinet prudentia, iumenta ad quos simplicitas. Quod autem hi qui utraq; in in parte recte uersati fuerint, beatitudinem

Psal. 35. consequantur: psalmista sub eadē uerborū Metaphora testatus est, cum ait: Homines & iumenta saluabis domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus. Nisi enim ille misericordiam suam multiplicaret, quis nostrum saluus fieret?

De prudentia uitiosa et simplicitate stupida. Ca. II

Esse tamen & prudentiā quandā nouimus, non pro-

Prouer. 3. batā, de qua in prouerbijs legitur: Ne innitaris prudētiæ tuæ, hanc deuitare debemus, quia ista de se præsumentiū seq; mirantiū prudentia est, qui neminem consulūt, neminē audiūt, doctioribus contradicūt, q̄ se omnium perspicacissimos cōsultissimosq; existimari uolunt. In

Esa. 5. illos Esaias exclamat dicens. Væ qui sapiētes estis in oculis uestris & corā uobismetipsis prudentes. Quod uitiū &

Roma. 12. apostolus prohibet cū ait: Nolite esse prudentes apud uosmetipsos. neq; illi quidē q in terrenis dūtaxat nogotijs prudentes sunt, laudātur, cū rerū fragiliū cura implicati diuina negligāt & aspernētur. Vnde idē apostolus: Prudentia inquit, carnis mors est, prudentia autē spiritus uita & pax

Et iterũ: Prudentia carnis est inimica deo. Sed quæ inimica est deo, ne illi quidẽ cuius est, amica esse potest, cũ idẽ corpori multi prouideat, animæ suæ nihil, animã quæ longe nobilior est corpore, nihil estimat, quinimo ut carne blãdiatur, spiritũ perire patitur, qa nec usuris abstinet, nec aliena ꝑ uim uel per calumniã occupare ueretur, nec dolis fraudibusq; niti, ut lucretur, cauet. Valde ꝙ fugiẽda est ista prudentia, qa uere mors est, nõ mors quæ mortem afferat, sed quæ morte acerbius cruciet, & mori uetet. Cæterũ neq; ipsa simplicitas (ut diximus) absq; prudentia erit probanda. Stupida eñ & fatua est, offendẽs ad lapidẽ pedẽ suũ. Hãc habere prohibemur, dicente propheta: Nolite fieri sicut equus & mulus in quibus non est intellectus. Et apłs: Fratres inquit, nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus aũt ꝑfecti estote. A sensibus exclusit simplicitatẽ, a simplicitate malitiã ut neq; sensus peruerti sinantur per ignorantiã puerilis obtusitatis, neq; simplicitatẽ rectam deprauet maligna suggestio. Paruulæ sensibus fuere uirgines illæ, quæ de sola fidei uirginitate sibi plaudẽtes cũ uacuis lãpadibus occurrerũt sponso & quoniã oleũ bonorũ operũ, quo sensuũ nostrorũ lampades illuminantur, nõ habebant intrare ad sponsi nuptias nequiuere. Nemo igitur usq; adeo simplex sit, ut ad beatitudinẽ cõsequendã aspirans, quibus uitæ meritis illã adipisci possit, ignoret. Et nemo usq; adeo prudẽs sit, ut carnalia tantũ curet, & spiritalia omittat, ne prudentiores appareãt filij huius seculi in generatione sua filijs lucis. i. infideles fidelibus, dũ illi diligentius cautiusq; humana exequntur negotia q; hi diuina. Hæc de prudentia & simplicitate, nunc de sapientia, quæ & has & reliquas omnes amplexa est uirtutes, aliquid est dicendum.

Roma. 8.
Psal. 31
1. Cor. 14
Lucæ. 6.

¶ Quid sit sapientia, et ubi quærenda. Ca. III.

SApientia est (ut stoicis placet) diuinarũ humanarũq; rerũ scientia & cognitio: atq; inter sapientiã & prudentiã hoc differri, ꝙ prudentia tantũ circa hũana sit. Hæc igit̃ quæ proprie sapiẽtia dicit̃: late se effundit, utrãq; sciẽtiã cõtinet; neq; scire tantũ cõtenta est, nisi etiã secũdũ

scientiæ suæ præcepta mores uitamq; composuerit. Nam siquis philosophiam omnem didicerit, & non perinde ac illa præcipit, uiuat: doctum equidem confitebor, sapientem negabo. Non cadit uitium in sapiente, cuius propria est uirtus. In hoc fere omnes conueniunt, ut dici sapiens non debeat, nisi qui cunctis pręcellat animi bonis, & tam
Philosophi scientia sit instructus quàm probitate. Summum itaq; bonum expetentibus, quod semper inquirendo philosophi inuenire nunquàm potuerunt, opus erit eam discere doctrinam, quæ a deo nobis non ab hominibus tradita sit, cum sola uerissimum ad beatitudinem monstret iter, & eandem certissime polliceatur atq; conferat. Neq; tamen qui mediocri scientia præditi sunt, a spe beatitudinis excluduntur. Si uis, inquit, ad uitam ingredi, serua mandata. Diuinæ igitur legis tantum quæ ad bene beateq; uiuendum pertinent institutiones nosse, & eas opere persequi, satis perfecta est hominis sapientia. Quanquam illius perfectior, qui insuper dilargitis rebus modico contentus Christum sequitur, & corporis quoq; puritatem seruat repudiatis connubijs, ut casto domino propius accedat meritis castitatis, & centesimum fructum capiat, trigesimo sexagesimoq; relicto. Sed licet perfectioris uitæ altior sit beatitudinis gradus, una tamẽ est beatorum ecclesia, unum corpus. Quo fit ut ab ista sapientia, qua saluamur, ne coniugati quidem excludantur, si modo quæ iussa sunt, peregerint. Illos autem sapientiores esse dicimus, quos uirtutibus nouimus præstare, & non scientia solum uel eruditione. Scientia enĩ si uirtutibus careat, inflat, multumq; doctus & parum sapiens nimium sibi arrogat, interdum etiam ueritati refragari audet, ut se aliquid præ cæteris argutius atq; subtilius inuenisse probet. Quamobrem concludendum est, ut longe sit melius pauca scire cum uirtute, quàm absq; uirtute multa. Cæterum scientia ipsa atq; eruditio, si bene utaris, plurimum iuuat: si male, perniciosa est, semperq; præferenda scientiæ peccatrici rusticitas sancta. Iunge autem scientiæ uirtutem, & iam plenior consummatiorq; tibi dabit sapiẽtia, mysteria scripturarũ intelliges, latentes sub literæ uelamine sensus

tibi aperientur, & cubiculum sponsi ingressus pulchritudi ne eius capieris, amore exardesces: quantoq; illi propius accesseris passibus pij affectus fidelisq; consyderationis, tanto magis ipso intelligentiæ lumine illustraberis, ita ut alios quoq; docere ualeas, & errantes ad recti uiam reuocare, & contradicentes refellere, & ecclesiam dei edificare ex quo grande tibi meritum gloriamq; comparabis, iuxta illud: Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiã erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Quid est aũt scientia, nisi perfecta ueri falsiq; dinoscendi ratio? quæ cum propria dei sit, illa quæ ab hominibus est, nisi cum diuina conueniat, opinio magis dici debet q̃ scientia. Falli, decipi, errare, hõis est. In deo ista nõ cadunt. Facessant igitur a nobis fallacio sæ strophaꝵ argutiæ enthimemataq; dialecticoꝵ: non terrenam scientiã sequimur, sed coelestem. Nihil uerius, nihil certius esse asserimus, q̃ quod illa continet. Lignũ uitæ est ijs qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam beatus. Per hanc eñ ad summũ bonũ peruenitur, quod supra coelum esse ignorauerunt illi, qui sapientẽ sola uirtute contentum, ideoq; beatum dixerunt. Vbi eñ præmia ueræ uirtutis essent nesciebant, per totam noctẽ humanæ scientiæ laborantes, & nihil capientes. Sapientiores igitur fuere illis piscatores nostri, quoꝵ disciplinã, quam a Christo didicerant, & philosophi ariopagum relinquentes sunt secuti, & ipsi Romani principes contempta idoloꝵ cultura probauere. Totis eñ imperij uiribus falsorum deoꝵ religionem defenderant, uicti aũt non armis, sed eorum qui cædebantur patientia Christũ susceperunt, qui ab ipsis prædicatus fuerat. Atq; hæc fuit uictoria quæ uicit mundũ fides nostra. Pugnantes non repugnãtibus cessere, inermibus armati, & quod mirabilius est, interemptis interemptores. Ab alteris in medium prolata Christi religio permansit, ab alteris tutata idolatria defecit. Et quisnã dicere audet, professionis Christianæ scientiam non esse ueram, cui tam potentes inimici, non iam inuiti sed uolẽtes colla submisere?

Daniel. 12.

¶ De sciẽtia diuinitus tradita & sapiẽtis officio. Ca. IIII.

Oseæ.6 HAEC est scientia, quam a nobis exigit dñs, dicens: Misericordiam uolui & non sacrificiũ, & scientiam dei plusquam holocaustum. Hanc ipsam aũt dei
Ioan.7 scientiam a se peti iubet, cum ait: Si quis sitit, ueniat ad me
Ioan.10 & bibat. Et ego sum ostiũ, inquit, per me siquis introierit saluabitur. Non est itaque aditus ad beatitudinem, nisi per scientiã diuinitus nobis traditã. Cæteræ omẽs scientiæ uanæ sunt: nemo em̃ per illas efficitur beatus, quicquam ipsis nititur, hoim opinionibus pendet, & certã uitæ uiam prorsus ignorat. Quis em̃ nouit filium nisi pater, uel patrẽ nisi fili-
Math.16 us, & cui uoluerit filius reuelare? Vnde & Petro Christum confitenti idem respondit: Beatus es Simon bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in coelis est. Decuit aũt, ut qui homini quẽ formauit, beatitudinẽ dare decreuerat, doctrinæ quoque esset autor, per quã
philosophi beatitudo ipsa acquiri posset. In cassum igitur laborarunt omẽs philosophorũ scholæ, omẽs mundi sapientes, ut ueram de deo scientiam per se ipsi inuenirent, si non alius quam deus debuit illam homini monstrare, sicut & fecit. Sed nõ est satis eam didicisse, nisi quæ præcipiuntur fecerimus, beati esse nõ possumus. Neque em̃ uiam qua ad cœlũ itur, nosse: sed cum noueris, per eam ingredi sapiẽtis est. Quinimmo tanto nequius peccat, quanto quis inter bonũ malumque discernere plenius didicit. Sit igitur in te sanctarũ scientia scripturarũ, sed ita ut nõ desint, quas illa commẽdat uirtutes, & absint uitia quæ detestatur. Hoc si præstiteris, uere te sapientẽ esse scias, ac beatũ fore cũ hinc decesseris, credas, atque tunc demũ & sciẽtia & sapiẽtia & bonis omnibus multo uberius quam in hac uita fieri possit, complendũ. Etenim neque scientiã perfectã habere possumus, quamdiu mortalitatis onere præmimur, neque sapientiã, dicente aplo: Ex
1.Co.13 parte cognoscimus, & ex parte prophetamus: cum aũt uenerit quod perfectũ est, euacuabitur quod ex parte est. Cor
Sapien.1 pus quippe (ut quidã sapiens ait) aggrauat animã, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantẽ. Sit ergo satis ea discere atque nosse, quæ ad dei, scripturarũque eius intelligentiã nobis concessam pertinent, ut cum ita queadmo

dum præceptũ est uixerimus, illo ubi perfecta sunt oĩa con scendamus. Optimũ itaq; iudicemus, nõ plus sapere quã oportet sapere, sed sapere ad sobrietatẽ: hoc est q̃tũ humanæ naturæ permittit, tantũ & indagare discẽdo, & conari operando. Atq; hoc erit, seipsum nosse, nihil supra uires tẽtare, neq; quod capere non possumus, frustra sequi uelle, sed suis finibus contentari & ea quæ uerbis explicare negamus, fide tenere, diuino credẽtes testimonio. Porro sapiẽtiæ definitionẽ, quã sup̃ retulimus, diuinarũ uidelicet atq; hũanarũ rerũ sciam esse, nõ plene factã arbitror. Quę nã erit sapientia, ut iam dixi, scire tantũ & non facere, quę facienda didiceris, neq; cauere, quæ cauenda noueris? Mansuetudinẽ, liberalitatẽ, clementiã, castitatem, constantiã, cæterasq; uirtutes, non nosse solum, uerum & exercere, earumq; officio uti sapientia est: nihil agere quod actum nolis, nihil omittere quod omissum negligentiæ possit ascribi: in omnibus sibiipsi constare, nec leuem esse, sed grauem atq; in ijs quę recta & honesta sunt, firmum stabilemq; permanere: non ira, non cupiditatibus, non turpi lasciuia moueri, sed affectus ratione moderari, & animi motibus præesse ut dñm, non subesse ut seruum. Vis ista in summã redigi? audi prophetã dicentẽ: Quiescite agere peruerse: discite benefacere. Rationale animal est hõ, si naturã suam nõ peruerterit, sapientiã exquiret. Ingenita est eñi ei ratio, qua & bonũ expetat, & a malo declinet. Dabit itaq; operam, ut disciplinis instruat, quæ naturã suã perficiant, ne ignarus rerũ erret, nec pro bono accipiat malũ, & bonum pro malo: ac dũ sapienter se facere putat, insipiẽtię arguat. Nã licet affectionẽ boni habeamus a natura, nõ tñ & sciẽtiam quę efficit sapientẽ. Inter doctũ aũt & indoctũ multa distãtia existat necesse est, q̃ta utiq; inter scire & nescire. Quorũ alterũ Salomon luci, alterũ tenebris comparat dicẽs Vidi quia tm̃ pręcederet sapientia stultitiã, q̃tum differt lux a tenebris: & sapiẽtis, inquit, oculi in capite eius stultus in tenebris ambulat. Illius oculi in capite sunt, q altioris sapiẽtiæ circũspectu regit uitã, mores cõponit, & q sit cuiusq; rei exitus diligẽter perpendit; q̃ sua intersunt nouit

Esa. 1
Eccl. 2

& illa tractat, illa meditatur: quæ uero a se aliena iudicat, ab ijs abstinet: naturã hominis finemq; consyderat, seq; ad immortalitatẽ natum intelligit, & caduca bona contẽnit, dum æterna obtinere festinat. Itaq; coelo æquatur, & terra superior est animus sapientis, in contemplatione diuinorum assiduus, humanaq; trascendens: nihil aliud illi curæ est, nisi ut deo placeat: quicquid agit, ad hunc unum finem dirigit, ut deo frui possit.

¶ Quod sapientia donum dei sit, et vera sapiẽtia Christum imitari.

Porro talia scire atq; ita sese gerere, ne quis industriæ suæ arroget, sed donũ dei esse agnoscat, scriptum est:
Prouer.2 Dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudẽtia &
Eccle.1 scientia. Et iterum: Omnis sapientia a dño deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum. Ipse oĩm conditor deus, cum hoiem in lucem produxisset, sapientiæ capacem fecit præ cæteris animãtibus, ut autorem suum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo perpetuo beatus esset. Quam quidẽ sapientiam ut concipere & tenere possimus, non solum discendi studio incumbere, sed etiam uotis precationibusq; poscere debemus: cum Ia-
Iaco.1 cobus apostolus dicat: *Si quis uestrum indiget sapientia, postulet a deo, qui dat omĩbus affluenter, & non impropе-*
Iob.32 *rat, & dabitur ei.* In Iob quoq; legimus: Inspiratio omipotentis dat intelligentiam. Cæterum uas mundũ sit oportet, in quo diuinæ sapientiæ thesaurus recondi debet: unde dici-
Eccle.1 tur: fili concupiscens sapientiã conserua iustitiam, & deus
Eccle.43 præbebit illam tibi. Item: Omnia, inquit, dñs fecit, & pie agentibus dedit sapientiã. Quõ enim illic potest infundi coeleste donum, unde eiecti prius & exterminati non fuerint terreni affectus? Duo contraria simul manere nequeunt: quæ eñi societas luci cum tenebris? Christo cum Beli-
Sapien.1 al? Ideo est scriptum: In maliuolam aiam non intrabit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Cur eñi principium sapientiæ timor dñi dicitur, nisi quia is qui deum timet, se a delictis continet, & innocenter uiuere studet, ne creatorẽ suum offendat? Ab hoc principio proficere

incipimus, & addito discendi labore sapientiam in myste
rio absconditam, & credulis tantum humilibusque reuela-
tam ex diuinis uoluminibus haurimus. Hanc si alibi quæ
sieris, nusquam inuenies. Latuit philosophos, ignota fuit omni
bus gentilium sapientibus, tradita aũt prophetis, Christique
discipulis. Vnde ait: Vobis datum est nosse mysterium re Matth. 13
gni dei, illis aũt incredulis, uidelicet & humana tantũ sci-
entia nitentibus, non est datum. In sanctis ergo scripturis
duntaxat quære tibi dei sapientiã, & uerbi dei scientiã, &
quære mente pura, cordeque fideli, atque ardenti discendi
desyderio: ut quod cupieris, assequi merearis. Dei autẽ sa-
pientia & dei uirtus, Christus est. Hunc scrutare in ueteri-
bus cælatum scripturis, in nouis manifestum, in utrisque ad
mirabilem atque adorandum, summi boni doctorẽ ac lar-
gitorem: boni inquã, quod tota gẽtilitatis achademia sem
per perquisiuit, & nunquam potuit inuenire. Neque enim fas
erat, ut tantæ rei, qua nihil homini maius potest continge
re, alius esset cognoscendæ monstrator, quam qui esset fruen-
dæ donator atque autor. Minus dignitatis habitura erat no
stra religio, si alio quam deo institutore præceptoreque gaude-
ret. Ipse debuit perfectæ beatitudinis iter ostendere, qui
ipse esset perfectissimus oĩm felicissimusque, ut soli gratiæ
agantur habeanturque tam pro doctrina adipiscendæ salu-
tis, quam pro adeptæ beneficio. Hanc aũt probatissimæ salu-
berrimæque disciplinæ sapientiam, cum deus in mysterio
uelatam daret, per seruos exhibuit: sed cum reuelatã tribue
ret, per filium uulgauit: tunc in nubis aut ignis figura ap-
parens deus cum hoĩbus est locutus, postea uero deus ho
mo factus cum hominibus conuersari, & præsens ipse cũ
ijsdem colloqui uoluit, ut legis & euangelij distantiam co
gnosceremus. In illa futuri signa sunt, in hoc eorum euen-
tus: in illa umbræ, in hoc ueritas: in illa seruitus, in hoc li-
bertas: in illa promissio, in hoc promissionis impletio atque
gratia: in utroque aũt bene beateque uiuendi præcepta: pleni
us tamẽ exactiusque in euangelio quam in lege: quia legis me-
diator Moyses, euangelij Christus, per quem redempti ac
saluati sumus. Hunc si sequi uolumus, & sanctissimis eius

institutionibus inhærere, uere sapientes uereque beati erimus: & iam non terreni, sed cœlestes. Audiamus quid super hac re apostolus dicat: Iudæi, inquit, signa petunt, &
1.Co.1 Græci sapientiam quærunt: nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: ipsis autem uocatis Iudęis atque Gręcis Christum dei uirtutem & dei sapientiam: quia quod stultum est dei, sapiẽtius ẽ hominibus. In his ergo scripturis, quas gentilitas deridet & hæreticorum prauitas impugnat, discenda sapientia est. Quia quod hi infirmum arguunt, fortius est omni humana uirtute: & quod illi stultum existimant, sapientius est omni mundanæ philosophiæ traditio
Ibidẽ ne. Stulta, inquit, mundi elegit deus, ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia. Per piscatorum quippe & uulgarium hoĩm prædicationẽ superauit philosophos: & per inermes martyres, regum imperatorumque potentiam. Quid ni, si idem ipsi qui persequebantur Christianos facti sunt Christiani, & ecclesię propugnatores, qui ecclesiæ hostes erant: Seruire cœperũt Christo, qui imperabant mundo. Christus igitur (ut apl's ait) factus est nobis sapientia & iustitia & sanctificatio & redemptio: ut quemadmodũ scriptũ est: Qui gloriaẽ, in dño glorietur. Quis enim hoĩm comparandæ ueræ beatitudinis rationem potuit per se cognoscere, si hoc solius dei erat docere, cuius solius fuit ipam beatitudinem tribuere. Quę
1.Co.2 dei sunt, inquit, nemo cognouit, nisi spiritus dei: nos autẽ non spiritũ huius mundi accepimus, sed spiritũ qui ex deo est, ut scimus quæ a deo donata sunt nobis: quæ & loquimur, nõ in doctis humanæ sapientiæ uerbis, sed in doctrina spũs spiritalibus spiritalia comparantes. Denique post
1.Co.3 multa de deo salutaris sapiẽtiæ autore dicta ait: Si quis uidetur inter uos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Sapientia eñ huius mundi stultitia est apud deũ. Scriptũ est eñ: Comprehendã sapientes in astutia eoꝝ. Et iterũ: Dominus nouit cogitationes sapientũ, quoniã uanæ sunt. Vani quippe sunt, qui sanctæ trinitatis mysteriũ nõ admittunt, qui ueræ beatitudinis bonum non percipiunt:

quia sibi magis q̃ deo credunt. Quamobrem nobis non humana, sed diuina doctrina institutis cum saluatore nostro dei filio deo gratiæ agendæ sunt, sic dicente: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Mat. 11

¶ Quod sola sapientia dei efficit beatos. Ca. VI.

ET quoniã sola dei sapientia, nõ uana, sed uera est, p quã solam patet aditus ad beatitudinẽ. Sapientia, inquit Iacobus apostolus, quæ de sursum est, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consulens, plena misericordia & fructibus bonis, iudicans sine simulatione. Omnes itaq; uirtutes ista sapientia nobis diuinitus ostensa in se continet, & credentibus atq; uolentibus eas impartit: in quibus qui se digne exercuerint, illos ut a dño remunerentur, de terreno habitaculo ad cœleste regnum feliciter transmittit. Sapiẽtis erit igitur, omni loco, om̃i tempore, om̃ibus in rebus diligenter dispicere quid uelit dñs, & secundum eius uoluntatẽ, quæ iussa sunt facere, quę uetita declinare. Qui sic egerit, & mãdatis dei satisfaciet, & ipse suæ consulet saluti. Quicquid em̃ deo obedimus, quicquid obsequimur, quicquid seruimus, totum in nostram uertitur utilitatẽ: nihil ex hoc ei accedit, qui solus nulla re indiget. Recte ergo Salomon in prouerbijs ait: Si sapiens fueris, tibimetipsi eris. Nam illud quoq; quod alios docueris, quod ad uirtutẽ hortatus fueris quod uerbo, quod re atq; opere iuueris, tibi cedet ad gloriamq;, tibi magis q̃ ulli alij proderit ad adipiscendam ueram felicitatem quã affectas. Ac ueluti illi qui terram purgant, stercorant, arant, occant, obfringunt, modis om̃ibus excolunt, sementemq; faciunt: postea uero metunt & fructum colligunt, ita hic noster sapiens alijs benefaciendo, sibimetipsi sapiet, cum pro benefactis a dño recipere cœperit mercedẽ. Hic idem in om̃ibus prouidum ac prudentã se præstabit: nihil eum imparatũ offendet: omnibus quę accidere possunt præsidio opportuno munitus occurret. In aduersis explicabit patientiam, in prosperis humilitatem, Iaco. 3 Prouer. 9

Eccle. 10 utriſq; conſtantiã. Apparebitq; in illo quod Salomon ait: Melior eſt ſapientia q̃ arma bellica. Fortior eſt eñ, cuius animum non frangunt aduerſa, neq; turbant iniuriæ, q̃ q armis hoſtem ſuperat. Alibi etiam dicitur: Melior eſt ſapi-
Sapien. 5 entia q̃ uires, & uir prudens q̃ fortis. Nam ſapientia & prudentia bona animi ſunt: fortem aũt & robuſtum eſſe, bonum corporis eſt: & illa quidẽ hois propria, hoc autem cum beſtijs commune. Sapiens tranquille degit, quia perturbationibus temperat: ſenſuum affectiones ratione frenat, & ſaniori conſilio parere compellit. Sapiens linguam quoq; continet, uerboſitatem fugit, ne in multiloquio peccet. Pauca loquitur, ſed conſyderate, nihil leue ab ipſo prolatum auditur, ſed ſerium ſemper & graue põderiſq; multi. Neq; eñ prius uerbum emittit, q̃ quo caſurum ſit cogitet. Sapiens ut ſemper ſapiens ſit, ſtudet, utq; cum Salomo-
Eccle. 2. ne dicere poſſit: Sapientia quoq; perſeuerauit mecũ. Quęris quo pacto ſemper ſapiens eſſe queat, cum nemo ſit qui non peccet, cũ ſepties in die cadat iuſtus? Sed queadmodũ iuſtus cum ceciderit, cito ſurgendo iuſti nomẽ non amittit: ita ſapiens dicendus eſt ſemper ſapiens, qui quoties aliquid ſtulte peccat, ſapienter quod peccatũ eſt protinus emẽdat, & præteriti errati notam in ſequentis uirtutis laude cõpenſat. Sapientem ſemper beatum eſſe philoſophi contendunt, eo q̃ ſola uirtute contentus ſit: uirtutẽ aũt ſibi ipſam ſufficere. Patet, quia nihil extra uirtutem, in quo beatitudo eſſe potuiſſet, nouerant. Ignorabãt igitur bonũ illud q̃tum aut quale eſſet, quod debetur uirtuti, quodq; noſtri ſapientes uitæ innocenter laudabiliterq; actæ meritis confidant ſe conſecuturos, & tunc demũ beatos fore, cum illud adepti fuerint. Sed q̃diu in expectatione eius ſunt, nondũ eſſe beatos conſtat, q̃uis ob quandã ſpei certitudinẽ nunc quoq; beati dicantur. Sapiens inquiunt, & in tormẽtis beatus eſt. Recte id quidem ſi de noſtris diceretur, & non de illis qui a uera religione alieni erant. Noſtri eñ uere beati, quos nulla compellere tormenta potuerunt ut Chriſtũ negarent. Porro hi non ſola uirtute contenti erant, quæ prope uana eſſet, ſi nihil eam poſt mortẽ ſequeretur, ſed per ipſa

uirtutis opera deo iungi cupiebãt: quod quia præcipue martyrij patientia præstare poterat, cædi occidiq; gaudebant. Illi autẽ quibus æterna hominis beatitudo ignota erat, nõ quomodo oportuit, sed quomodo poterãt, beatã uitã diffinierunt, atq; ipsam, quoniã longius procẽdere nescirẽt, uirtute quæ in præsenti est terminarunt. Sed quæ nam quæso esset ista beatitudo, quæ simul cũ corpore pecudum more erat finienda? Præterea si sola uirtus beata uita esset, sexcẽties in uita beati essemus, & sexcentiens infelices: quando quidem nemo tam firme stabilitæq; uirtutis est, ut nõ quotidie fere aliquid desipiat, oscitet, deliret, hallucinetur: tot autẽ uicibus nũc accedẽs nũc recedens beatitudo nõne uertibilior haberetur rota figulari, & alterno dierũ noctiũq; recursu mutabilior? Non est ergo uirtus uita beata sed illa coelestis æternaq; felicitas, quæ debetur uirtuti, si uirtus ipsa cum uera religione iuncta fuerit. Beata quippe uita est, quæ nunq̃ subducitur, nunq̃ deficit, bonis omĩbus affluit semper, malis uacat, desideriũ implet: deniq; ad summũ bonorũ peruentũ est, cum ad illã peruenitur. Huc accedit q̃ Christianorum sapientia non ita rigide neq; inhumane circũscripta sit, sicut fuit illa stoicæ sectæ philosophorum, qui docebant sapientem animi passionibus prorsus carere oportere ut beatus sit. Nos enim econtrario definimus, nõ posse sapientem fieri beatum, qui adhuc in corpore uiuẽs futuræ beatitudinis desyderio non ducitur, q̃ pro eo quod aliquando peccauit, dolendo non satisfacit, qui cum benefecerit non gaudet & deo gratias agit, cuius ope in benefaciendo est usus, qui eidem peccare non metuit, cui soli semper plurimũ placere studet, qui deniq; & pauperis et malo aliquo affecti hominis non miseretur. Ea saneuera est sapientia & seruorũ dei propria, cuius hæ sunt passiones. Illa autem Stoicorum prorsus uana, & non hominis sed lapidis potius, nihil sperare, nihil metuere, nihil gaudere, nihil dolere. Si istud sapientia uel uita beata esset, quid in terris lapide & sensu carentibus rebus esse sapientius uel beatius existimari potuisset? Lapidea est igitur illorum & sapientia & beatitudo, non humana. Cum enim ueræ beatitatis

ignari essent, beatitatem ipsam appetitionum quietudinẽ esse putauerunt, & hanc ad sapientem pertinere uolebãt. At nos uerae quoq; aeternaeq; beatitudini gaudium attribuimus & in deo laetitiam perpetuamq; iucunditatem, amorem etiam & mutuam inter beatos charitatem atq; perfectam. Repudiata itaque gentilium fatuitate, sapientiam quam non homo sed deus docuit sequamur: hanc diuitijs,
Prouer. 3 hanc rebus omnibus anteponamus. Melior est acquisitio eius (ut recte Salomon ait) negotiatione auri & argenti primi & purissimi, fructus eius pretiosior est cunctis opibus, & omnia quae desyderantur, huic non ualent comparari. Sola enim diuinae doctrinae sapientia efficit beatos.

Quae sapientia est vitanda Ca. VII.

HAnc aũt uerissimam sapientiam, quam deo tradẽte accepimus, quo attentius accuratiusq; amplectamur, quaerendum restat q̃nam sit illa, quã cauere debemus, indigna qdẽ hoc nomine, cũ uerius stultitia sit dicenda q̃ sapientia. Est igit quaedam sapiẽtia, quae mundana siue secularis dicit, de qua apls: Sapientia inquit hu-
1. Cor. 3 ius mundi, stultitia est apud deum. Et iterum: Stultam fecit deus sapiẽtiam huius seculi. Hic sane fuit antiquorũ deos colentium error, qui olim uidebatur esse sapientia: sed postq̃ euangelij ueritas etiam ab ijs qui eam persequebãt, recepta est, apparuit colendorũ deorum ritum non sapientiam fuisse, sed stultitiam. Tunc Pharaonis sapientium uirgae a uirga Moysi deuoratę sunt, & omne diaboli cõmentum uirtute crucis Christi superatũ: tunc mulier sanguine fluens, quã medici secularis disciplinae curare nequerant, tacta Christi fimbria recepit sanitatẽ: quia gentilitas desijt uictimarum cruorem daemonibus fundere, ubi in Christo deum cognouit, quẽ in spiritu coepit adorare. Adhuc tamẽ ista infidelitatis sapiẽtia in illis perseuerat, qui somnia sortesq; obseruãt, & naturas hominũ ex stellarum influxibus pendere iudicãt, & incantationibus diaboli magis q̃ pijs ecclesiae p̃cibus delectantur. In his omnibus stultus fit oportet, q apud deũ sapiens esse desyderat. Fuit & alia inter

gentiles sapientia, ueri quidẽ inquirendi supra q̃ dici q̃at studiosa, sed plane inanis cassiq; laboris, cũ inuestigare illud nequaq̃ potuerit, quod nisi deo monstrãte scire nemo poterat. Ista aũt erat philosophorum professio circa ipsam hois beatitudinẽ uarie sententiũ (ut diximus) atq; deliran tiũ: cũ non in coelo sed in terra illã cõstituerẽt, q̃rẽtes ubi nõ erat, & ubi esset nesciẽtes. De his psalmista ait: Defecerũt scrutantes scrutinio. His nonnulli quoq; ex nostris mihi similes uident, qbus non est satis nosse quõ uerã perfectãq; beatitudinẽ assequi possint, sed altiora se indagare conant & ea quidem quæ nisi fides teneat, ratio non explicat, curiosius perscrutari solent. Vnde fit, ut plærumq; ab eo etiã quod recte didicerant, aberrent: & dum Christum se tenere putant, de manibus elapsum non animaduertant. Plena periculi est talis sapientia, ideoq; uitanda: cum scriptũ sit: Scrutator maiestatis opprimetur a gloria. Et iterũ: Nõ plus sapias q̃ necesse est, ne obstupescas. Caue igit nimis altũ sapere, ne forte uel cum hæreticis uetus instrumentũ damnes, uel cum iudæis nouum, & cum utrisq; ipse damneris dicente dño: Nunquid non in die illa perdam sapientes de Idumæa, & prudẽtiam de monte Esau? Peribunt utiq; hæretici & dei iudicio condemnabunt, qui terrena sapiebãt. Hoc eñi idumæa interpretatur, & iudęi q cum Esau aduersabantur fratri eius Iacob .i. cũ synagoga ecclesiæ Christi, ad quam credentem, primogenita credere nolẽtium benedictionesq; transierũt. Illud quoq; ad hæreticorum infidelitatem spectare arbitror quod Salomon ait: Ciuitates munitas occupabit sapiens, & destruet munitionẽ in qua confidebant impij. Omnia quippe impietatis dogmata, quæ illi syllogismis captiosisq; dialecticæ conclusiunculis munimentis insuperabilia esse putabãt, dei sapientia Christus sua uirtute superauit, et euertit, Arrij, Sabellij, Euticetis, Manichæi, reliquorumq; omnium prauitas defecit, sola machumetana extat, ne ipsa quidem diu permansura dicente dño: Omnis plantatio, quã non plãtauit pater meus coelestis, eradicabit. Sed sunt & in ecclesia fortasse nõ pauci, q sibi sapientes uident, ita ut interdũ contradicere audeant

Eccl. 7

Abdiæ, 1

Prouer. 21

Math. 15

catholicæ ueritati, apud ignaros admirationē sui facturi, quasi qui acutius aliquid sagatiusq; explorarint, q̄ illi qui iam pridē probati recepti, celebresq; habētur. In istos recla mat Esaias, dicēs: Væ qui sapientes estis in oculis uestris, & corā uobis metipsis prudētes, Apud deū em̄ & insipien tes & imprudētes sunt, qui temeraria præsumptione ab- ducti ad ostentationē ingenij magis q̄ ad ueritatis confir- mationē loquūtur. Porro omnis disciplina quæ cū euan- gelio nō cōuenit, inutilis est, sapientē facere nō potest, ideo q; nec beatū. Poesis fabellarū fictionibus exuberat: Orato ria ad gratiā loquendi artem præfert, Astronomia cœli sy- derumq; motibus & exinde futurorū diuinationibus sca tet, philosophia sapientiæ studio gloriatur, cum causas re- rum naturasq; conquisierit. Sed cū nulla doctrinarū istarū qui hominis finis sit recte uereq; indicare uideatur, nemi- ni discendas dicerem, nisi aliqua in parte diuinæ quoq; sa pientiæ scientiā adiuuarēt. Operæpreciū erit igitur de his tantū capere quantū fideli institutioni conuenire cōstabit, cętera ne noceant respuere: aut enim superflua sunt, aut fini nostro aduersantia: quod autē superfluū est, contemni de- bet: quod aduersariū, repelli. De his enim psalmista ait: No uit dn̄s cogitationes sapientiū, quoniā uanæ sunt. Et apo-
Psal.93 stolus: Nolite inquit, iugū ducere cū infidelibus. Quæ em̄
2.Cor.6 participatio iustitiæ cū iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? quæ autē conuentio Christi cum Belial? aut quæ pars fideli cū infideli? qui autē cōsensus tēplo dei cū idolis Tantū abest igitur ut sapiens sit, qui ethnicorū sapientes præter modū emulatur ut etiā iniquus & infidelis esse pos sit cōuinci. Et qm̄ sola dei sapiētia, q̄ in sacris literis cōtine tur, uera est sapiētia, ideo ipse dn̄s p̄ prophetā exclamat, di
Hier.9 cēs: Nō glorietur sapiēs in sapiētia sua, & nō glorietur fortis in fortitudine sua, & nō glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc glorieť qui gloriať, scire & nosse me. Quia ego sum dn̄s, qui facio misericordiā & iudicium & iustitiā in terra: misericordiā utiq; erga sapientes in bono iudiciū & iusti- tiā aduersus sapientes in malo. De quibus Hieremias ait: Sapientes sunt ut faciant mala, bn̄ aūt facere nescierūt. Sa-

pientia ista doli, calliditatis, uersutiæ, fraudũ est plena: ista denicq; nõ hois, sed diaboli sapientia est. Hac armatus erat serpens, q decepit Euam: hanc sequunt illi, de qbus in euã gelio dicitur: Prudẽtiores sunt filij seculi filijs lucis in generatiõe sua. Ab hac certe uir iustus abhorrebit, ut potius secundum deum q̃ secundũ seculum sapiens sit: ac nequãdo & ipse seculi sapientium capiatur sicophantijs, deũ cũ propheta orabit. Ab homine iniquo & doloso erue me. Luc. 16 Psal. 42

¶ Quod sapiens docere alios debet. Ca. VIII

Docuimus & quæ sequenda sapientia & quæ fugienda sit: reliquum est ut eos, qui uera. i. diuina sapientia præditi sunt hortemur, ne creditum sibi salutaris eruditionis talentum in terra defodiant, sed illic dispẽsent, unde cum usuris exigi possit, & dño cui negociantur, plurimũ lucri accedat. Laxent igitur retia sua in capturam: alios doceant quod ipsi didicerunt, & non sibi solum, sed alijs etiam prodesse studeant, tantoq; accepto beneficio se dignos præstent. Vt quid enim bonum sapientiæ tu qui dei benignitate sapientiam adeptus es, cum proximis nõ communicas: si nihil inde tibi deperit, si communicatum etiam augetur & excrescit? Quis est enim qui docet, & docendo non aliquid discat, & quod didicit non confirmet, cum de memoria facile labi soleat & exciderit, quicquid relinquitur irrepetitũ? Ita fit, ut ipse quoq; dediscas, nisi doceris. Doce igitur ut doctior sis, aut saltem ne obliuioni tradas quod didicisti. Immo quæ potissima alios docendi causa esse debet, docent beatior sis: quãdoquidem qui erudiunt multos ad sapientiã, fulgebunt (sicut scriptũ est) tanq̃ stellæ in ppetuas æternitates. Cassus pene labor est, multa didicisse: & postq̃ didiceris, obmutescere. Nunquid non sapientia clamitat, inquit Salomon, & prudentia dat uocem suam in summis excelsisq; uerticibus super uiam in medijs semitis, stans iuxta portas ciuitatis, in ipsis foribus loquitur, dicens: Viri ad uos clamito, & uox mea ad filios dominum. Cum ergo docendi officio fungi debeat uir diuina sapientia eruditus, nonne sal fatuum erit si tacuerit? nonne uerum est quod dicitur: Sapientia absconsa & the- Dañ. 12 Prouer. 8 Eccle. 20

saurus inuisus, quæ utilitas in utrisq;? Quid iuuat lucernã accendere, & eam ponere sub modio? Profecto si sapiens fueris, non sub modio illam pones, sed sup candelabrum, & alioꝝ tenebras tuæ sciẽtiæ luce depelles. Aut enĩ linguã exercebis in prædicando, aut in scribendo manum: ut etiã de te dici possit: Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. Plurimum quidem tibi apud deum meritorum accedet, quoties uel scripseris, uel dixeris aliquid, uel proprio ostenderis exemplo, unde alij meliores effici queant. Qui enĩ fecerit & docuerit sic, hic magnus uocabitur in regno cœloꝝ. Ipse dominus noster Christus docuit, nec apostolos suos passus est desidia otioq; torpere, sed spiritu sancto repletos per diuersas orbis partes dimisit, ut errantes docendo in uiam ueritatis reuocarent: atq; illos qdẽ non itineris labor, non persecutionis immanitas ab officio deterruit, & te pigebit illorum saltem, a quibus nihil mali metuis, tuæ sapientiæ medicamenta conferendo, saluti consulere, & multorum animas dño tuo lucrari? Satis hæc de sapientia, nunc simplicioribus detegamus inimici dolos carnisq; pugnas, ne ab ijs incauti imprudentesq; superentur.

Prouer. 31

¶ De dæmonum natura ¶ Ca. IX.

SEd enim quo facilius callidissimi hostis machinamẽta deuitemus, operæpretium erit, prius naturam eius moresq; cognoscere. Dæmones igitur spiritus sunt, nocendi cupidi, iusti expertes, fastu elati, astu callidi, inter cœlum terramq; habitantes, donec postremo ad inferna detrudantur: ut tanto eant inferius, quãto altius efferre sese conati sunt. Qui ut ei cuius iudicio ad hęc ima deiecti sunt aduersentur, homini inuident, atq; illos maxime infestant quibus beatitudinem, quã ipsi amiserunt, promissam cognoscunt. Gentilitas dæmones alios bonos, alios malos esse dixit: nos uero sub hoc noĩe malos tm̃ intelligimus. Illos enĩ spiritus q boni sunt, dei angelos atq; ministros nũcupamus. Neq; certe conuenit eos, quorum diuersa est uoluntas, eodem nomine confundere. Dæmones ergo nequitiæ pleni spiritus inuidiæ acti stimulis hominem semper

ad uitia prouocant, ne ad coeleste regnum, unde ipsi deturbati sunt, transferri mereantur. Idcirco clamat apostolus, dicens: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus rectores, tenebrarum harum, aduersus spiritalia nequitiæ in coelestibus: non q in coelo sint dæmones, sed in aere, qui quidem his plenus esse creditur. In coelestibus autem dixit, iuxta consuetudinem diuinæ scripturæ, quæ uolucres quoq; coeli appellat, quas per aera uolitantes cernimus. Magnarum autem uirium esse illos ostendit, principatum & potestatem & regimen eis attribuens: non hoc tamen in omnes homines, sed in illos duntaxat, qui tenebræ sunt. In illos uero qui lux sunt, ius nullum habent, nisi tentandi incitandiq; ad peccandum: ut & ipsi relicto bñ agendi lumine malignæ actionis tenebras diligere incipiant: & cum id fecerint, tunc etiam ipsis dominent ac præsint. Aequum est eñ ut qui ab innocentia recedendo sub potestate dei esse noluerit, diaboli subdatur potestati. Potestas autem illius tanta est, quantam deus permiserit, qui eoꝝ opa utitur tam in prauos puniẽdos, q̃ in bonos probandos, ut hi cũ aduersarij tentamenta uicerint, plus præmij mereant, & illi uicti si ad poenitudinẽ non redierint, tanto iustius crucieẽt, quanto diutius expectati sunt ut redirent. Præterea si dæmonis potentiã ex testimonio scripturarꝫ pensare uolumus, profecto homini intolerandam insuperabileq; esse inueniemus. Hunc Beemoth & Leuiatan dici legimus: quorum alterꝫ Elephantum, Cethum alterꝫ interpretantur: quæ duo animaliũ genera cũ omnium quę in mari terraq; habentur, maxima sint, maximã dæmonis uim significare uidetur: & Elephas qdẽ dæmones aerios designat, Cethus aqueos: nam in utroq; elemento habitare feruntur. Nemo itaq; mortalium tantæ uirtutis est, tantæq; constantiæ, qui eorum uiribus ualeret resistere, nisi ut ualeamus deus præstaret, coercens illorum robur, & nostram simul adiuuans imbecillitatem. Stultus est igitur, qui non totam resistendi spem atque uincendi in deo posuerit. Sit ille licet Abrahã, uel Moyses, uel Dauid, uel Ioannes bapti Iob.40

sta, uel aliquis apostolorum, si propria uirtute, & non ope diuina niteretur, statim succumberet: in deo autem sperãs uictoria potiretur. Beemoth, inquit, quasi bos foenum comedet: hoc est, paleas igni comburendas: fortitudo eius in lumbis eius, & uirtus eius in umbilico uentris eius. Illecebris enim uenereæ uoluptatis, quæ circa lumbos & umbilicum præcipue sentitur, frequenter impugnat. Ossa eius uelut fistulæ æris, cartilago eius quasi laminæ ferri. ad duritiam diaboli ista referuntur: quoniam a malitia quam semel amplexus est nequit remoueri, & ære & ferro magis obduratus. Sub umbra dormit in secreto calami: hoc illud
Psal. 9 est q̃d in psalmo dicit̃: Sedet in insidijs in occultis, ut interficiat pauperem dum attrahit eum. De Leuiatam idem fere alijs uerbis p̃dicatur, & uis naturæ dæmoniacæ exprimit̃, supra modũ potẽs atq; uersuta: q̃ utiq; cuncta hũana sub-
Iob. 41 uerteret, nisi freno arbitrij diuini cõpesceret̃. Per gyrũ, inq̃t, dẽtiũ eius formido, corpus eius quasi scuta fusilia, cõpactũ squamis se prẽmẽtibus: deniq; flãmas fumũq; de illo procedere ait: Ignita enim sunt iacula diaboli, q̃bus illi q̃ uulnerantur, uel obscenæ libidinis ardore incalescũt, uel fumo inanis gloriæ laborant. De eius etiam in malo pertinacia dicitur: Cor eius indurabitur tãq̃ lapis, & stringetur quasi malleatoris incus. De trãslatione etiã eius a statu suæ sublimitatis dictum est: Cum sublatus fuerit, timebunt angeli & territi purgabuntur. Iusti enim deum timent, cum etiã aduersus angelicam naturam seuerum fuisse recordant̃: & territi student, si quid deliquerint, poenitentia expiare. Quod autem arrogantibus dominetur, & superbos iugo premat mortiferæ seruitutis, ex eo patet quod consequenter dicitur: Non est super terram potestas quæ comparetur ei: qui factus est ut nullum timeret, omne sublime uidet, ipse est rex super uniuersos filios superbiæ. Neq; rex solum
Iohan. 8 sed etiam pater talium nuncupatur: dicente domino: Vos ex patre diabolo estis, & desyderia patris uestri uultis facere. Sicut enim qui opera Abrahæ faciunt, filij Abrahæ sunt, ita q; qui diabolum imitantur, filij eius dicendi sunt: non natiuitate, sed uoluntatis corruptæ similitudine. Ille neq̃,

homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit, quia non est ueritas in eo: cum loquitur mendacia, ex proprijs loquitur, quia mendax est & pater eius. Mendacio quippe & fraude primos hoĩes deduxit in interitum. In ueritate autem non permansit, quia a deo qui ueritas est, per elatio nem mentis recessit. Timendus est ergo ut homicida, cauendus ut mendax. Nam etiam si quando uera loquitur, mendax proposito est, quoniã ne uerum quidẽ ueri dicendi studio exprimit, sed cura fallendi, ut postq̃ per nonnulla uere prædicata synceréq; monstrata fidem uerbis adeptus fuerit, credulos tandem in foueam præcipitet erroris. Idem q̃uis intimas hoĩm cogitationes ignoret, eas tamẽ per exteriores motus atq; gestus iudicat & dẽprehendit: tum quocunq; aliquẽ magis inclinari uidet, eo accommo datis tentationibus trahere nititur, suggerens quicquid illum magis appetere conijcit. Tu uero si uis istud uitare periculũ, etiam cum mali aliquid cogitaueris (impossibile ẽ enĩ ne quando mens ad illicita non recurrat) caue ne ad gestum cogitationis indicem prorumpas & enitere ut citius desinat cogitatio intus in anima, q̃ per sensus effusa se foris ostendat. Quod si illa patuerit, acrius impugnaberis ut cogitata opere perficias, & fortasse crebriori certamine labefactus tandem succumbes.

¶ Quare creatus diabolus. Ca. X

QVare inquiet aliquis creatus est dæmon, si tam malus erat futurus, atq; homini ad similitudinẽ dei facto tam inimicus ac tam infestus? Factus fuit quidem angelus dei, ut cum reliquis beatis eiusdẽ generis in coelo spiritibus beatitudine frueretur æterna. Et licet futuri præscius deus nosset illũ per arrogãtiæ uitium a statu suæ conditionis repellendũ, sciebat tamẽ iustis expedire ut crearetur: ne uidelicet deesset illis aduersarius, cuius molestia ad prælium exerceantur, & tandẽ uictoria potiti gloriosius coronẽtur. Hac de causa profecto etiam malos hoĩes in mundo nasci ac uiuere credimus, non ad suam ipsorꝫ qui damnandi sunt, sed ad illorꝫ qui saluandi utilitatẽ: ut cum nullo malorꝫ odio, nulla persecutione, nullis iniurijs, a iu-

stitię pietatisq; proposito repelli potuerint, multo plus gratiæ sibi apud deũ comparent, q̃ comparassent, si nihil in uita aduersi paterẽtur. Ad hæc ipsa summi rerum opificis prouidentia cum bona multa condidisset, etiam mala quędam his contraria fieri iussit, ut bona malorũ comparatione optabiliora redderet. Paradisum itaq; magis desyderamus, quia scimus & infernũ esse: uitam propter metũ mortis plus diligimus. Lucem iucundiorẽ nobis facit molestia tenebrarũ: sanitatẽ anxietas ægrotationis præstat gratiorẽ, & ut ad uirtutis culmẽ studiosius niteremur proposita peccatoribus supplicia compulere. Ergo & diabolus ideo creatus, ut ęius fœditate offensi magis affectaremus inferi cõsortio angelorũ. At etiã quæri potest, quomodo diabolus adhuc pugnat, cum Paulus dicat, q̃ Christus dominus exuerit principatus & potestates triumphãs eas in ligno crucis? Potestas quidẽ diaboli per crucem Christi ita facta & triumphata est, ut eos ille dimittere liberos fuerit coactus, quos ei primorum parentũ crimine corrupta origo subdiderat: quosq; idem idolorũ cultura subuersos iugo perniciosæ seruitutis oppresserat. Cessauit itaq; mundus dęmones pro dijs habere post euangelij uulgationẽ: cessauit & infernus fidelium animarũ esse receptaculum, cum Christus in cruce se confitentibus promittere cœpit paradisum. Coluber tamẽ tortuosus hac tanta potestate exutus, aliud fallaciarũ genus commẽtus est: disseminare hæreses cœpit, & ad uitia concitare. Atq; hoc illi permissum (sicut diximus) ut sanctorũ robur atq; constantia innotescat, & scelesti tũc saltem, cum damnati fuerint, intelligant, q̃ immundo spiritui obsecuti sint, q̃ bono dño derelicto. In istos igitur & pro iustis in Esaia exclamat deus, & ait: Ecce ego creaui fabrum, sufflantẽ in igne prunas, & proferentẽ uas ĩ opus suum, & ego creaui interfectorẽ ad disperdendũ omẽ uas, quod fictum est contra te, & oẽm linguam resistentẽ tibi iudicio iudicabis. Diaboli itaq; uasa sunt, qui erroribus catholicam fidem impugnant, atq; ab ijs qui pro ueritate resistunt damnandi, ut & uicti pœnas, & uictores gloriam sortiantur. Sequitur enim: Hæc hæreditas seruorum domini,

Coloss. 2

Esa. 55

& iustitia eorum apud me dicit dominus.

¶ De nominibus demonum proprijs. Ca. XI.

AD hæc ut plenius dæmonum deprauata natura nobis nota sit, scrutemur in scripturis, quo̧ uarie aliquã do appellati fuerint, & ipsa nominũ diuersitas diuersa illorum uitia monstrabit: atq; ut a proprijs peculiaribusq; incipiamus. Dæmones uocantur, non quia dæmões id est, scientes sint, sed dimenim (ut Eusebius inquit) hoc est, terrere consueuerunt: terrori enim sunt nobis, cum uisibiles apparent. Diabolus appellatur, quia peccatorũ accusator est: quem eñ græci diabolum, eum nos criminatorem dicimus. Sathanas & Zabulon hæbraicum est: hic fluxus noctis interpretatur, ille aduersarius: quoniam in tenebris dæmonũ sunt opera, & perpetuo odio persequuntur sanctitatem. Hi etiam spiritus nuncupantur, sed non sine additamento malitiæ uel nequitiæ. Spiritus eñ sunt, omni prorsus prauitate pleni, omni immunditia referti. Belial interpretatur absq; iugo uel absq; dño. Nam superbia elatus dixit: Ponam sedem meam in aquilone, & ero similis altissimo. Excusso igitur obedientiæ iugo dominum pati noluit, ideo ad ima deiectus adhuc non cessat superbire, & homines conculcare uelle. Asmodeum in Tobia legimus, Interpretatur autem facturæ iudicium uel plasmatio iudicantis. Quia factus est ad malorum uindictam, probatio nem uero bonorum. Beelzebub muscarum deum sonat. Nam cum omnibus retia intendat, muscas tantum, id est, infirmos capit, fortioribus non præualet. Mammona syrum hæbreo mixtum uocabulum est, & diuitias uel cupiditates designat. His ille imprudentium mentes implicat, ne deo seruire queant cum mammone cœperint famulari.

Dæmon es | Diabolus. | Sathanas | Zabulon | Belial. | Spiritus nequam. | Asmodeus | Beelzebuh | Mãmona.

¶ De nominibus demonum brutalibus. Ca. XII.

DEmonibus præterea, quoniam ex angelica in brutalem quodammodo conuersi sunt naturã, bestiarum noĩa tribuit scriptura. Vnde & Dauid orat dominum, dicens: Ne tradas bestijs animas confitentes tibi. Et idem alibi: Increpa, inquit, bestias calami. Fragilis est eñ ut calamus, qui se ab his uinci patitur & non potius

Bestiæ. | Psal. 72

Ezech. 34 ad auxilium dei recurrit ut uincat. In Ezechiele quoq; promittit dñs facturũ se, ut cessent bestiæ pessimæ de terra: qđ partim in primo Christi aduentu impletum, partim in secundo implendũ credimus, cum oẽs bestiæ istæ in baratrũ

Leones. inferni detrudentur. Hi & leones & dracones dicuntur, q̃a

Dracones. nunc aperte nos inuadunt ut leo, nunc occulte nobis insidi

Aspis. antur ut dracones. Aspis quoq; diabolus est & Basyliscus,

Basyliscus. illis duntaxat quos primo congressu superat. Aspis quippe morsu, Basyliscus aspectu statim perimit: uiro aũt iusto dicitur: Super aspidem & basyliscum ambulabis, & concul

Beemoth cabis leonem & draconẽ. Beemoth & Leuiatan in histo-

Leuiatan ria Iob legitur, quos Elephantũ & Cetum uocari diximus alter tamẽ proprie bestialis interpretatur, alter persequens eos: quasi eñ ferocissima bestia nunq̃; ab hoĩm persecutio

Vulpis. ne conquiescit. Vulpis præterea quia fraudulentus est appellatur, ut in psalmo, Partes uulpium erunt: & qui uersutiam eius imitatur, uulpis est, ut in euangelio de Herode:

Sanguisuga Ite dicite uulpi illi. Sanguisugam Salomon uocat in Prouerbijs: Sanguisugæ, inquit, duæ sunt filiæ, dicentes affer affer. Quæ sunt istæ filiæ, quæ q̃ŭtumuis afferas non satiantur, nisi libido & auaritia? quibus qui illaqueatus fuerit, ei diabolus erit uere sanguisuga, exhauriens eius sanguinem per concupiscentiã, & spiritum per concupiscentiæ adim-

Serpens. pletionem, ut corpori simul animæq; noceat. Idem serpẽs

Scorpio. dicitur & scorpio. Mera eñ uenena sunt, quicquid ille suadet. Huius tamẽ periculi metu seruos suos liberat saluator, dicens: Ecce dedi uobis potestatẽ calcandi super serpentes

Esa. 14 & scorpiones. In Esaia est scriptum: Implebuntur domus eius draconibus, habitabunt ibi strutiones, & pilosi saltabunt ibi, respondebunt ululæ & syrenæ in delubris uoluptatis. Dæmonũ hæc noĩa sunt. Domus eorum es, si perdite uiuis: draco tibi est diabolus, si uirosos eius affla-

Strutio. tus non deuitas: strutio tibi est, si terrenarũ rerũ curis implicaris. Licet eñ pennas habeat strutio, nunq̃; tamẽ a terra

Pilosus. subleuatur. Pilosus tibi est, si in uitijs consenescis: pilosa

Vlula. nanq; est senectus. Vlula tibi est, si in tenebris uitam agis & ab eo auerteris qui ait: Ego sum lux mundi. Vlula eñ

nocturna est auis. Denique Syrena tibi est in delubris uoluptatis: si cantibus amatorijs delectaris, cytharaeque sono ad lasciuiam carnis concitante. Aiunt enim Syrenas olim in siculo littore uiros praeternauigantes cantu demulcere & consopitos laniare solitas: facile ab his capietur, qui obturatis uelut Vlizes auribus non pertransierit. Daemones praeterea uolucres coeli appellantur, quia semen uerbi dei, quod in duro solo & nullo compunctionis uomere proscisso cecidit, rapiunt protinus & absumunt. Sic autem indurato homini diuina in Ezechiele iustitia minaciter intonat & ait: Bestijs terrae & uolatilibus coeli dedi te ad deuorandum. Hi sunt locustae illae in Apocalypsi, equis similes bellatoribus: quia feroces, & super capita eorum coronae similes auro: quia superbi, facies hominum & capilli mulierum, quia utrique sexui insidiantur: dentes leonum, quia quos uicerint, perimunt: loricas ferreas habent, quia in malicia obduruerunt: alis perstrepunt, quia uelociter omnia permeant: caudas scorpionum aculentas gerunt, quia unus eorum finis est nocendi hominibus. Et habent, inquit, supra se angelum abyssi cui nomen hebraice Abadon: quod est exterminans. Extorres enim a coelesti patria facit, qui suae consentiunt tentationi. Quis unquam tam terribilium bestiarum, tam malignorum spirituum, uel saeuitias uel dolos posset euadere, nisi periclitantibus dominus opem afferret, nisi furorem eorum uis diuina cohiberet astumque reprimeret?

Syrena

Volucres.

Ezech. 29

Abadon.

De nominibus demonum publicae dignitatis. Caput. XIII.

ET haec quidem a brutis animalibus mutuata nomina: illa ab hominibus, quae partim publicae dignitatis sunt, partim conditionis priuatae. Nam & rex dicitur, ut in Prouerbijs: Vae tibi terra, cuius rex est puer. Diabolus puer est, quia non senescit, nec aetatis damna sentit. Vae autem & terreno homini, qui immundi spiritus imperio paret. Idem Pharao est rex aegypti, rex tenebrarum: id enim interpretatur aegyptus. Pharao ergo est, qui populo dei est molestus, nolens eum dimittere, ut sacrificium offerat deo, sed ut sibi seruiat, ad terrena & lutea opera compellens. Est & Seon

Rex. Puer

Seon.

rex Amorreorum. Seon arbor infructuosa interpretatur et procera, utrunq; dæmoni conuenit, qui nullũ ex se boni
Amorræus fructum gignit, & supra modum effertur superbia. Amorræi amaritudinem adducentes uel loquentes dicuntur. Quid autem amarius hæretica prauitate? Hæreticorũ igitur Seon iste rex est, ut cum illo simul pereant, si ab eo ad Christum qui ueritas est, non conuertentur. Hic est ille Seon superbus qui fideles Israelitas nõ sinit in pace transire p fines regni sui, obstatq; armatus inito tñ prælio succumbit
Deut. 2. Tentare em̃ dæmon sctõs potest, uincere non potest, deo
Balach. cui seruiunt protegẽte. Hic idem est Balach rex moabitarũ, qui Balaam diuinũ compellebat, ut fideli populo malediceret: cui aũt deus benedixerat, ei Balaam maledicere nequit. Balach exclusio interpretat̃ & deuoratio. Ideo ergo Balach est diabolus, quia seruos dei ab hæreditate cœlestium bonorũ excludere molitur. & in illos infideliũ excitat odia persecutionibus cupiẽs auertere a fide, atq; auersos deuo-
Rex Gai. rare. Idem est rex Gai. Gai præruptũ dicit̃ siue uorago, quæ
Iosue. 8 est infernus dæmonũ domiciliũ. Hunc regem Gai Iesus in bello uictũ cœpisse memorat̃, crucicq; affixisse, exercitum eius fudisse, urbẽ uero igni succendisse. Ducẽ ergo Iesum sequamur, atq; aduersus regẽ Gai bellãdo præualebimus, & si nos uexillũ ferre crucis uiderit, in qua Iesus noster semet crucifigendo illũ crucifixit, metu perculsus concidet, uel in fugã conuertet̃. De quo per Esaiam fuit prædictũ: A
Esa. 30 facie dñi pauebit Assur uirga: hoc est, cruce dñi percussus. Vrbe aũt eius cui dominabat̃, gentiles erant: quę tunc quidem concremata est igni, cum gentiles ad Christũ cõuersi. Ignẽ inquit, ueni mittere in terrã, & quid uolo nisi ut arde
Nabucho at? Hic idem diabolus Nabuchodonosor est rex Babylõis.
donosor. Nabuchodonosor, sedẽs in angustia agnita exponit̃. Diabolus em̃ creatori suo rebellis, q̃uis agnoscat errorem suũ: qua tamẽ superbia est, nunq̃ adduci potest, ut ip̃m peccati pœniteat. Rex aũt est Babylonis, in illos exercens imperiũ qui errore aliquo confusi sunt: nam Babylon cõfusio dicit̃. Hic obsedisse hierusalẽ describitur, hoc est hoi fideli tetendisse insidias, proprijs tamẽ uiribus ciuitatẽ capere nequi

nit, donec rex Ioachin.i. rationalis animæ pars ultro se illi tradidit. Captus igitur Ioachin iste, qui capi uoluit, de Hierusalē transfertur in Babylonē, de uirtutibus ad uitia. Itaq; nisi nostra sponte manū dederimus diabolo, & eius maligna suggestioni cōsenserimus: oppugnare quidē arcē animæ nostræ poterit, expugnare nō poterit: & hæc sane sunt publicæ potestatis magis insignia noīa quibus illū dignū nō sua merita, sed hoīm pctā fecerūt, ueniamus ad priuata

¶ De nominibus dæmonum priuatæ conditionis. Caput. XIIII.

PRimogenita Aegypti sunt dæmones inter omēs nequitia primi, dicente dño: Meum est omē primogenitum, ex quo percussi primogenitos in terra Aegypti: sanctificaui mihi quicquid primum nascitur in Israel. Certe nisi dñs noster Iesus Christus primogenitos Aegypti percussisset, principatus (ut apostolus ait) & potestates aduersas traducens & triumphans in cruce, sanctificatio eius, qui est primogenitus omīs creaturæ, ad nos peruenire minime potuisset. Qui ergo non uult cum primogenitis Aegypti percuti, permaneat in benedictione primogeniti Christi, ut saluus sit. Hi etiam Sydonij nominanī.i. uenatores. Qui autem homines erunt & non bestiæ, Sydonio℞ istorum uenatione capi non poterunt. Ad bestiarum eñ, non ad hominum capturam pertinet uenatio. Ille tamē ex homine in pecudem uertitur, qui peccat: dicente propheta Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Hi etiam Chaldæi nuncupantur, quos in Abacuc propheta se suscitaturū minatur dñs aduersus iusto℞ contemptores. Ecce, inquit, ego suscitabo Chaldæos, gentem amaram & uelocē, ambulantē super latitudinē terræ, ut Possideat tabernacula non sua. Chaldæi quasi dæmones, uel quasi feroces interpretantur, & quoniā per latitudinē ambulāt quæ ducit ad Perditionē, tu tibi econtrario uiam arctam elige quæ ducit ad salutē, & Chaldæi isti non ingredientur tabernaculū in quo habitare uiderint Christum, sed tabernaculū uirtutibus uacuū & uitijs patens; hoc est, praui hominis animā,

Primogenita ægypti.

Sydonij

Psal. 48

Chaldæi

Abacuc. 1

quæ ante peccatum dei erat, post peccatũ uero data est sathanæ in possessionẽ, ut sua sit per reatum, quæ sua non est per naturam. In eodem propheta malignos spũs etiam Aethiopum uocabulo significatos constat. Pro iniquitate, inquit, uidi tentoria Aethiopiæ. Tentoria Aethiopiæ sunt oẽs iniqui, increduli, impudici, auari. In his eñ habitãt horum carnibus uescuntur. De eiusmodi hoie in psalmo ẽ dictum: Dedisti eum escam Populis Aethiopũ. De iusto autem & fideli dicitur: Coram illo procident Aethiopes: horum interpretatio tenebrarũ & caliginis est. Quam ergo miserum est, q̃ oĩ calamitate infelicius, seruire tenebris, & a deo qui lux est recedere? Dæmones præterea sunt gygantes, quos in Esaia aduersus Babylonẽ, id est animã in peccatis confusam a dño suscitandos legimus. Sunt etiã calumniatores, ut in psalmo: Humiliabit calumniatorem. Vir etiã iniquus, & homo inimicus est dæmon: ut in psalmo: A uiro iniquo eripies me. Et in euangelio: Inimicus homo in medio tritici superseminauit zizania. Idem est Barrabas, qui adhuc inter Iudæos homicidia peragit incredulitatis. Et ne ignoremus angelũ aliquãdo dei fuisse, post reatum etiam angelus noiatus est: nõ tamẽ bonus, sed malus: non dei, sed diaboli. Vt est illud in psalmo: Immissiones per angelos malos. & illud in euangelio: Ite maledicti in ignem æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Qui quoniã transfigurat se aliquando (ut apostolus ait) in angelum lucis, prudentia opus est ad ignoscendos spiritus. Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Quoties mali aliquid uel a fide alienũ suggerere cœperint: certũ erit, sub illa luce dæmonis tenebras latere, & simplicibus laqueum intendi.

[Margin: Abac. 3. — Aethiopiæ — Psal. 71 — Gygantes. — Calumniatores. — Vir iniquus — Homo inimicus. — Barrabas. — Angelus malus.]

De denominatione demonum a rebus inanimatis. Caput. XV.

Postremo ut apertior eius nequitia sit, nonnulla nomina etiam a rebus inanimatis sortitus est. Nam & gladium & clypeũ appellatum in sacris literis apparet. In Ezechiele: Gladius exacutus & limatus ut cedat uictimas. Et paulo post: Veniat, inquit, gladius regis Babylonis. Hoc gladio impios concidendos minatur dñs, nisi cor-

[Margin: Gladius. — Ezechi. 21]

rigant. In Naum propheta dicit: Clypeus fortiũ eius ignis. Ille ignitus clypeus homines urget in libidinem, ut p stupra adulteriaq; traductos mactet gladius exacutus. Turpis em̃ uoluptatis finis est interitus: breuissimum est quidem quod delectat: quod aũt torquet & excruciat, æternũ est. Rursum in Ezechiele mons Seir nuncupat: Hæc dicit dñs deus: Ecce ego ad te mons Seir, et extendã manũ meã sup te, & dabo te desolatum atq; desertum. Seir interpretat hispidus, & pilosus. Diabolus quippe Esau pilosi ptes secutus aduersus populum Iudæ. i. confessionis, illos uidelicet qui Christum confitebantur, sese erexerat: & montis instar superbia elatus regnabat inter fideles. His aũt ad Christum conuersis, ille desolatus est & desertus: quod futurũ de eodem monte Zacharias quoq; uidit cum diceret: Quid tu mons magne? coram Zorobabel in planum. De Zorobabel enim natus est Christus, cuius uirtute concidit regnum diaboli. Hic ille mons est, de quo etiam in euangelio dicitur: Si habueritis fidẽ ut granũ synapis, dicetis mõti huic transi hinc, & transibit. Non itaq; montes p fidem transferendos dixit dñs: quid em̃ id iuuaret? sed diabolum repellendum. Reor hunc ipsum ab apostolo profundũ dici ubi ad Ephesios scribens ait: Vt possitis cõprehendere quæ sit latitudo & longitudo & profundum & altitudo: hoc est, ut queant intelligere & ista media quæ in latum longũq; tendunt, & quæ in imum potestates inferas. & quæ in sublime, angelicas uirtutes: ut uidelicet presentia bñ disponãt ratiõe futurorũ: in quibus necesse est, aut supplicia pati, aut beatitudine perfrui. Ad hæc pluuiam illam & flumina & uẽtos in euangelio, quorũ impulsu domus male fundata euertit dæmones esse intelligimus: qui neminem quidem supplantãt facilius, q̃ eos qui in se, cũ solubilis arena sint, confidunt: & Christo qui petra ueritatis est, non innitunt. Diabolus p̃terea uia pctõrũ dicitur, dicente psalmista: Via pctõrũ dsipdet. Et alibi: Via impiorũ peribit. Si diabolum seq desieris, & Christo cœpis adhærere, uia pctõris peribit & anima pœnitẽtis erit salua. Idẽ hũani gñis ppetuus hostis etiã olla ardens dicit, dicẽte Hieremia: Ollã succensam


O

ego uideo. In ea excoquendi sunt habitatores terræ, & nō peregrini neq; aduenæ, quorũ conuersatio in cœlis est. Idē
Deut. 30 postremo mors appellatus est, dicēte domino: Ecce posui
Mors. ante oculos tuos uitam & mortem, hoc est, me uitam, & diabolum mortē. Si ergo Christum tibi elegeris, uiues: si diabolũ, morieris, de quo apls etiã dixit: Nouissimus inimicus destruetur mors. Illis duntaxat destruetur, qui a dextris iudicis consistere iussi erunt. Aduersum sanctos enim nullum ius ultra diabolo erit, ne tentandi quidem. Quoniam hi cum Christo ibunt in uitam æternam, diabolus autẽ & angeli eius & omnes impij in ignem æternum. Ac ne plura id genus perquirere otiosum sit, hic ille est, cui nomina mille, mille nocendi artes. Cuius uiribus quis resistet, cuius insidias quis euitabit, nisi qui fidei speiq; & reliquarum uirtutum armis munitus fuerit: & cum aduersario cōgressurus uincendi fiduciam non in se, sed in deo habuerit? Hæc de nominibus, nunc reliqua distinctius dispositiusq; consyderanda sunt

¶ Quod tentationes pati necesse sit, maxime circa principia conuersionis. Ca. XVI.

Quamdiu in corpore uiuimus, aut a diabolo, aut a sensuum nostrorũ concupiscentia molestias pati ne-
Eccl. 2 cesse est. Propterea quidē in ecclesiastico est scriptum: Fili accedens ad seruitutem dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tētationem. Et in Iob
Iob. 7 Tentatio est uita hominis super terram. Ille uero qui uitã magis religiose ducere decernit, maiorem sustinet dæmonum inuidiam. Nam cum ipsi a deo recesserint, ei maxiē irascuntur, quem deo proxime accedere animaduertunt.
2. Timo. 3 Vnde apostolus: Omēs, inqt, q uolũt pie uiuere in Christo Iesu, psecutionē patiunt. Eos etem nequissimi spũs uel per insomnia illudere contēdunt, uel p horrēdas apparitiones terrere, uel per blandimenta turpis uoluptatis irretire: & quamuis uicti semper discesserint, semper rursum ad pugnam armantur, semperq; occasionem nocendi quærentes nusquã absunt, repulsi astant, fugati redeunt: dicta factaq; nostra, gestus insuper ac motus speculanturquæ si

ad malum inclinari uiderint, lætantur, & modis omnibus ad perpetrandum scelus urgent: in summa facere quippiam nequimus, quin illi omni loco, omi tempore circa nos sint, nobiscum commorentur. Sic filij Iuda superare quidem Lebusæum potuerunt, delere non potuerũt, unde cũ eis etiam habitasse dicitur. Sic filij Ephraim & Manasse Iosue. 15 subiecisse certe sibi Chananęum feruntur, non tamen eum Iosue. 16 interfecisse. Tentationes igitur uincere possumus, ne autem tentemur efficere non possumus. Iosue. 17 Quod si dominum serpens tortuosus & in omne nefas confidentissimus, tentare ausus est, quanto magis domini seruos? Nunquid nõ in euãgelio legimus, ꝙ ipsos etiam dñi apostolos inuasit quandoqꝫ tentatio, nec inuasit solum, uerum etiam superauit? Iudam uicit auaritia, Petrum timor, filios Zebedæi honoris appetito, quosdam quis ex ipsis maior esset contentio, quosdam dominicæ resurrectionis in credendo ambiguitas. Ex omnibus tamen unus Iudas perijt, quia ueniam desperauit. Cæteris uero benignitas domini subuenit, ueniamqꝫ indulsit: quia & ambitionem conuerterunt in humilitatem, & contentionem in concordiam, & dubitationem in fidei firmitatem, & metum in audaciam, etiam inter sæuientes tyrannos Christum confitendo. Datus erat et Paulo angelus sathanæ, qui eum colaphizet: unde exclamans ait: Non est nobis colluctatio aduersus carnem Ephe. 6 & sanguinem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus rectores tenebrarum harum, aduersus spiritalia nequitiæ in coelestibus. Quomodo enim fortissimi athletæ uirtus probaretur, nisi ipse contra fortissimos dimicaret? Nobis uero ut minus perfectis ex diuina dispensatione minor incumbit lucta. Adhuc enim & aduersus carnem pugnamus, & dæmonum inferiorum insidias patimur, quoniam nondum tãtum uirium cõcepimus, ut cũ principibus & potestatibus manũ cõferere ualeamus. Procerũ ecclesiæ istud certamen est, ut cum potẽtibus pugnando plus gloriæ referãt ex uictoria. At uero postq̃, carnis desyderia pietatis ac iustitiæ studio mortificauerimus, tũc et ipsi poterimus dicere: Nõ ẽ nobis colluctatio aduersus car

nē & sanguinem. Interim si in hac leuiore ac proletaria pugna nō uicerimus, quō in magis graui bello pncipū atq; rectorū uincemus? Porro si strenui militis operam in turba præstiterimus, iā certe altius promoueri merebimur, ut uidelicet inter decuriones, uel centuriones, uel tribunos etiā ac duces censeamur. Quod si peruenire cupimus, ipsa militiæ nostræ rudimēta atq; principia fortiter cōstanterq; nobis exequenda sunt, nec committendū, ut a lixis & calonibus uincamur, qui principes quoq; eorum optamus Christo adiuuante subiugare, ut quo difficilior fuerit uictoria, eo maius quoq; speremus præmium.

De duobus tentationum generibus. XVII

TEntationum aūt duo sunt genera. Aut em̄ a deo tentamur ut probemur aut a carne & diabolo, ut peccemus. Tentauit deus Abraham ut obedientissimū sibi esse ostenderet. Tentauit filios Israel, quemadmodum in Deuteronomio legitur, quadraginta annos per desertū deducendo: ut notū foret, quantæ cōstantiæ sint in illis obseruandis, quæ sibi mandata præceptaq; erant. Vnde in
Psal.65 psalmo dicitur: Probasti nos deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. Igitur tentatio domini, tentatio probationis est, nō malitiæ neq; præcipitationis. Qua
Iaco.1 propter Iacobus apostolus ait: Nemo cum tentatur dicat, quoniam a deo tentatur & ne ambiguum relinqueretur, de qua tentatione hoc diceret, subiunxit: Deus enim intentator malorum est, ipse aūt neminem tentat ad malum: unusquisq; uero tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus: deinde concupiscentia cū conceperit, parit peccatum: peccatum uero cum cōsummatū fuerit, generat mortem. Tentatio ergo carnis & diaboli semper prouocat ad peccandum. Quare de istorū tentationibus nobis assidue aduersantibus nunc est tractandū: & prius quidem de ipsa diaboli tentatione, q carni simul insidiatur & spiritui. Aperiamus igī dolos eius tendiculasq; & laqueos, ut deprehensis inimici fallacijs facilius euitetur mortis periculum, &
Diabolus certius uitę ęternę bonū speret. Hic est ille deterrimus Pharao, q nos uetat exire de ægypto, seculiq; uanitatibus renū

ciare, & Moysen sequi in desertum, ac tandem Iesu duce promissionis terram intrare. Hic est leo rugiens, qui circuit quærens quem deuoret. Hic est fur & latro, qui non uenit nisi ut furetur & mactet: hic est denique lupus rapax, dominico ouili semper insidiãs, rapiẽs et dispergens, & nullo unquam sanguinis haustu satiatus: nũc promissis allicit, nunc terret minis, nunc assentatione blanditur, nunc etiam uerberibus compellit. Promissis quidem primos nostros parẽtes prostrauit. Eritis, inquit, sicut dij, scientes bonum & malũ, & nequaquam moriemini. Minis aũt grassatus est in martyres pariter & uerberibus, cum idolatras ut in eos desæuirent concitasset. Primi nobis documẽto sunt, ut neque blandimentis neque pollicitationibus eius ullam adhibeamus fidem. Secundi ut omnia prius extrema pati parati simus, quam deo peccare. Nec bellum igitur minanti pareas, nec pacem offerenti credas. Pax eius pax Ismahelis est qui Godoliam amice inuitatũ nihilque mali suspicantem inter epulas interemit. Hiere. 14 Bello autem neminem superat, nisi qui inductionibus eius assentit: denique quicquid agit, quicquid molitur, eo tendere noueris ut fallat, cumque deceperit, ut interimat, & quidem morte illa quæ semper cruciat, & mori cupientes, mori nunquam sinit. Idem signis etiam præstigijsque mentem hominis nititur obstupefacere, trãsmutatque se in angelum lucis, ut cum dei angelum uel sanctorum aliquẽ esse credideris, facere non dubites quod imperauerit. Apparet aliquando sub specie comptæ formosæque mulieris, ut ad libidinem incendat: aliquando monstrosum & horribilem se ostendit, ut exterreat. Tu ergo tantæ malignitatis atque fraudis non ignarus diligenter animũ aduerte, atque tecum tacitus examina, quo tẽdant eius uerba, quid gestus exigant, quo alienæ imaginis figmenta prouocent & caue nequid cõmittas, aut a fide alienũ, aut ab honestata diuersum, aut uoto castitatis contrarium, neque ut susceptũ pro amore dei uitæ profectioris propositũ uanis inimici terroribus agitatus derelinquas. Nihil tibi diabolus nocere poterit, quamdiu tu cum deo tuo constanter ambulaueris, dicẽs: Dñs mihi adiutor & ego despiciã inimicos meos. Fortior

Iosue.5 cunctis dæmonibus est, q innocẽtiam seruat & in deo cõfidit. Quod si etiam uerus tibi de coelo angelus uel sanctus aliquis apparuerit, nihil offendes inquirendo, an uere is sit qui uidetur. Iesu Nauæ uir multæ pietatis atq; fidei, cũ uisibili specie angelus ei occurisset, nõ dubitauit interrogare illũ, dicens: Noster es an aduersariorum? nec ante iussis eius
Iudicũ.6 obediuit, q̃ q angelus dei esset, cõpertũ habuit. Gedeon quoq; ad liberandũ ab hostili uastatiõe populum electus angelum uidit, loquentemq; audiuit, & tñ da mihi signũ, inquit, q tu sis q loqueris ad me: accepto aũt signo credidit: uterq; tibi exemplo sit, ne uisis eiusmodi nimis cito fidẽ adhibeas, donec argumento aliquo tibi ueritas constet. Tum si qua adhuc residua erit suspitio, illi qui ætate & sapientia p̃stant, erũt consulẽdi, ex eorum sentẽtia iudiciũ faciendũ. Arrogantis est dubijs in rebus proprio sensu niti, & aliorum nolle audire cõsilia: facileq; erroribus patet, qui suæ semper plus tribuit, q̃ prudentiæ alienæ. Vbi aũt non auri neq; argenti, sed quod his p̃ciosius est, animæ periculum imminet, etiam tuta metuere sapientis est.

Quod diabolo imminutæ sint vires. Ca. XVIII.

VErũtamen si qua solito grauior ingruerit tentatio, non cadamus animis, imminutæ sunt diabolo uires in saluatoris nostri aduentu, ipso dicẽte: Nũc iu
Iohan.6 diciũ est mundi, nũc princeps huius mundi ejcietur foras: Eiectus est enim de cordibus multorum qui idola colebant: desijt ille nequam ita late regnare ut solebat, nec iam tantũ in se confidentię alit, licet arrogãtissimus sit, & audito tantum Christi nomine contremiscit. Postremo ita ille diuinæ erga nos miserationis constringit freno, ut nocere nisi per-
Math.8 missus nequeat. Nam si expulsus ab hoĩe intrandi in porcos non habuit potestatem, donec concessit ipse cuius iussu pellebatur, quanto minus offendere poterit hominẽ nisi deus uoluerit. Bono igitur animo simus & certissima uincendi spe ad pugnam accigamur. Dñs noster nõ sinet nos tẽtari supra id quod ferre possumus, sed faciet (ut apls ait) cũ tentatione prouentum, ut possimus resistere. Permisit sane etiã patiẽtissimũ uirum Iob tẽtari & calamitatibus affici

non ut diabolo faueret sed ut hominis uirtutem manifestam faceret. Nō potuit inimicus neq; opum rapina, neq; filiorꝝ orbitate, neq; corporis in tabē cōuersi morbo, illius uincere cōstantiam, & quem deijcere sperabat, ei maioris gloriæ adipiscendæ præbuit occasionē: ut inter erumnas beatior fieret, q̃ cum prosperitatibus abundaret. Quis eñ ante hac patientiam eius laudauit, quam postea oẽs admirati sunt? Hæc est igitur causa quare nobis dñs dederit aduersarium, quare ab eo nos tentari uoluerit, ut uidelicet cum uicerimus, milites suos impator benignissimus tanto magis remuneret, quanto magis prompte ac strenue certauerimus. Ad pugnam quippe non ad quietem in hoc terræ theatro missi sumus, ut neq; fortes nisi p̃cedētibus meritis mercedē accipiant, neq; ignaui mulctam, nisi cū ab hoste uicti apparuerint. Non est otiosa dei militia: placuit ei fideles suos laboribus, fatigatiōibus, erumnis, persecutionibus, malorꝝ odijs iniurijsq; expiri. Vnde angelus ad Tobiam: Quia acceptus eras deo, inquit, necesse fuit, ut tētatio probaret te. Idcirco nec in oratione dñica petimus ne tentemur, sed ne inducamur in tētationem, & seducti uiã salutis relinquamus. Quam rem petendo aperte ostendimus, nos quidem ad repugnandum impares esse, nisi ipse adiuuet, qui solus pōt oĩa. Qui etiã infirmitatē nostrã miseratus contra angeli mali uim atq; uersutias unicuiq; nostrum angelum bonum dedit, qui regat, qui custodiat qui a neqtia auocet, & occultis consciētię stimulis ad uirtutes capessendas impellat. Et si tanta est deo cura salutis nostrę, ut suos angelos pedagogos nostros esse uoluerit, haud multū timēdus est mortis machinator diabolus q̃a semp uicemus si angeli de cœlo nobis missi monitis inspiratiōibusq; parebimus, & a dñi nr̃i mãdatis nūq̃ discedemus. Omnem igit̃ uincēdi spem in deo collocemus: & quoties uincimus, ei soli uictori gloriã dedicemus, ei gratias agamus, dicamusq; cum psalmista: Tu humiliasti sicut uulneratum superbum, in brachio uirtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.

Tobiæ. 12.

Psal. 88

¶ Quomodo vincitur tentatio. Ca. XIX.

INuidia diaboli mors introierat in orbē terrarū, sed hac morte per Christū liberati sumus, & ad uitā, quā propter preuaricationē primorū parentū amiseramus reuocati. Gaudebat inuidus ille sanctissimos etiam uiros in infernum descendere, & quasi uictor, quia primos uicerat, de om̄ibus triūphare. Sed gaudium istud uersum est ei in luctum. Ligauit fortem fortior dn̄s, & domū eius intrauit & uasa eius diripuit, suo aduentu absoluens illos q̄ in carcere uincti tenebant de tenebris transferens in lucē. Quin etiam uulgata euangelij ueritate regnum mundi eripuit diabolo, quo magis ille doleret, ne in gētibus q̄dem ius esse sibi relictū, om̄ibus iam a falsa ad uerā religionē cōuērsis. Hac ergo potestate atq; hoc regno priuatus, q̄d ageret, quo se uerteret, nesciebat. Rursum tamen nouo fraudū genere usus, in illorū qui conuersi erant cordibus (ut supra est dictū) inserere hæreses cœpit: ut in q̄bus idolatria iam defecerat, non deesset mendax de uera religione sententia: atq; ita non paucos, quibus in credēdo mens leuior erat, subuertit. Quos aūt firmos ac stabiles in fide uidit, eos perniciosæ uoluptatis illecebris ad peccādum prouocare cœpit: ut quos fidei defendit synceritas, mandatorum saltem transgressio condemnet. Nos ergo qui in Christum credimus, qui dei filiū confitemur, tantæ in nos inimici inuidiæ nō ignari, quoties delinquendi concupiscentia mentē sollicitare cœperit, meminerimus dolos esse carnificis nostri, nihilq; agamus, in quo deum offendi nouimus, & ob quod si egerimus, de altitudine paradisi quā speramus, in abyssum inferni quam timemus, deturbandos nos esse certum sit. Cum itaq; molestior difficiliorq; sese ingesserit tētatio, & cordis intima lacessere cœperit, tunc ieiunium nobis pro scuto sit, pro gladio oratio: dicente dn̄o: Hoc dęmoniū non eijcitur nisi in ieiunio & oratione. Nam & ipse dn̄s tunc ieiunabat, cum tentatorem uicit. Et idem: Vigilate, inquit, & orate, ne intretis in tentationē. Apostoli quoq; cum naufragium timerent, dormientē illum clamoribus excitant. Adiuua nos, inquiūt, domine, perimus: tunc ipso uentis fluctibusq; imperāte facta est trāquillitas. Nulla est

Igitur tam grandis tentatio q̃ deum deprecando non uin ces: & rursum nulla tam parua, a qua non superaberis proprijs uiribus confidendo. Quare in deo sperans ora, & dic: Velociter exaudi me dñe, defecit spũs meus. Eripe me de inimicis meis, ad te confugi, doce me facere uoluntatem tuam, quia deus meus es tu. Quod si sanctus propheta sic orabat, quõ peccator poterit resistere, nisi & ipse instanter orauerit. Igitur quanto uiolentiorem motũ intra te senseris, tanto ardentius auxiliũ inuoca. Iosaphat ab inimicis circundatus clamauit ad dñm, & illis protinus auersis periculo liberatus est. Ita & tu, si toto cordis affectu precatus fueris, inimici aduersum te machinamenta statim dissoluentur, teq; omni molestia liberum ac pristinæ quieti restitutum continuo cognosces. Cunq; hoc tibi contigerit, deo gratias age, qui tam cito sathanam pedibus tuis subiecit. Nisi em̃ ille opem tibi laboranti miseratus attulisset, nunq̃ uicisses. Tanta est autem dñi nostri erga nos benignitas, ut etiam pro eo quod ipso adiuuante uincimus, remuneret uictores, & suum beneficium in nostrum transire patitur meritũ: modo post uictoriam ne insolescamus, sed humiles ac submissi de om̃ibus ei laudem demus. Ita em̃ etiam pro his quæ domino tribuerimus, ipsi præmium merebimur atq; mercedem.

Psal. 14

2. Paral. 18

¶ De tentationibus carnis. Ca. XX.

NVnc quoniã paris periculi est, a proprijs cupiditatibus per carnis blandimenta superari, qualiter cũ his quoq; nobis decertãdũ sit uideamus. Caro em̃ concupiscit aduersus spiritũ, spiritus aũt aduersus carnem: hæc sibi inuicem aduersantur: ut quæcũq; uultis, illa faciatis. Hæc apostolus. Deinde quis utriusq; finis sit ostendens ait: Manifesta sunt opera carnis, quę sunt fornicatio, immũditia, luxuria, idoloꝝ seruitus, ueneficia, immicitiæ, contẽtiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ homicidia, ebrietates, comesationes, & his similia, q̃ prædico uobis sicut prædixi: quoniã qui talia agũt, regnũ dei non consequentur. Expositis aũt quæ carnis sunt, continẽter enumerat quę ad spiritũ referuntur. Fructus, inquit, spi

Galath. 5

ritus est, charitas, gaudiũ, pax, patientia, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Ex his perspicuum est, q̃ta sit diuersitas inter carnẽ & spiritũ, cũ alteri uitia, alteri tribuantur uirtutes. In medio istorũ anima libertate sui arbitrij utens in quam partẽ uoluerit, potest conuerti. Sed si carni consenserit, regnũ dei non possidebit: sin uero spiritũ suũ, id est, innatũ sibi rationis lumẽ secuta carnis appetitionibus repugnauerit, uicto aduersario mercedem capiet æternę beatitatis. Quãobrẽ spiritu, inquit, ambulate, & desyderia carnis nõ perficietis: hoc est, bonũ q̃d ratio suadet, mali cupiditas ne destruat. Qui eñ sunt Christi, carnẽ suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Quos ergo concupiscentiæ superãt, & quibus caro dñatur hi nõ sunt Christi. Neq; eñ fieri potest, ut aliquis & seruus Christi sit, & uitiorũ mancipiũ. Si spiritu, inquit, uiuimus, spiritu & ambulemus. Qui sit aũt iste spiritus, quo uiui-
Ioan. 6 mus, declarat saluator in euangelio, dicens: Verba quæ ego locutus sum uobis, spũs & uita sunt: caro non prodest quicq̃. Domini igitur nostri præcepta spũs & uita sunt: ea obseruando uiuemus: carni aũt quæ non prodest, consentiendo mori necesse est. Caro enim absq; spũ uiuere nõ potest. Tunc autem absq; spiritu est, cum a mandatis diuinis se auertens propriam sequitur uoluntatem, & pecudũ more præsentia appetit, futura non consyderat: uisibilium amore capitur, inuisibilia contemnit: neq; quod ratio discernit, sed quod appetitio suggerit sequitur. De qua car-
Psal. 37 nis uiolentia conquæritur Dauid, & ait: Miser factus sum & curuatus sum usq; in finẽ: tota die contristatus ingrediebar: quoniã lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non
Roma. 7 est sanitas in carne mea. Et apostolus: Condelector, inquit legi dei secundũ interiorem hoiem: uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dñm nostrum: igitur egoipse mente seruio lege dei, carne autem lege pecca-
Quæritur ti. Quæris quare contrariæ inter se uoluntatis sint spũs &

caro? quia caro ex Adam qui peccauit propagata est: animam uero & spiritũ non ab Adam, sed a deo accipimus. Idcirco spiritus expetit ea quæ deo placent: caro aũt magis illa concupiscit, quæ ipsam delectant: & ad peccandũ est prona, quia traducitur de peccato: tantaq; eius uis est aduersus spiritũ, ut luctanti repugnare spiritus ipse p se nõ sufficeret, nisi uirtus diuina quæ illum creat, & creando infundit, & infusum conseruat, etiam periclitantem adiuuaret. Quis me liberabit, inquit apostolus, de corpore mortis huius? hoc est, de corpore in quo primi parentes nostri cum nõ obedissent deo, mortui sunt: respondet & ait: Gratia dei per Iesum Christum. Nos igitur in Christum credẽtes, a carnis uiolentia non nostræ uires, sed diuina liberat gratia. Quamuis autem ab Adæ maledictione tunc absoluimur, cum in Christo per baptismum regeneramur: manet tamẽ in nobis fomes peccati, ut hi qui Christi sunt, in certamine suæ carnis probentur: & qui uicerint, eo ascẽdant, ubi æternæ pacis ineffabili bono perfruantur. Hac tanta ergo proposita mercede constanter pugnemus, & omnes perniciosæ cupidinis ictus perseueranti conseruandæ innocentiæ studio irritemus. Quod si & a bestijs & ab hominibus, & ab omni prorsus periculo nos defendimus ac tuemur, ne uitam istam breuissimam ac miseriarũ plenam amittamus, quanto acrius improbis præsentium uoluptatum appetitionibus renitendũ est, pro uita illa felicissima & immortali, quam talium appetitionum uictoribus in mercedem tribui certissimum est. caro aduersatur spũ

¶ De remedijs contra carnis tentamenta. Caput. XXI.

ET quoniã malũ illud quod caro suggerit, cogitatio concipit, cogitatio ipsa q̃primum cohibenda est, ne pariat quod conceperit. Vipereum intra te foetũ ne sinas crescere. Solet adultus uenena effundere, & animã hominis enecare Protinus abige pestiferam cogitationẽ dum paruula est. Dum parum uirium habet, non difficulter opprimitur, sponso in canticis dicente: Capite nobis uulpes pusillas, exterminantes uineas, & uineas Canti. 2

nostræ florebunt. Cum enim uitiosa extinguitur cogitatio, animus ad prosequendū uirtutum propositū uegetatur, et saluberrimis uitæ fructibus exuberat. Cæterum si malarum cogitationum insultus nō ita crebros, neque ita uehementes pati desyderas, claude fenestras sensuū tuorum, per quas mors ad animā ingredi consueuit. Auerte oculos ne uideant uanitatem. Sepi aures tuas spinis, & linquā nequam noli audire. Pone ori tuo frenos, ne in uerbo labaris, neque gulę aliquid ultra necessitatē indulgeas. Naribus odoramenta luxuriæ subtrahe. Manus contine, ne quē iniuste offendas, neue quid impudice tangas: denique modis omnibus obserua & caue, ne extranei portas Hierusalem ingrediantur .i. animæ tuæ domiciliū. Et si ingressi fuerint, cura ut expellantur; neque malignos cogitatus ibi remorari sinas, ubi cum inualuerint, perniciem generant. Veruntamen sæpe fit, ut ipsi cogitatus etiam inuitis nobis ingerant sese, & suapte ui ab ijs quæ iusta atque honesta sunt, auertere animum nostrum tentent; ac quemadmodū paralyticus ille in euangelio, qui portabatur, non poterat præ turba offerri saluatori ut curatur: ita nobis cogitationū quoque officere solet cōgeries; ut nō quod uolumus, sed quod uolumus aio uoluamus: tūc inter orandū quid linqua loquatur, mens non attendit; et cum corpore in ecclesia simus, animo foris per diuersa uagamur. Huic ingruenti turbæ totis uiribus reniti decet, & non cedere, neque si mali quicquam suaserint consentire. Quod ut succedat, eorum industriam, qui paralyticū gerebant, imitari oportet. Illi tecto domus in qua Christus erat, patefacto, ægrotū coram Iesu submiserunt, & morbo receperunt liberatum. Nos quoque abiecta terrenarum rerum cura culmen coelestis contemplationis inscendamus, & per ea quæ creata sunt, mente ingressi inueniemus creatorē: & cū inuenerimus, ei nos reuerenter submittamus: ut quod altitudo meditandi contulerit, humilitas deijciendi sese conseruet: & mens iam sanata gaudeat se iam obstantis turbæ impedimēta non sentire. Quanto minus mortalia curabimus, tanto etiam minus cogitationū secularium stimulis inquietabimur. Quisquis autem ab his crebro ac frequenter

Mar. 2

sollicitatur, reor ꝙ nondũ ut debet, seculo renunciarit, sed aratrum tenens adhuc post tergum respiciat: si non respiceret, non iam preterita neq; præsentia, sed futura cogitaret. Abscidamus igitur & proijciamus procul a nobis mẽbra scandalizantia, nulliusq; rei afficiamur studio, quæ proposítum uitæ sanctioris turbet, & charitatis ardorẽ, quẽ deo debemus restringuat. Si oculus dexter scandalizet te, erue eum, si manus dextera, abscinde illam. Membra ista carnales affectiones sunt, quibus quidẽ si dextræ fuerint, non illicite utimur, ueruntamẽ si a spiritali contemplatione uel actione auocent atq; interpellent, repelli debent. Quę enĩ propter se licita sunt, si una cum illis meliora periclitantur, illicita erunt. Quod si ea etiam quæ dextra sunt, quoties impediunt, abscindi iubeantur, quãto magis illa quæ sinistra sunt .id est. quæ mala sunt, declinare ac fugere debemus, & eisdem neq; oculũ intendere, neq; manũ porrigere, ut neq; cogitemus aliquid prauũ ac detestabile, neq; faciamus. Restat igitur ut & malis præferantur bona, & bonis meliora, si ad summũ bonum uolumus peruenire. Cũ præterea continentiã sp oppugnet lasciuia, & liberalitatem auaritia, & humilitatẽ ambitio, & breuiter probitatem nequitia, assiduum nobis cum uitijs bellum est. Nunquam igitur quiescamus, semper repugnemus: q̃ diu repugnamus, uincimus: quoties autem quiescimus, non quiescente aduersario superamur: irruentibus malis dissipantur bona, nihilq; homini illi relinquitur, qui carnis cupiditatibus ultro se subijcit: euenitq; ei quod dictum est per prophetam: Residuũ erucæ comedit locusta, residuũ locustæ comedit brucus, residuum bruci comedit rubigo: aut quid boni in illo remanere poterit, cui uitia dominantur? Strenuis aũt & accinctis, assidueq; contra improbæ uoluptatis illecebras luctantibus tuta sunt omnia. Neq; enĩ superseminatur zizania in medio tritici, nisi cũ otio dediti dormimus, & a custodia bonę frugis cessamus Atq; ideo sane uigilare & orare nos iubet dñs, ne tentationibus succumbamus: hoc est, diligentes esse & intentos, & sollicitos, ne per desidiã spũs, caro, q̃ ancilla esse debet,

Matth. 5

Iohel. 1

ēnari incipiat, & prævalere permittatur Madian aduersus Israel: is uidelicet qui se cultui dedicauit diuino, subuertī si natur a nequitia. ¶ De reparatione lapsi. Ca. XXII

CAeterum si quando uicti superatiq; fuerimus, ad pœnitentię remedia conuertamur: nec desperemus aduersus uictores uictoriā, si ab ijs quibus manū dedimus, deficere uoluerimus, atq; ad illa transfugere, quę insipienter dereliquimus. Tunc eñ speciosa deserti quæ peccatoꝝ ignis absumpserat, rursum germinare & bonorum operū fructu abundare cernemus. Ciuitas a rege magno obsessa (ut Ecclesiastes ait) a paupere uiro, sed sapiente liberatur. Quis aūt pauperior illo qui uitijs seruit? quis sapientior q̄ qui ab ijs dum licet fugit, & ad studiū se confert uirtutū? Sed ne rursum in eodem luto more porcoꝝ relabamur, non otiose neq; segniter est agendū. Nam sicut per negligentiam uicti fuimus, ita per sedulitatem curam q; certandi uincemus. Cuius rei nequaq; ignarus apostolus admonet & ait: State succincti lumbos in ueritate, & induite loricam iustitiæ & calciati pedes in præparationē euangelij pacis, in omnibus sumentes scutū fidei, in quo possitis omnia tela maligni ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladiū spūs, quod est uerbum dei per omnem orationem & obsecrationem, orantes omni tempore in spiritu, & in ipso uigilantes in omni instantia. Profecto qui armis istis contra carnis infestationes dęmonūq; dolos munitus fuerit, sicut mons sion non mouebit in æternum. Erit ueluti turris fortitudinis a facie inimici, & tanq; nauis ualidis compacta trabibus: pertransiens mare illud magnū & spaciosum, nec fluctibus fracta, nec procellarum turbine subuersa. Si quando tamen ingrauescere carnis pugna, spirituq; uehemētius lacessere cœperit, caro ipsa tenuanda erit ieiunio, fatiganda laboribus, domanda uigilijs, oratio nunq; pernoctationibus quasi uinculis cō stringenda. Durū erit illi cōtra huiuscemodi stimulos calcitrare. Lasciuienti iumēto adde onus, & quietius incedet: subtrahe aduersario uires, & desinet esse molestus. Semp aūt obstandū est principijs. Inueterata eñ difficilius corri-

Eccle. 9

Ephe. 6

guntur, nouella euelluntur facilius, euulsaque arescunt. Praeterea & locū illū & hoiem quantum potes declina, in quo uel delinquendi periculū, uel exercendæ uirtutis impedimentum times. O o o fugite, inquit dn̄s, de terra aquilonis, de terra utiqꝫ in qua charitas friget & abundat malitia: de terra in qua nihil agitur, nihil dicit, nisi quod ad corporis pertinet uoluptatē, & præsentis luxuriæ irritamentū, & multorum scelerū incentiuū. Raro tibi cū seculi amatoribus miscendus est sermo, Quia colloquia mala corrūpunt bonos mores: rarius cū foeminis. Primā foeminā decepit diabolus, illa uirum. Diaboli ergo laqueus est foemina. Quē diabolus per se nō potest capere, per illam capit: fugiendo melius uitabis hoc periculum, quàm resistendo. Zacha. 2

¶ Oratio contra tentationem carnis, et post victoriam actio gratiarum. Caput. XXIIII.

SEd quoniā quocunqꝫ fugerimus, carnis nostræ lucta carere nequimus, in omni carnaliū tentationū discrimine, ad orationū subsidia confugere tutissimū erit. Ad dn̄m igitur supplices confugiamus, quia dn̄s fortitudo plebis suæ, & protector saluationū Christi sui est. Vim patiens loquatur sp̄us & dicat: Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi: doce me facere uoluntatē tuam, quia deus meus es tu. Ab homine iniquo & doloso erue me, ab hoie isto exteriori, qui interiorem hoiem ad similitudinē tuam factū, inique & fraudulenter quærit subuertere, per uoluptatis illecebras, per concupiscētiæ blandimēta trahere me nititur, ut peccē tibi & pereā. Ab his ergo mei tuiqꝫ aduersarij insidijs libera me. Esto mihi in deū protectorē & in locum munitum, ut saluū me facias. Ventū domine ualidū, quo in diuersum impellor metuo, & iam inter frementes undas mergi incipiens ad te clamo. Tu igit̄ miseratus dexterā tuā extende, & sicut Petrum, cum fluctibus operiretur saluasti, ita me de pernicie carnalis suggestiōis ereptum tibi restitue; ut tuā potius uoluntatē quàm meā faciā. Nostra enī uoluntas perdit nos, tua uero saluat semp: fiat uoluntas tua sicut in coelo inter sanctos, ita & inter nos in terra; ut tuis parendo mandatis ad te in coelum ascendere, Psal. 14

& non eis contraria operando in profundũ demergi mereamur. Si sic oraueris, non frigide, sed ardenter, non proterue, sed humiliter, tentationũ constrictus angustijs, exaudiet te dñs, & non dabit in commotionẽ pedem tuũ, neq; dormitabit, qui custodit te. Petite, inquit, & accipietis. Quid tu poscere pigritabis, cum idem dñs & rogari uelit & quod pie rogatur, prompte se daturũ promittat? Si sicut

Psal. 90 decet supplicaueris, circundabit te scuto ueritas eius, nõ timebis a timore nocturno, a sagitta uolante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano. Ipse enim dñs de illo qui fideliter orat, & constan

Ibidem ter sperat, respondens ait: Quoniã in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniã cognouit nomẽ meum: clamauit ad me, & ego exaudiã eum, in tribulatione eripiam eum, & glorificabo eum. Exauditus aũt non solum carnis concupiscẽtias auertes atq; fugabis, uerumetiã uirtutibus magis proficies. Testatur hoc propheta ad deũ, dicens: In quacunq; die inuocauero te, exaudi me, multiplicabis in

Psal. 137 anima mea uirtutẽ. Omnemq; difficultatẽ ab eo adiutus

Psal. 18 ipse idem superaturũ se affirmat, cum ait: A te eripiar a tentatione, & in deo meo transgrediar murũ. Ille ergo postulationibus tuis annuens dicet. Et stabit spũs procellæ, ipse imperabit uentis, & mari, & obedient ei, & turbulentos motus conuertet in tranquillitatẽ. Ille precantibus & periculum formidantibus continuo aderit, dicens. Ego sum nolite timere. Tunc tu naufragio imminenti liberatus, gratias age liberatori, cuius opera factus es teipso fortior atq; aduersus lasciuiẽtes malarũ cupidinũ titilationes inuictus. Ad ipsum igitur mente conuersus dicas: Benedictus dominus deus, qui nõ dedit nos in captionẽ dentibus eorũ, hoc est, in prædam uoluptatũ illecebris delinimẽtisq; uitiorũ: quibus tu impugnabare, ut dño tuo peccares, & cœli terræq; conditoris maiestatẽ offenderes. Ad hæc quoniã diuinis quoq; disciplinis instructus uincere didicisti, ne ingratitudinis arguaris, illud quandoq; tecum repetas: Benedi-

Psal. 143 ctus dñs deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellũ: misericordia mea & refugiũ meũ,

susceptor meus & liberator meus, in ipso speraui, qui subdit populum meum sub me. i. qui carnem meam meo seruire spiritui compellit. Nisi enim ipse certare doceret, ipse protegeret, ipse liberaret, ipse aduersarios nostros nobis subijceret, fragilitas nostra neq; carnis passionibus præualere, neq; dæmonum laqueos euadere unq̃ potuisset. Ingratus est igitur tentationum uictor, qui deo acceptum nõ refert q̃ uicerit: & si laudem uictoriæ sibi arrogare non dubitet, uictus est temeraria inanis gloriæ cupiditate, dumq; se non lapsum fuisse gloriatur, labitur & delinquit. Vnde abhorrens ab ista iactatione sanctus propheta Dauid psal. 115 clamat: Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Si uicisti, humilitatem conserua, & ad dei tui miserationem refer, q̃ non succubueris. Quale autem uictoriæ huius meritum sit audi. Saluator noster tentatus uicit, discessit ab eo diabolus, accesserunt angeli & ministrabãt ei. Quod præcessit in capite, cur non speremus euenturum in membris? quandoquidem quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta esse memorantur. Tentationum igitur uictorem dæmones timebũt, angeli comitabuntur & custodient. Veruntamen non semel aut pluries uicisse proderit: usq; in finem uitæ producẽda uictoria est, ut tandem a domino mereamur audire: Vos estis qui permansistis mecũ in tentationibus meis, & ego dispono uobis, Luc. 22 sicut disposuit mihi pater meus regnum ut edatis & bibatis super mẽsam meã in regno meo. Non est aũt esca neq; potus regnũ dei: edemus ergo & bibemus non corporalia sed spiritalia alimenta, diuini conspectus perenẽ, & nunq̃ defuturam dulcedinẽ, ineffabilisq; claritatis gloriã: & hæc qdem erit militiæ nostræ merces, si modo uictores & nõ uicti de isto certaminis campo, in quo nunc positi sumus, decesserimus:

¶ Quod oportet nos confirmari Christo. Ca. XXIIII.

ATq; is demũ & uitia calcabit, & uirtute proficiet, qui quotidie Christi dñi gesta consyderabit, & per eius uestigia ingrediẽs ipsi q̃ proxie accedere cõtẽ

det. Exemplum, inquit, dedi uobis: ut quẽadmodum ego feci, ita & uos faciatis. Primum igitur in omnibus humilitatem seruemus. Hic enim qui dei filius erat, dignatus est fieri hominis filius, qui deus erat factus est homo. In Bethleem exiguo oppidulo nasci uoluit: & quidẽ non in hoĩm habitaculo, sed in pecudum stabulo: non in cunis colore diuerso picturatis auroq́; linitis, sed in præsepio ad præbenda iumentis pabula lentis uiminibus contexto. Cũq; esset dñs omnium a seruo uoluit baptizari, ac de seipso dixit: Filius hominis uenit, nõ ut ministraretur ei, sed ut ministraret. Apostolos non de stirpe nobilium, sed de piscatorũ genere sibi adsciuit, & eisdem pedes lauit. Hierosolymã intraturus ueterinũ animal asinam ascendit, et cũ pro salute mundi mori uellet, despicatissimũ mortis genus elegit crucem. Talia ergo nobiscũ sæpenumero reuoluentes, nec de stirpis claritate gloriemur, nec uulgaribus coæquari erubescamus: cum omnium unus creator sit, atq; unus pater deus, omnium una generis conditio, una humanitatis natura, una regenerationis gratia: cum deniq; nullum sit hominũ apud deum discrimen, præterq̃ uitæ ac morũ. Quanto autem se quisq; magis humiliauerit, tanto magis merebitur exaltari. Ab eodem obedientiæ quoq; petamus exempla. A parentibus quæsitus rñdet: Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? hoc ideo, ut prius obedientiam præstemus deo, secundo aũt loco parentibus obtemperemus: quibus & ipse se submiserat, teste euangelista, qui subiungens ait: Et descendit cum eis, & uenit Nazareth, & erat subditus illis. Verũtamen si quid iusserint parentes, quod legem offendit diuinam, deo potius pareas q̃ illis: uel si non officit legi, & tamen tibi ad obsequendum deo impedimento est, dimitte parentum imperium, & ad seruitium deo præstandum conuertere. Non est, inquit, me dignus, qui patrem aut matrẽ plus q̃ me diligit. Ad obediẽdum deo inuitat, cum ait: Meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui misit me, ut perficiam opus eius. Et iterũ: Non quæro uoluntatẽ meam sed uolũtatem eius q misit me patris. Et ad patrẽ: Nõ mea

Humilitas.

Obediẽtia

Luc. 2.

Iohan. 4

uoluntas, inquit, sed tua fiat. Hinc discat monachus, se non esse suæ uoluntatis, sed eorum qui præsunt monasterio: ut nō quod ipse deliberat faciat, sed quod illi concesserint. A dn̄o discamus & patientiam. Odia Iudæorum æquo animo tulit quos uno uerbo om̄es pdere poterat: ab his probra, maledicta uincula, flagella, uerbera, contumelias, alapas, atq; sputa sustinuit. Ab his coronari spinis, clauis in cruce configi, felle & aceto potari, lancea cōfodi et occidi passus est. Quin etiam ijsdem qui sibi talia tam immaniter inferebāt ut ignosceret, patrem orauit. Si ipse iustus ab iniustis tanto ludibrio habitus, tam impie dilaceratus, uindictam nō appetijt, sed dimitti eis postulauit: cur tu peccator īimicis tuis irasceris, & ad ulciscendā iniuriā exardescis, cui nulla iniuste queat irrogari, cū q̄tidie dn̄o tuo pecces: nec tm̄ offensæ passus es, quantum delicta tua atq; peccata merebantur? Quoties ergo mali aliqd patimur, protinus ad conscientiā scelerum nostrorum recurramus: & cum non immerito id nobis accidere cognouerimus, patiēter toleremus, & dn̄i nostri exēplo pro inimicis etiā nostris oremus: pro malo reddentes bonum, pro iniuria beneficium. Sic nostra nobis remittentur peccata, & patientiæ uirtus præmio maiore cōpensabitur: & mala quæ passi sumus, in nostrum cōmodū conuertentur. Sed eorum quoq; quæ benefacimus, iactantiā uitare a domino discamus. De monte descendens mundato leproso iniunxit, ne cui diceret. Cæcis etiam sanatis: uidete, inquit, ne quis sciat. Et cum plurimos uario morborum genere laborantes curasset, ne ipsum manifestum facerent præcepit. Cūq; puellam mortuam ad uitam reuocasset, taceri iussit. Nonnulli ex discipulis adhuc terrena sapientes manifesta te inquiunt mundo. Ille aūt ostendens q non quæreret mundi gloriam, sed mundi salutem, dixit: Ego gloriā meā nō q̄ro, est q q̄rat & iudicet. Hic gloriā suā nō q̄siuit, q se ultro ignominiæ ab impijs pferēdæ exposuit. Ille tn̄ gloriā eius q̄siuit, q cū illo erat. Glorificauit em̄ deus hoiem quē assumpsit, a morte suscitādo, icœlū trāsferēdo, q̄d semel assumpsit nūq; dimittēdo, adorādū et angelis, et hoibus proponendo. Iudicauit aūt iudicio dānationis Iu-

Iactantia uitanda.

Luc. 8

Iohan. 8

dæos incredulos, & gentiles in errore obstinatos, & fideles fidē opere destruentes. Quod ergo non quæsierit gloriā suam, ad humanitatem pertinet: ꝙ aūt quęsierit & iudicarit, ad diuinitatem refertur. Quamuis eñ humanitas & diuinitas una ꝑsona Christi sit, sæpe tamen & dicere aliqd & facere illi placuit, quod non erat utriqꝫ naturæ commune: ut per ea quæ hominis sunt, hominem agnosceremus: & quæ dei, deum. Nam in Christo uel hoīem sine deo, uel deum sine homine cōfiteri, hæreticoꝝ impietas est. Cū igitur dixit se gloriam suam non quærere, nobis insinuauit, ne hoīm plausus laudationesqꝫ uenemur, sed in omnibus ut deus laudetur curemus. Qui eñ ab hominibus gloriā quærunt, gloriam ueram ac stabilē, quæ a deo est accipere non merentur. Ad hæc obseruādæ paupertatis domini exēpla nobis abunde suggerunt. De uirgine paupercula nasciturus, non habuit locum in diuersorio: edit in stabulo, reclinat in pręsepio. Iam in ætate adulta, nihil se habere con-

Matt. 8 fitet & ait: Vulpes foueas habent. & uolucres cœli nidos, filius aūt hominis non habet ubi caput reclinet. Et cū portorium exigeretur, non fuit soluendo, donec piscis captus

Mat. 17 in ore didrachmam attulit, qua ipse satisfecit. Bestijs imperabat, & inter pauperes censeri uolebat. Per domos alienas discurrens hospitabatur, quia suam non habuit: mulierum comitantiū eleemosynis alebatur: in cruce nudus pependit: mortuus etiam aliena inuolutus est syndone, alie-

Luc. 6 no conditus sepulchro. Beatos uocat pauperes: & apostolis ne quid ferrēt in uia præcipit, non uirgam, non peram, nō

Matt. 6 panem. Prohibuit eis calciamenta, prohibuit duas tunicas: & Nolite, inquit, solliciti esse quid mādu cetis, aut qd bibatis, aut quid induamini: quærite primum regnum dei & hæc omnia apponentur uobis. Qui ergo propter Christum in terra pauper est, cū Christo diues erit in cœlo. Gloria eñ & diuitiæ in domo eius. Victu quoqꝫ modico ac

Matt. 4 tenui, & qui corpus tantum sustentet contentus erit, qui Christum imitabitur. Per dies quadraginta ille neqꝫ comedit, neqꝫ bibit, postea (ut euangelista ait) esurijt: & tūc qdē diaboli maligna tentamenta uicisse describitur, ut nosca-

mus ieiunio & esuritione opus esse, si carnis illecebras dæmonumq; captiones cupimus supare. Ante mensam gratias agit, post mensam hymnũ dicit: ut semp deum laudemus, cuius donum est, & cibus quo uescimur, & uita qua uiuimus. Panes hordeaceos habebat cũ pauit turbã, aquã ad bibendũ a Samaritana muliere petijt, ne rudes fastidiamus cibos, neq; uina delicatiora exquiramus. Carnem nisi in paschate non comedit, minutis pisciculis usus est. Erubescant qui paupertatem professi diuitum dapibus delectant. Ne aũt uilia contemnamus alimenta, fel & acetum in cruce positus gustauit: deniq; beatos dicit esse esuriẽtes qm̃ saturabuntur, & econtrario. Væ uobis, inquit, qui saturati estis, quia esurietis. Nunc tandem ad charitatis cõuertamur documenta. Pro hominum salute de cœlo in terram descendit, deus homo factus est. Labores, uigilias, supplicia pro nobis tolerauit, pro nobis mortuus est, pro nobis ad inferos descendit, pro nobis resurrexit, pro nobis in cœlum ascendit. Postremo nihil uel dixit uel fecit, quod non eo spectaret, ut ęterna nobis donaretur beatitudo. Matthæum de publicano apostolum, Petrum de negatore cœlestis regni clauicularium, Paulum de persecutore fidei fecit pro pugnatorem. Mulieri peccatrici peccata dimisit: & non ueni, inquit, uocare iustos, sed peccatores ad pœnitẽtiam. Deniq; pastor bonus animã suam posuit pro ouibus suis: & quos dilexit, usq; in finem dilexit eos. Quia nihil prodest diu diligere, nisi semper diligas. Et sicut, inquit, dilexit me pater, ita dilexi uos. Et qui diligit me, diligeť a patre meo. Tunc aũt & Christũ diligimus, & a deo patre diligimur, cum ipsum quem peccando offendimus, pœnitendo placamus. Porro cum etiam inimicis nos benefacere beneq; optare iuberet, hoc prior ipse pręstitit, illis a qbus conuitia uincula, flagella, colaphos, uerbera, spinas, clauos, fel, atq; acetum inique passus fuerat, ignosci postulans, & sæuitiã illorum sui ignoratione excusans, ut postea cognita ueritate locũ haberent pœnitentiæ, & non perirent. Nõ est itaq; Christi discipulus, qui bonum pro malo nescit reddere, & pro inimicis q̃q; suis deũ depcari. Eiusdẽ dñi exẽplo disca.

Matt. 26

Ioan. 6

Ioan. 4

Charitas

Ioan. 10

Ioan. 15

mus, non nostræ tm̃ saluti, sed etiam alioꝝ prospicere, uitę disciplinis eos imbuendo, & exhortationibus pijs, ut ad

Prædicatio uirtutis uiam dirigant sollicitando, Circuibat ille totam Iudæam, totam Galilęam, per castella & uicos, docens ignaros, ut corpore simul & animo saluos redderet. Præcepta dedit discipulis in monte, in planitie plæbi, ut discas altiores mysterioꝝ sensus illis qui magis capacis ingenij sunt prædicare: simplices uero simplicibus uitæ præceptis instruere. Ac ne forte precij alicuius gratia id agas, sed affectu salutis eorum quos doces: gratis accepistis, inquit, gra

Matt. 10 tis date. Accipere tamen ab offerentibus q̃tum uictui necessario satis sit, si indigueris, ne nefas putares ait: Dignus

Ibidem. est operarius mercede sua. Mercede uidelicet q̃ inopiæ succurrat, non quæ luxuriam paret. Porro sicut ipse docuerat, ita discipulis suis prædicationis officium imposuit, dicẽs:

Mat. 28 Euntes docete omnes gentes, seruare omnia quęcunq; mãdaui uobis. Optimi itaq; Christi imitatores illi sunt, qui faciendis ad populum bene beateq; uiuẽdi sermonibus operam impendunt & quod alios docent, ipsi pręstant, ne bonum quod uerbo ædificant, moꝝ dissimilitudine destru-

Castitas ant. Cælebs præterea & castus sit oportet, Christi discipulus Virgo est, & de uirgine genitus, & a uirgine baptizatus, quem seqũris: utq; quanti sit apud ipsum uirginitas, de Ioanne apostolo quia uirgo erat, in euangelio dicitur: Discipulus ille quem diligebat Iesus. Nam licet Iesus etiã reliquos om̃es diligeret, de nullo tñ sic est expressum, sicut de isto, quẽ mẽtis corpisq; puritas cõmendabat. Hic solus in sinu Christi cũctis ad mẽsam sedẽtibus recubuit, q̃a solus fortasse intemeratæ uirginitatis laude illi proximior erat.

Matt. 13 Præcellit aũt uirginitas uiduitati, & uiduitas matrimonio. Q̃ñq̃dẽ euãgelici seminis cẽtesimus fructus ascribit̃ uirginitati, sexagesimus uiduitati, tricesimus matrimonio

Apoca. 24 In Apocalypsi etiã illi q̃ sequunt̃ agnũ quocũq; ierit, & cãticum nulli alij cãtabile concinunt, uirgines esse memorãt̃. Porro ipse saluator, ut mõstraret, præcipue castis deberi re-

Matt 19. gnũ dei. Sunt eunuchi, inq̃t, q̃ se castrauerũt propter regnũ coeloꝝ: hoc est, q̃ nubendi libertatẽ in propositũ uerterunt

castitatis, quo purius expeditiusq; deo seruirent, & cũ angelis in cælo socij essent, q angelicam uitam in terra uixissent: de quibus est dictum: Neq; nubẽt neq; nubentur, sed erunt sicut angeli dei in coelis. In eo quoq; dñs continẽtiã seruis suis uidetur imperasse, quod apostolis præcepit, ut lumbos præcinctos haberent. In lumbis quippe generandi semina sunt: qui aũt in carne seminat, de carne & metet corruptionem: sed qui seminat in spiritu, de spiritu & metet benedictionem. Preces etiam qualiter deo sint offerendæ nobis documento est dominus noster. Orandi eñ rationem, quam uerbis mõstrauit, opere perfecit. Orare iubet in abscondito, & ab illis quę impedire possent separato loco ut mens tunc magis inienta esset coelestium contemplationi, cum ipsum coeli terræq; regem lingua serui alloqueretur. Ideo saluator quoq; noster dimissa turba montẽ ascendens solus orauit: q; iterum: Sedete hic, inquit, donec uadam illuc & orem. In monte autem orauit, ut orando postulemus non terrena quæ in imo sunt, sed quæ in alto cælestia. Quod uero etiam in uilla Gethsemani orasse dicitur, docemur inter orandum seruandam esse humilitatem: atq; ideo & positis genibus orasse, & ad orandum in faciẽ procubuisse. Quod præterea patrem precatus ait: Non sicut ego uolo fiat, sed sicut tu: significauit ut in omni postulatione nostræ uoluntati præferamus dei uoluntatem. Tertio autem eundem sermonẽ orauit, ne tibi cessandum putes, si tam propere q̃ uelles non fueris exauditus. Ad hæc in Marco scriptum est, q; ualde diluculo surgẽs abijt in desertum locum, & ibi orabat: & in Luca, q; noctibus exiẽs in monte oliueti morabatur, q; q; pernoctabat in oratiõe. In quo quidem & tempora et loca orationi magis accommoda nobis requirenda esse innuit: ut aũt perseuerantius oremus, factus in agonia prolixius orauit. Sublatis quoq; in coelum oculis orasse traditur, ut & tu dum oras, mentis oculos ad deum cui supplicas intendas, & non alio uerba, alio cogitationes ire sinas. Parum efficax est lubricæ uagęq; mentis oratio, & non illuc intentæ ubi uult exaudiri. Ac ne singula pergrerenimis prolixum sit, omniũ uirtutũ,

Matt.22 Luc.12 Oratio Matt.15 Matt.14 Matt.26 Ibidem Marc.14 Marc.1 Luc.6 Luc.22 Ioan.12

omniũsq; sanctitatis cum præceptũ, tum exẽplum, a saluatore nostro ac domino, & tutius petiĩ, & iucundius consyderatur. Christus eñ quia ueritas est nõ errat, quia bonitas est non fallit, quia sapientia est nouit omia, quia uirtus dei est potest omnia, quia deniq; saluatio populi sui est, quicquid egit, quicqd dixit, ad omnium spectat salutem. Seruiamus igitur illi in sanctitate & iustitia omnibus diebus nostris, memores beneficiorum suorum, atq; assidue nobiscum recolentes ea quæ non solum uerbis docuit, sed etiam re atq; opere probauit: ut his instructi eidem, quantum fieri potest, similes effici curemus, & cuius uirtutes imitati fuerimus, eius beatitatis atq; gloriæ participes esse mereamur.

¶De consortio fugiendo. Ca. XXV.

Conferet plurimum ad uitæ sanctioris cultum, nosse quorũ consuetudine uti debeas, quorũ non debeas: cum quibus conuiuere, colloqui, conuersari, quos declinare ac fugere oportet. Relinquẽdi sunt, quorũ tibi nota fuerit peruersæ mentis pertinacia, id est qui uel errorem suum deposituri non uidentur, uel a scelere in quo perseuerant recessuri. Nocuit Israhelitico populo habitasse cum ægyptijs. Inde enim Moyse duce egressi ritu eorum uiuere uolebant, crapulari, ludere, dijs gentilium sacrificare: atq; hæc causa fuit, ut posteri quoq; eorum toties inimicis subiecti seruirent. Recte itaq; dicitur: Filij abominationum

Eccle:41 sunt filij peccatorum, & qui conuersantur secus domos impiorum. Contagione quippe trahitur uitium si conuerseris cum uitioso: ac ueluti pestilentiæ morbus afflatu tactuq; egrotantis inficere solet sanos, ita infidelium familiaritas

Hiere.51 plærũq; fideli uiro perniciem parit. Idcirco per os Hiere-

Osee4 miæ clamat nobis dominus. Fugite de medio Babylonis, ut saluet unusquisq; animam suam: & per os Oseæ: Nolite ingredi in galgala, & non ascenderitis in Bethauem, loca uidelicet prophana idolorũq; polluta culturis atq; im-

Mat.10.16 munda. Saluator etiã noster & dominus: In uiã gẽtiũ, ingne abieritis, & cauete a fermento pharisæorum. Hoc idem

admonet & hortatur Paulus apostolus, dicens: Nolite iugum ducere cum infidelibus: quæ eñi participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? quæ aũt conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? quis aũt conuentus templo dei cum idolis? Vos enim estis templũ dei uiui. Et ad Titum scribens ait: Hæreticũ hoiem post unam & secundã correptionẽ deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Eiusdem sententiæ est, quia & eiusdem spũs Ioannes apostolus cum dicat: Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinã non affert, nolite recipere eum in domũ, nec aue ei dixeritis: qui eñi dicit illi aue, cõmunicat operibus eius malignis. Quod si salutare quoq; illos quibus nulla debetur salus, nefariã sit, quanto magis in cõsortium recipere? Cauenda est igitur infideliũ hoim conuersatio, maxime eorũ qui ita auersi sunt, ut nulla supersit spes futuræ illorũ conuersionis: & hoc apostolorũ ipsorum exẽplo, qui cum uidissent incredulos iudæos Christũ nolle recipere, ab eis discedentes alijs euangelizare dei uerbũ cœpere. Itaq; ne perfectis quidẽ conuenit ad obstinatos accessio, cum ne in docendo operam perdant, tum ne molliter blandeq; alloquendo fauere illorũ errori uideantur. Nõ minus declinandi sunt, qui in flagitijs obduruerunt. Peccantem, inquit dñs, corripe inter te & ipsum: si te non audierit adhibe aliũ: si neq; illum audierit, dic ecclesiæ: si neq; ecclesiam audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Pro infideli ergo habeatur, quẽ peccasse omnino non pœnitet, quiq; nulla correptione ad emendandũ flectitur. Qđ si cum tali conuersari te delectauerit, mores quoq; diligere incipias necesse est. Alioquin ipsa uitæ diuersitas cito uestram dirimet societatem, & ubi dissimilis intercesserit uoluntas, conuictus concors esse non poterit. In prouerbijs dicitur: Noli esse amicus homini iracundo, neq; ambules cum uiro furioso, ne forte discas semitas eius, et sumas scãdalum animæ tuæ. Non hoc præcipit, ne bene illi optes, & si poteris, facias, sed ne illo familiariter utaris. Iracũdus eñi is est, qui facile ac leuissima de causa irascitur. Est autẽ

2.Co.6
Titũ.3
2.Ioan.1
Matth.18
Prouer.22

difficile semper irascenti atq; insultanti non aliquando ira
sci, & contra furentem non indignari, & ex indignatione
non peccare. Ita superbo etiam si comes fueris, errogãs ela
Eccle. 13 tusq; euades, testatur hoc Ecclesiasticus, dicens: Qui tetige
rit picem, inquinabit ab ea, & qui cõmunicauerit superbo
induet superbiam. Cum em̃ hominis ingeniũ ad uitia ma
gis q̃ ad uirtutes procliue sit, magis uerendũ est, ne uir bo
nus malo adhærens corrumpatur, q̃ sperandum ut malus
emulatione boni mores emendet. Quamobrẽ apostolus
1. Co. 6 diuersis uitijs inquinatos in unum colligens ait: Si is qui
frater nominatur inter uos, est fornicator, aut auarus, aut
idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax cum
huiusmodi ne cibum quidẽ sumite. Sciebat enim quia iu
xta fornicationem periclitetur castitas, iuxta auarum libe-
ralitas, iuxta idolatram religio, iuxta maledicum patien-
tientia, iuxta ebriosum temperantia, iuxta rapacem alieni
abstinentia, & non esse tutum probo uiro cum iniquis cõ
Esa. 6 morari. Ingemiscit Esaias & angitur animo uehementer,
q; habitaret in medio populi labia polluta habentis, seq;
ex eo labia sua polluisse confitetur atq; fœdasse. Et si san-
ctus propheta uiuendo inter iniquos detrimentum sentit,
quis est tantæ constantiæ, ut cum flagitiosis conuersando
lapsum non timeat? Vis nosse quia scelestis & prophanis
2. Para. 20 hominibus iungi displiceat ipsi deo. Iosaphati regis Iudę
naues tempestate confractæ sunt, deo indignante, q; in sor
tem earum admisisset Ochoziam impijssimũ Samariæ re
3. Reg. ul. gem. Id quidem hac ipsa de causa Eliezer filius Dodau dę
Maressa prædixerat futurũ. Iterum requisitus Iosaphat no-
luit iungi illi, satis damno suo edoctus uiride lignũ arido
applicatum simul comburi solere, & temerarium esse rur-
sum cõmittere, quod iam aperte intellexerat deo non place
Math. 2 re. Magi Christum natũ pie quærentes cum forte ad Hero
dem diuertissent, syderei luminis ducatũ amiserunt, & te
nebras patiuntur q̃diu cum illo teterrimæ mentis homi-
ne manent. Facessat igitur pessimus quisq; a cõsortio tuo
ne cum illo manendo inquineris, ne illum frustra docẽdo
operam perdas, ne illi adhærendo deũ offendas, Mulierũ

etiã conuersatio castitatem professis ẽ uitanda, dicente in Prouerbijs Salomone: Longe fac ab ea uiam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. Quod si multi aspectu illius, multi colloquio semel inito, multi ipsa uisæ formæ cogitatione irretiti sunt, nonne maius periculũ imminet, ubi propius assidet, frequẽtius uerba miscent, ubi ridẽti at ridetur, ubi crebra congressio mutuæ quoq; tactionis fecit licentiam: de hoc plenius suo loco disseremus, restat uidendum cum ab his discesserimus, ad quos accedere, cum quibus nos frequentes esse nobis proderit. Prouer. 5

¶ De consortio habendo. Ca. XXVI.

SI forte ille, quo diu familiariter usus es, a uia uirtutis declinauit, retrorsum abijt, & sæpe admonitus redire noluerit, dimitte eum, & membrum quod te scandalizat, abscide atq; a te proijce. Melius enĩ tibi est sine illo ingredi regnum dei, q̃ cum illo mitti in gehennam. Dimitte igitur mortuos sepelire mortuos suos, tu Christũ qui uita est, sequere, ut uiuas & æternæ mortis expers efficiare. Quod si adhuc illi se ultro ingerunt tibi, tu auersus cum psalmista exclama: Discedite a me omnes qui operamini Psal. 6
iniquitatem, declinate a me maligni, & scrutabor manda Psal. 118
ta dei mei. Nisi enim a turba hominum semoti fuerimus, libere deum contemplari nequimus: quanto magis impedimento erunt iniqui, si ab ijs non fugerimus. Quorum consuetudini idem propheta se penitus renunciasse gloriatur, cum ait: Non sedi cum concilio uanitatis, & cum ini- Psal. 25
qua gerentibus non introibo: odiui ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. Ita ergo hominibus utendum est, ut pomis, donec recentia & integra permanent, grata sunt, & gustui seruantur, cum autem corrupta & marcida fuerint, proijciuntur: quia neq; gustum delectare queunt, neq; odoratum. Propheta igitur malorum consortio refutato, quos aditurus, cum quibus consessurus sit, continuo declarat, dicens: Lauabo inter innocẽtes manus meas, & circundabo altare tuum dñe. Quid est illud: nisi quod idem præcipit & ait: Cum sancto sanctus eris, & cũ Psal. 17
innocente innocens eris: & cũ electo electus eris, & cum

peruerso peruerteris. Inter innocentes aūt manus lauare, est eos imitando iustitiæ operationibus exerceri. Altare autem dn̄i circundat, qui sacramenta eius alta mente contemplatur, & cœlestiū meditationū fruitur iucunditate. Sed nisi cum magis discedere curaueris ab Herode, & illos comitari, illis adhærere studueris, quorꝫ uitæ splendor & sanctimoniæ claritudo tibi dux esse poterit usqꝫ ad Christū, neqꝫ manus digne lauare, neqꝫ altare domini commode poteris amplecti. Audi ip̄m ad discipulos dicentem: In quācunqꝫ ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate qs in ea dignus sit, & ibi manete donec exeatis. Denigratur enim boni uiri fama hospitio infami: honesto aūt & pudico commendabilis redditur: & quali quisqꝫ consortio gaudet, talis esse & ipse iudicat̄. Optimorꝫ similitudo morum Ionatan iunxerat Dauidi, Helisæum Heliæ, Paulū Petro, reliquos etiam apostolos innocentia inter se animiqꝫ simplicitas copulauerat. Solus cum illis nequiuit permanere sacrilegus Iudas, qui eum quem illi amabant, ipse uendidit: & hic quidem de grege dn̄i egressus faucibus incidit lupi ac periit. Ipsos uero concors inter se erga dn̄m affectus saluauit. Quibus ille in euangelio ait: Si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quācunqꝫ petierint, fiet illis a patre meo, qui in cœlis est. Vbi aūt sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Porro illi in nomine Christi congregati sunt, qui pari mente atqꝫ animo Christo seruiunt, & piis orationū actionūqꝫ obsequiis deo famulant̄. Optimi cuiusqꝫ lateri crebro adhærens, nunqꝫ non addisces aliquid, uel dictū sapienter, uel factū prudenter, uel obseruatū sancte. Adde qꝫ neqꝫ præcepta, neqꝫ exempla, quæ literis mandata legimus, ita mouent, ut sanctorꝫ hominū uiua uox, & præsens oris aspectus, & uitæ totius tenor oculis expositus ac manifestus. Miranda siquidem plurimorꝫ gesta audimus, nonnulla, tamen quia difficilia factu arduaqꝫ uidentur, suspenso animo accipimus, uix fidem adhibentes relationi alienæ: de his autem quæ oculis intuemur, quæ præsentes inspicimus, dubitare non est, neqꝫ ambigere: aut cuius testimonio cre-

Math. 10 — Math. 18

demus, si nostro contenti non fuerimus? Cũ igitur nihil certius esse possit, q̃ quod ipsi coram audiuimus, coramq́ spectauimus: nihil etiam magis ad capessendas uirtutes nobis proderit, q̃ semper si fieri potest, cũ sanctissimis uiris & colloqui & conuersari. In illis enim cernendo non dissimilia ijs quæ de alijs legimus, cũ firmius quæ a scriptoribus tradita sunt credemus, tum ardentius quæ a nobis uisa cognitaq́ fuere, imitabimur: considerantes q̃ munificus, q̃ benignus dñs noster sit, qui mira quæq́ operandi confert gratiam credentibus in se ac sperantibus. Nisi eñ illa bona cuncta suppeditaret, ad tantam sanctitatis perfectionem hominis imbecillitas nunq̃ peruenisset.

¶ De paupertate colenda. Ca. XXVII.

SEd gratiam istam accipere non merentur mundi diuitiarũq́ amatores. Vt igitur & sanctorũ uirorũ corsortio digni simus, & ipsos imitandi donetur nobis facultas, uictu tantũ necessario contenti Christo seruiamus. Magni animi est caduca contemnere, & ea quæ stabilia æternaq́ sunt sectari. Si Christi discipuli fieri cupimus, meminerimus quod non de diuitũ turba sibi discipulos elegit dñs, sed de pauperũ grege & egenorũ. Petrus, Andreas Ioannes, Iacobus, piscatione uictũ sibi quęrebant, relictis retibus & naui secuti sunt Christũ. Ex his postea Petrus cũ Ioanne cuidam claudo eleemosynam petenti respondit: Aurũ & argentũ non est mihi: quod autẽ habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi surge & ambula. Quis diuitũ talem eleemosynam dare unq̃ potuit, qualem tunc hi pauperculi dedere, ut claudus qui baiulabatur, statim ambularet? Deniq́ de ipsa apostolorũ inopia, quod euangelia testantur, olim in prophetis fuit prędictũ: ut illud plurimi faciendũ scias, de quo neq́ noui scriptores, neq́ ueteres tacuerunt. In Esaia legitur: Pauperes homines in sancto Israel exultabunt: sanctificabunt sanctũ Iacob, & deũ Israel prędicabunt. In Sophonia ad Hierusalem loquit̃ dñs: Derelinquam in medio tui populũ pauperem & egenũ, & sperabunt in nomine domini: Indecens eñ ac ualde incongruũ foret, ut diuitias possiderẽt serui, & dominus ediuerso pau

Actuũ. 3
Esa. 29
Sopho. 3

pertatis angustijs gauderet. Qui propterea quidem in terra paupertatem coluit, ut suo exemplo doceret, terrena cōtemnenda esse, & coelestium tantummodo curam habendam, nec fragilibus delectari oportere, sed aeternis. Nihil enim in terra habere uoluit saluator noster, quod ipse fatetur dicens: Non habet filius hominis ubi caput suum reclinet: non habuit unde unius stateris tributum pro se & Petro solueret: & ut penuriam istam non necessitatis esse, sed uoluntatis agnosceres, in ore piscis primum capti quaerere staterem iussit, & inuentum exactoribus dari. Maluit pecuniam qua satisfaceret mirabiliter comparare, quàm apud se repertam offerri. Poterat lapides in gemmas, in aurum ligna conuertere, qui de ore piscis fecit staterem repente adesse: & tamen semper alieno usus est hospitio, semper oblata ab alijs stipe sustentatus est: nudus iacuit in praesepio, nudus pependit in cruce, atque is qui coeli terraeque erat dominus, nec syndonem suam habuit, qua uelaretur mortuus, nec suum quo conderet sepulchrum. Quod si omnium dominus in tanta rerum egestate in hoc seculo uiuere uoluit, pudeant sacerdotes, erubescant episcopi, amplas sibi ędes construere, cumulandis pecunijs operam impendere, uestibus pręciosis renitere, omnibus denique mundi delitijs diffluere, et se Christi seruos profiteri. Non tales elegit Christus, non talia praecepit, nec talem semetipsum exhibuit.

Math. 8
Math. 17

De diuitiarum confidentia.

Caput. XXVIII.

Ecclesiae cura nobis commissa est inquiunt: ut ergo ipsa ecclesia ab aduersariorum iniuria tuta sit, necessarium est nos opibus uiribusque pollere. Quasi uero infirmata sit dextera excelsi, & eam ecclesiam, quam labore pauperum fundauit & auxit, praesidio pauperum tueri nequeat, seruare non possit? Dicant igitur, cum populus Christianus multo grauiores persecutiones pateretur, quàm modo patit, quis tunc antistitū eius diues erat? quis arma tractabat? quis uim uiribus repellebat? Caedebantur quidē Christiani, sed Christi religio perire non poterat. Quinimmo quanto magis infideles tyranni saeuiebant, tanto mi-

rabilius credentium numerus augebatur. Creuit ergo Christi ecclesia, non diuitijs, non potentia hominum defensa, sed sola ui diuina protecta: & nunc seruari non poterit, nisi opulenti fuerint, nisi locupletes atque potentes extiterint, qui ei præsunt? Quid est autem quod propheta clamat: Omnia ossa mea dicent, domine quis similis tibi? eripiens inopem de manu fortiorum, egenum & pauperem a diripientibus eum. Psal. 34 Igitur non in pecunia, non in uiribus potentiæ humanæ, sed in domino confidite. Quod si ei seruiendo perituras opes, ut debetis, contempseritis, omnibus inimicis uestris fortiores eritis, illo qui omnia potest, protegente ac tuente. Si uobis curæ erit, continentius uiuere, mandata dei perficere, ecclesiæ opes non in uestrum usum conuertere, sed indigentibus distribuere, aut defendet uos dominus ab infidelium uiolentia, aut non defendet: si defendet, tuti eritis: si non defendet, per patientiam martyrij a dño coronabimini: & ecclesia dei gloriosius ædificabitur in coelo, quam permanet in terris. Neque enim lapidei parietes isti, uel prædia, uel urbes, uel prouinciæ, uel regna, ecclesia dei sunt, sed ipsa Christum credentium atque confitentium congregatio: quæ cum de terra tollitur, in coelum transfertur: ut quæ inter mundi turbines fideliter militauit, iam supra mundum secura triumphet, & omni terrena potestate sublimior dicat: Psal. 53 Super inimicos meos despexit oculus meus. Sacerdotis arma, sanctæ orationes sunt. Vos itaque cum Moyse & Aarone orate in monte, & uictu necessario contenti, cætera cedite inopi, uiduæ, pupillo, miserorum sepulturæ, captiuorum redemptioni, oppressorum tutelæ, pietatis operibus, propugnatoribus quoque ac ducibus militiæ christianæ, ut comparatis plurium uiribus hostili impietati fortius resistant: & illi quidem non in se, sed in deo confidendo, uestrisque precibus adiuti uincent. Quandiu his contraria agitis, ecclesiam quoque pati contraria necesse est. Quæ quoniam uobis commendata est, sanguis eius de manibus uestris requiretur: quia non quomodo Christus, neque quomodo apostoli pro illa statis, sed qualiter uestra uobis persuadet libido; non ut oportet uiuendo, sed potius ut delectat. Laterum

agros, regias domos, tyriantinas uestes, auream argenteamq; suppellectilem, phaleratos equos, uenaticos canes, nobiles seruos uultis possidere, nō ut Christi discipulos decet, sed terræ dños, & ea rerū copia, quæ nec ueteri, nec noua lege conceditur uobis, abundare. Nam cū populus Israel ad terram promissionis translatus esset per singulas tribus diuidendā, sacerdotali tribui est a dño dictū: In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos: ego pars & hæreditas uestra in medio filiorū Israel. Possessionem itaq; non sunt sortiti sacerdotes, & tantū decimas ac primitias quibus sustentarent, & loca in quibus habitarent, habebant. Nobis uero, id est Christi discipulis dicit: Nolite possidere aurum, neq; argentū, neq; pecuniā in zonis uestris: & qui non renunciauerit omībus quæ habet, non potest esse meus discipulus. Et qui uult uenire post me abneget semetipsum & sequatur me. Et si uis perfectus esse, uende omīa quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurū in coelo, & ueni sequere me. Nihil terrenū promittitur sacerdotibus, ut coelestia tantū affectēt, de coelestibus prædicēt, & portionē in coelo cōsequant, qui in terra diuitias habere noluerūt. Quare ergo ecclesię, agri, uillæ, uici, urbes donata sunt, & sacerdotibus episcopisq; distributa? Certe nō ut in his ipsi luxrient, sed egenos pascant: non ut sibi nummos inde congregent, sed ut inopū turbæ dispensent, ut miserorū necessitati succurrant, & stipendia quoq; militibus ministrent, qui pro religione, pro fide, pro iustitia contra infideles decertant. Ecclesiæ igit bona pauperū sunt, quorū sacerdos non possessor, præter uitæ necessaria, sed dispensator est. Qui aūt dispensat, fideliter dispenset et audiat apostolū dicentē: Habentes alimēta & quibus tegimur, his contenti simus: nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationē & in laqueū diaboli & desyderia multa inutilia & nociua, quæ mergūt hoies in interitū & in perditionē. Radix eñ omniū malorū est cupiditas: quam quidā appetentes errauerūt a fide & inseruerunt se doloribus multis. Tu aūt o homo dei, hæc fuge, ad Timotheum scribebat. Qui ergo talia non fugiunt, sed augendi peculij

Nume. 18
Matth. 10
Lu. 14
Matth. 16
Matth. 19
1. Timo. 6

cupidine ducuntur, non homines dei sunt, sed mammonæ serui. Homo dei ē q cū Christo paup ē, ut in Chro diues sit.

De diuitiarum malo & paupertatis bono. Ca. XXIX.

Vidit & Salomon quantum periculi in diuitijs esset & præcatus est deū, dicens: Mendicitatē & diuitias ne dederis mihi, tribue tm̄ uictui meo necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negādum et dicā, qs est dn̄s? aut egestate compulsus furer & periurem nomen domini mei. Sed quoniam supra modum locupletatus fuit, in id quod timebat, incidit. Diuitiaꝝ copia delinitus uoluptatibus seruiuit: mulierum quas adamauerat, dijs templa posuit. Et si uir alioquin sapientissimus sic insaniuit, quis confidit continentem se fore, si diuitijs affluere sibi contigerit? Diuitiæ luxuriam pariunt, luxuria turpis libidinis est mater, turpem autem libidinem dementia comitatur. Diues præterea ad inferendam iniuriam prōptus est, ad tollerandam impatiens, inanis gloriæ cupidus, æqualibus inuidens, humiles despiciens, ac proinde aliorum famæ non facile parcens, opulentiæ ostentator, paupertatis irrisor, ad uitia audax, ad bonum animi tardus. Diuiti quoq; multi inuident, plurimi insidiantur, & spolijs eius ditari cupiunt. Sed q̄uis nemo insidietur, ille tamen metuit domi fures, foris latrones, & cibus illi pariter suspectus est & somnus: nec minus interdū animi sollicitudinibus q̄ fortunis abūdat. Pauper uero ubiq; tutus est, ubiq; securus. Capta hierosolyma Nabuchodonosor Chaldæoꝝ rex omnia trāstulisse Babylonem dicitur, solos pauperes reliquisse: ne ignores paupertatem etiam inter hostes quandoq; manere illęsam, nec frustra esse dictum: Pauperes fiducialiter requiescent. Idem submissius supplicant & efficatius exaudiuntur: iuxta illud: Deprecatio pauperis usq; ad aures peruenict. & illud in psalmo: Exaudiuit pauperes dominus, & uinctos suos non despexit. Quorum autem exauditur oratio, ijs pro breui inopia, æterna tribuitur beatitudo, dicente dn̄o: Beati pauperes spiritu, qm̄ ipsoꝝ est regnū cœloꝝ: & beati q nūc esuritis, quoniā saturabimini: de diuitibus

Prouer. 30
4. Reg. 24
Hier. 39
Esa. 14
Eccl. 35
Psal. 68

uero econtrario est dictum, quod facilius transibit Camelus per foramen acus, quam diues ascendet ad regnum cœlorum. Cui sententiæ & illud euangelicum congruit: Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Quid enim illo homine magis uanum, qui diuitijs, quas mox uita decedens relinquere cogitur, diu se fruiturum sperauit? aut quid felicius illo, cui pro terrenorum cōtemptu bona compensantur cœlestia? Ideo pijssimus Tobias filium consolabatur, dicens:

Tobiæ. 4 Noli timere fili mi, pauperem quidē uitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus deū, & recesserimus

Psa. 36 ab oī pctō bñ fecerimus. Melius ē igit (ut psalmista ait) modicū

Prouer. 15 iusto sup diuitias pctōrum multas. Et Salomō in prouerbijs: Melius est parum cum timore domini, quam thesauri ma-

Psal. 112 gni & insatiabiles. Nam qui in humilitate sanctam colit paupertatem, postea in paradisum translatus exaltatur in gloria. Quoniam deus suscitat a terra inopem, & de stercore erigit pauperem, ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui: hoc propheta in psalmo ait, quod

Psal. 71 in alio affirmat, dicens: Iudicabit dominus pauperes po-

Psal. 73 populi, & saluos faciet filios pauperum: Parcet, inquit, pauperi et inopi, & animas pauperum saluas faciet. Et iterum alio loco: Pauper & inops laudabunt nomē tuum. Ne cui tamen fraudi sit, de paupere humili, iusto deumque timente ac spontaneo ista prædicantur, non de illo qui inuitus indiget, & indignatur, & intemperanter concupiscit, & ne inopia quidem oppressus humiliatur. Nec de illo qui paup sub humilitatis pallio hypocrisim nutrit, ut quasi sanctus laudetur ab hominibus. Hic enim quanto pluris uulgi opinione æstimabitur, tanto uilior coram deo contēptibiliorque apparebit. Simulata sanctitas aurum adulterinum est, exterius quidem preciosum apparens, intus uilissimum existens, cum frangitur tunc manifestum fit quale fuerit, & inter rudia æramenta despectum abijcitur. Qui uero nihil dolose, nihil ficte agunt, sed libenti animo sua omnia relinquunt, ut pauperes pauperem sequantur Christum: hi apostolicæ beatitudinis atque dignitatis cōsortes efficiuntur, & ab ipso

Mat. 19 domino simul audiunt: Amen dico uobis quod uos, qui secu

ti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel: & omnis qui reliquerit domum uel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam ęternam possidebit. O omnibus diuitijs præferenda paupertas, omni auro, omnibus gemmis preciosior, cui tanta ac talia promittuntur.

Ne quis timeat necessaria sibi defutura. Ca. XXX.

VErumtamen nequis Ananiæ & Saphyræ uano abductus timore ne sibi necessaria desint, si relictis omnibus Christum sequi uoluerit, partemque reseruare in animo habuerit, audiat ipsum dicentem: Nolite soliciti esse dicentes: quid manducabimus aut quid bibemus, aut q̃ operiemur? hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater uester, quia his omnibus indigetis: q̃rite ergo primũ regnũ dei, & iustitiã eius, & hæc omnia adijcientur uobis. Hoc ueterum nouorumque nobis euenta confirmant. Israheliticus populus cum esuriret, manna de coelo nutritus est: cum sitiret, aquam de petra repente manantem bibit. Agar cum puero eiecta in solitudine angeli indicio ne siti periret, aquam inuenit. Sansoni sitienti de maxillę asininę molari aqua effluxit. Helias cum hominũ subsidia non haberet, a coruis pascitur: & uiduæ quæ se filiosque suos defraudãs panem prophetæ porrexerat, hydria farinæ non defecit nec lecythus olei fuit imminutus. Idem propheta, qui fuit Helias thesbites, cum Iezabelem fugeret, & fame sitique fatigatus mori optaret, somno experrectus reperit ad caput cinericium panem & uas aquæ, & refocillatus est. Idem uiginti panibus hordeaceis centum uiros deo præstante satiauit, ita ut etiam superesset. Daniel morti addictus, & in lacu leonum conclusus allato mirabiliter prandio reficit, & inter ferocissimas bestias manet securus. Dñs nr̃ Iesus Chũs, sine q̃ factũ est nihil, quinque panibus & duobus pisciculis i deserto quinque milia uirorum exce

Act. 5 | Agar | Sansou | Helias | Vidua | Helias | Daniel | Mat. 14

ptis mulieribus ac paruulis reddidit saturata, & reliquiæ collectæ duodecim cophinos impleuerunt. Iterum pari miraculo quatuor milia hoim pter paruulos & mulieres panibus tm septē memorat satiasse, fecisseq; ut satiatis septē fragmentorum sportę superessent. Discipulos ergo inter nauigandū anxios q panes ferre secum obliti essent, iusta cor-
Math. 16 reptione incessuit, dicens: Quid cogitatis inter uos modicæ fidei, qa panes non habetis? nōdum intelligitis neq; recordamini quinq; panum & quinq; miliū hoim, & quot cophinos sumpsistis? neq; septē panū & quatuor milium hominum & quot sportas sumpsistis? Vtq; nobis constaret, nihil omnino quod necessarium sit, seruis Christi defu-
Luc. 22 turum, alias ab eodē interrogati illi, cū ad prædicādum missi essent sine sacculo, sine pera, sine calciamētis, an aliqd ipsis defuerit? rñderunt, defuisse sibi nihil. Proinde experimēto iam edocti, nec sitim, nec famem, nec nuditatē timebant, quia nihil habētes, quasi omnia possidebant dum nullius rei egerent, & modico contenti essent, ut magna mererentur. Quod aūt sequitur. *Sed nunc qui habet sacculū, tollat similiter & peram: & qui non habet, uendat tunicam suā & emat gladium:* non reor esse simpliciter præceptum, sed imminentis persecutionis causa denunciatū: per sacculum quippe ac peram, famis & sitis futuræ malum innui, per gladium patientiā martyrij designari mihi uidet: sacculus eñi & pera uictui seruit, gladio aūt fidei ab impietate psequentium defendimur. Porro per ea q̄ superius dicta sunt, rerum quærendarum solicitudo tollitur, non otium imperatur. Quęrite, inquit, primum regnum dei. Sed q regnum dei quærit, nō solum cœlestium cōtemplationi, aut impartiendæ alijs doctrinæ uacat, sed etiam manibus operatur, partim ut alimenta sibi paret, partim ne desidiæ se dedat, & quiescente corpore, feruor quoq; animi erga diuina suc-
Act. 18 censi tepescat. Sic fecit Paulus, tantummodo sabbatis cum Iudęis disputans, cæteris diebus arte scœnofactoria se exercens. Quod si ad uictum labor nō suffecerit, aliunde id quo indiges tibi adijcietur. Licet eñi & ab ijs accipere quos doces; qa dignus est oparius cibo suo, & qui altari seruit, de

est ei uiuere de altari .i. de his quæ templo offerunt. Omis enim rerum utendarum oblatio, pauperum census est: nō eorum quibus sua satis sunt. Cum autem omnia defuerint, tunc demū manū suam porriget deus, & qui mundo quoque seruientes alit, sibi seruientibus deesse non poterit. Ideo respicite, inquit, uolatilia coeli, quæ non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater uester coelestis pascit illa, nōne uos pluris estis illis? Deinde cōsyderare nos iubet lilia agri quo modo crescant, quali colore tegantur: & si, inquit, foenum agri, quod hodie est, et cras in clibanum mittit, deus sic uestit, quanto magis uos modicæ fidei? Vnde ipse deus, ueluti non habens quorum iustius curam gerat, quam eorum qui sibi in paupertate famulant: in Esaia ait: Ad quem respiciam nisi ad pauperculū & contritū spiritu, & trementem sermones meos? Hinc illa psalmistæ adhortatio est: Timete dnm omnes sancti eius, quoniam nihil deest timentibus eum: diuites eguerūt & esurierunt, inquirentes autem dnm non minuent omni bono. Queris quō diuites eguerunt? Ille qui purpura induebat, qui laute opipareque coenitabat, in inferno sepultus gutta una aquæ indiguit. Rursum quæris quo pacto pauperculi deo seruientes bonorum compotes fiant. Lazarus mendicus erat, ulcerosus esuriensque micas illas quæ de diuitis mensa cadebant: trāslatus autem in sinum Abrahæ in locum beatorum omni bono coepit abundare. Quis utriusque fine perspecto non dixerit, & illius infelicissimas diuitias, & huius felicissimam mendicitatem? Breuis est præsentis paupertatis toleratio, futuræ uero remunerationis ubertas perpetua est et perennis; quod testat Iacobus apostolus, dicens: Nonne deus elegit pauperes in hoc mūdo, diuites in fide, & hæredes regni? Ne quē igit dum domino seruit, paupertatis grauent angustiæ; cogitet quam grande beneficiū sit, ab ipso eligi, fide ditari, et coelestis regni fieri heredem.

Matt. 6
Esa. 69
Psal. 38

Libri tertij finis.

EVANGELISTARII MARCI MARVLI LIBER Quartus, de Charitate & ijs quæ charitatem cõsequuntur uel euacuant.

De charitate erga deum. Capitulum I.



VAE ad fidei speiq́ uirtutẽ magis pertinere arbitror, hactenus dicta sunt. Restat ut charitatis quoq́ officia deo adiuuãte exponamus, easq́ simul partes tractemus, q̃ illi cõgruere uidebunt, bonis mala more nostro cõferendo: ut legentes, & q̃d sequendum sit, & quid uitandũ, discãt. Diliges
Math. 22 inq̃t saluator, dñm deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua, hoc est maximũ & primũ mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis uniuersa lex pendet & prophetæ. Maxima igitur charitas est, quam deo debemus: huic propinqua, qua homines prosequendi sunt. Deum ex toto corde tunc diligimus, cum nihil eius dilectioni æquamus: sed quæcunq́ nobis chara sunt, secundo loco habemus, quod nisi præstabimus, deo
Matt. 10 frui non poterimus. Ait enim: Qui amat patrem aut matrem plus q̃ me, non est me dignus: et qui amat filium aut filiam plus q̃ me, non est me dignus. Ex tota autem anima deum diligimus, cum ne uitæ quidem nostræ parcimus, dum ei obsequimur nihil timẽdo eos, qui corpus occidunt: sed illum potius, qui & corpus & animam potest mittere in gehennam: cum ipse dicat: Qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Hoc quidem sancti præstiterunt martyres, qui temporalem uitam pro Christo offerentes, accipere meruerunt æternam. Ex tota uero men

te deum diligimus, quãdo fide certissima, quicqd de deo sctã sentit ecclesia cõplectimur: & cuncta q̃ uel animo uol uimus, uel ope implemus, ad ipsius cultũ atq; honorẽ diri gimus: nec qcq̃ omittimus, quãtũ in nobis est, q̃d ad eius dilectionem referri possit. Diligamus ergo dñm deũ no- strum ex toto corde, ne quid illo charius habeamus: tota anima, ne pro illius nomine corporis tormenta mortemq; ipsam, si casus inciderit, aut quicquam formidemus: tota mente, ut omnis nostra cogitatio omnisq; actio ad unum finem tendat, placendi uidelicet deo, eiusq; conspectu ppe tuo perenniterq; fruendi. Super hoc triplici proposito fun- Luc. 13 data charitas non inepte fortasse sub illo contineri uidetur fermento: quod acceptum mulier, id est anima deo dedita abscondit in farinæ satis tribus: hoc est, in corde, in anima in mente: donec fermentetur totum, donec ipsa tota in cha ritatem conuersa: & quod fide tenebat, & quod spe præ- stolabatur, hoc in deo, quem super omnia dilexit atq; co- luit, iam possideat: & bono incommutabili quod posse- derit, feliciter perfruatur. Isto charitatis genere dilexit Chri stum suum Petrus, quando concupiuit cum illo habitare in Petrus monte, quando uiso Iesu super aquas ambulante de na- ui desiliẽs ad illum ire contendit solus reliquis in naui re- sidentibus, admirantibusq; hominis audaciam nihil me- tuentis, nisi cum mergi cœpisset, quando etiam ei de sua cruce prædicenti respondit: Et si me oportuerit mori tecũ, non te negabo. Tam & si præstare nequiuerit quod pro- miserat, promisit tñ tãq; præstaturus: & certe p̃stasset si nõ suę imbecillitati, sed dei uirtuti cõfidẽs promisisset. Qñ p̃te rea Chro dño seruis suis pedes lauãti, indignũ ratus ut dei filius ad tantã descenderet humilitatẽ, rñdit: Non lauabis mihi pedes in æternum. Postq̃ tñ audiuit, se non habiturũ partem cum illo, nisi ab eodẽ se lauari pmitteret, continuo mutata sententia: dñe, inqt, nõ tm̃ pedes, sed & manus et caput: usq; adeo expauit, ne ab eo separaretur, quẽ totis ani mi affectibus diligebat. Quando etiã stans pro dño solus aduersus armatã cohortẽ strinxit gladiũ, pcussitq; pricipis seruũ, plures forsitan pcussurus donec inter muloꝝ arma et

ipse concederet, nisi furentis animũ eiusdẽ dñi iussa repressissent. Post resurrectionẽ quoq; eius gloriosam, cũ de naui illum in littore stantẽ agnouisset, nõ expectauit donec remigando ad terrã perueniret, sed omnis moræ impatiens misit se in mare, uadoq; pcurrens primus oĩm illi se cõiunxit. Cæteri eñ post eum nauigio applicuisse dicunt. Et qm semp præcipui erga dñm suum amoris ardore flagrauit, dignus iudicatus est, cui cura dominici gregis committeretur. Atq; ut charitatis merito id sibi tribui intelligeret, interrogatur a dño an ipsum ameret, & affirmanti statim dicit: ut eius quem se amare confessus est, oues custodiret, ecclesiasticiq; pastoris officio fungeretur. Ter rogatus, ter se eũ quem negauerat, diligere respondit: & trina charitatis cõfessio trinæ negationis crimen deleuit, atq; ipsum confitentem, ut cæteris præesset dignum reddidit. Sunt & alia in euangelio amoris eius argumenta, quæ consulto prætereo, ne prolixior sim. Illud tñ commemorabimus, quod ei cum alijs fuit communne. Omnes quippe apostoli omnibus quæ habebant relictis secuti sunt dominũ, magis eligentes in paupertate cum Christo uiuere, q̃ in diuitijs cum hoc mũdo: & persecutiones & uerbera & necem cum illo sustinere, q̃ cũ terrę regibus honorari: cũ semel gustassent, q̃ suauis, q̃ dulcis est dominus animæ quęrenti eum. Sed nec mulierum illarum modica charitas fuit, quæ cum animo tum corpore eum secutæ de proprijs facultatibus (ut euangelista ait) ministrabant ei: & sicut egentem sua ope sustentabant, ita in patibulo pendenti lachrymas lamentaq; obtulerint, sepultum quoq; cum aromatibus quæsierunt, nihil omittentes quod singuleris erga amatum dilectio uidebatur exigere. Nec solum officiosas, uerum etiam audaces amor fecerat. Profectæ enim ut corpus ungerent in sepultura, neq; noctis tenebras, neq; sepulchri custodes timuerunt. Quod si hæ ut in sepulchro tunc iacentem honorarent, omne contempserunt periculũ, quantum culpandi sunt illi, q dum aliquid tale metuũt, iam in coelo regnantem offendere non formidant? Eandem animi magnitudinẽ pro eius amore præstitit Ioseph, qui de sepeliẽdo cor-

Iohan. 21 (margin, beside "rogatur a dño")

Sanctæ mulieres. (margin)

Matt. 15 / Matt. 28 (margin)

pore anxius, non est ueritus illud a Pilato poscere, & concessum tollere, & syndone inuolutũ in nouo condere monumento. Hunc in amore audacia, Nicodemũ commẽdat liberalitas. Mixturã ad corpus unguendũ myrrhæ & aloes attulisse fertur, quasi libras centũ. Non pepercit impensæ, dum suo erga dominũ satisfacere nititur affectui. Hi ergo cum in finem usq; Christũ suũ dilexissent, ostenderũt perseuerantia opus esse in amando. Perseuerauit Maria ad monumentũ plorans, & prima resurgentis domini gloriam uidere meruit, et quia proposuerat, nisi inuento dilecti corpore inde non recedere, digna fuit cum reuiuiscente priusq̃ cæteri colloqui, & tam admirandæ eius resurrectionis nuntia fieri. Hanc charitatis continuationem ipse etiã dñs præcipit discipulis, dicens: Manete in dilectione mea. Et qua ratione in illa permanere queant, docet subiungens: Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectiõe mea. Quisquis ergo se dei sui amatorem profitet, & mandatis eius non obtemperat, mendax est: cũ libera mandatorum obedientia ueri in deũ amoris indiciũ sit. Quanto autem usui nobis existat illa charitas, testis ẽ peccatrix illa, de qua dictũ est: Remittunt̃ ei peccata multa, quia dilexit multũ: testes sunt discipuli, quibus dñs dixit: Ipse pater amat uos quia uos me amastis. Amando igitur & a peccatis absoluimur, & deo chari efficimur: non ea charitate qua etiam improbos diligere dicitur ut creator, sed qua electos duntaxat amplectitur ut saluator. Hæc de charitate, quam deo debemus, dicta sint satis: si quicq̃ de illa satis dici queat, sine qua nihil est salutare, nihil sanctum, nunc in proximo amoris officia pensemus.

Matth. 27 / Nicodemus. / Ioan. 20 / Ioan. 15 / Luc. 7 / Ioan. 16

De charitate erga proximum. Ca. II.

SEcundũ charitatis mandatũ superiori simile esse, dixit dñs: Diligе proximũ tuum sicut teipsum. Homo ad imaginem & similitudinem dei factus est, nõ ad æqualitatem. Ideo simili charitate & nõ pari est prosequẽdus. Fieri enim non potest, ut creatori æquiparetur creatura, & finitũ idem sit cum infinito. Deum ergo dilige plus q̃ te ipsum: hominem sicut teipsum. Tunc aũt teipsum di

Matth. 22

ligis, cum illa agis, quæ tibi ratio suggerit, non quæ uoluptas blanditur: hoc est, cum uiam illam arctam quæ ducit ad salutem ingrederis: non illam latam, quæ ad præcipitium tendit perditionis. Quod si sic alijs quoq; agere, sicq; incedere optas, & quantum in te est compellis, ueræ dilectionis præceptum obseruasti, æque ac teipsum proximos tuos amando. Qui uero luxuriæ deditus, perniciosas mortiferasq; sequitur uoluptates, atq; ad eas usurpandas cæteros hortatur, certũ est ab illo neq; se quidẽ ipsum diligi, neq; proximũ suũ. Hic nempe seipsum nõ modo nõ diligit, sed etiã odit maxime, cũ nemo ei capitalior hostis sit, quam ipse sibi, quamdiu uitijs malæq; animi libidini seruit. Quid enim magis noxium esse potest homini quam peccatũ? per quod & bonũ summum amittitur, & ad summum malũ peruenitur. Vera est igitur illa charitas, qua tum nosipsos, tũ proximos nostros ita amamus, ut & peccata caueantur & colatur uirtus, ac simul iuuetur proximus, & honoretur deus. Oportet itaq; finem esse bonũ, quo dirigatur charitas: qui si malus fuerit, quicquid uel sibi uel amico blanditus egeris, non charitas est, sed sub charitatis persona latens exitiale odium. A quo quidẽ discipulos suos cauere uolens dñs
Ioan. 13 ait: Mandatũ nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Igitur sicut Christus dominus nos diligit, ita et nos diligamus nosipsos proximosq; nostros, non ad pompam, non ad honores, non ad delitias, neq; ad opes cumulandas, sed ad earum rerum exercitationẽ atq; cultum, quibus æternum cœlesteq; bonũ comparatur. In hoc, inquit, cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionẽ habueritis ad inuicem. Non ergo loqui linguis neq; prophetare, neq; nosse mysteria, neq; habere fidem, neq; bona pauperibus erogare, neq; postremo corpus tradere ut ardeat, discipulũ Christi probant, sed sola ista talis, qualem debere esse diximus, dilectio. Quam ut auidius capiamus iterum idem dñs superiorem sententiam repetit, dicens:
Ioan. 15 Hoc est præceptũ meum, ut diligatis inuicem sicut dilexi uos & sequitur: Maiorem hac dilectionẽ nemo habet, quam ut animã suã quis ponat pro amicis suis: deinde paulopost

Hæc mãdo, inquit, uobis, ut diligatis inuicẽ: per hoc quod præcipiendo replicat sæpius de dilectione, maiore studio & diligentiore cura sequendã esse demonstrat. Quicquid enĩ magis persuadere cupimus, hoc crebrius auditorꝝ auribus inculcamus. Maximã aũt charitatẽ illam esse dixit, q̃ ne uitæ quidẽ nostræ parcere nos hortat̃, dũ consultũ uolumus proximorꝝ saluti. Et certe præferendũ est cuiusq; hoĩs animę perenne bonũ caduco ac transitorio uitæ nostræ bono: exempli gratia, sæuiente in christianos persecutiõe aliquis tormẽtorꝝ necisq; metu uidet̃ Christũ negaturus, tũc tu debes animũ eius in spem uitæ melioris erigere, nec pati, ut te tacente & mortis uitante periculũ ille separetur a Christo, iungaturq; diabolo, & in æternũ pereat. Mori tibi multo magis expedit, ne frater tuus in tartarꝝ corruat, q̃ uiuere, & ei in tanto animæ periculo fluctuanti nõ succurrisse. Quod nisi ita affectus erga proximũ tuũ fueris, præceptum (ut ego reor) nõ implesti charitatis. Quõ enĩ alterꝝ diligis sicut teipm̃, si tibi parcis, et illũ perire ꝑmittis? cum pręsertim patiẽdo pro dño & te et illũ saluare possis, et una cũ illo ad martyrij coronã ꝑuenire? Dñs pro seruis passus est, & tu pro fratre tuo pati recusas? Apostolicę sentẽtię resistis dicẽtis: Christus pro nobis passus est, nobis relinquens exemplũ, ut sequamur uestigia eius. Sed memẽto q̃a sicut dictũ est, nullã esse maiorẽ charitatẽ erga proximũ, q̃ pro illo aĩam. i. uitam istã ponere ita maioris charitatis maius esse meritũ, & apud dilectiõis remuneratorẽ deũ excellẽtius præmiũ. Vnde saluator noster notum esse uolẽs, quare mulieri peccatrici multa dimisisset pc̃tã, causam intulit & ait, quia dilexit multũ, simulq; subiunxit: Cui aũt minus dimittit̃, minus diligit. Cæterꝝ in om̃i uitæ necessitate ordo tenendus est indigẽtibus subueniẽdi. In rerum pari inopia, propinquioribus prius opem feras, q̃ minus propinquis, & domesticis q̃ extraneis, & fidelibus q̃ infidelibus, & bonis deniq; q̃ malis. Iesus enĩ dñs noster ante se a pastoribus qui in Iudæa erant, q̃ ab alienigenis adorari uoluit: & ante in Nazareth ubi nutritus & educatus fuerat, Esaiæ prophetiã recitando se manifestum fecit q̃ hieroso-

1. Petri. 2

Eleemosynæ distribuendæ ratio.

lymis, & ante Iudæos ea quæ fidei sunt, docere studuit, quam
Actu, 13 alienigenas nationes. Quam quidem rem postea apostoli quoque ipsi confessi sunt, ad illos dicentes: Vobis oportuit primum prædicari regnum dei, sed quia indignos eo uos fecistis, ecce conuertimur ad gentes. Itaque in distribuendis ex charitate rebus, in eos qui pariter indigent, ratio aliqua ducenda erit cognationis, conditionis, religionis, ac bonitatis: & hoc quoties opus erit uel docere ignaros, uel corripere delinquentes, uel exhortari pigros, uel cōsolari afflictos, uel tolerare iniuriosos, uel etiam pro persecutoribus orare. Item cum oportebit pascere esurientes, potare sitientes, inuisere infirmos, suscipere peregrinos, tegere nudos, redimere captiuos, & funerare defunctos. Atque hæc fere sunt charitatis pietatisque officia lucis æternæ mercede compensanda, nisi forte aliquo inanis iactantiæ fumo infecta fuerint atque obscurata: de quibus singulis erit suo loco disserendum. Interim autem etiā inimicos amare a dño discamus.

De charitate erga inimicos. Ca. III.

Math. 5 Diligite, inquit, inimicos uestros, benefacite ijs qui oderunt uos, & orate pro persequentibus & calūniātibus uos. Quoniam tribus quidem modis ab aduersarijs nostris offendimur, his ijsdem ut illis propitiemus, iubemur; hoc est corde, opere & ore. Illi in corde odium seruant, tu retine dilectionem. Illi opere lædunt, tu beneficijs contende. Illi ore detrahunt, conuitiant, maledicūt tu pro eis ut sese corrigant, & correcti saluentur, deprecare Sequitur enim, ut sitis filij patris uestri, qui in coelis est, qui solem suū oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Vide quanta est huiusce dilectiōis merces; bonū pro malo reddendo filij dei efficimur, deoque similes reddimur. Ille solis pluuiæque beneficiū, hoc est temporaliū bonorum usum, tam malis quam bonis cōmunem esse uoluit, ut & tu charitatem tuam sicut cum amicis, ita & cum inimicis cōmunices, omnibus prodesse, nulli nocere cupiens. Quid autem inter amicorum inimicorumque dilectionem intersit, declarat dicens: Si enim diligitis eos qui uos diligunt, quā mercedē habebitis? nonne & publicani hoc

faciunt? & si salutaueritis fratres uestros tantū, quid amplius facitis? nonne & ethnici hoc faciunt? Amare quippe amantem, naturæ lex est: amare uero inimicū, filioꝝ dei propriū est & sectatoꝝ Christi. Quamobrē concludēs ait: Estote ergo uos perfecti, sicut & pater uester cœlestis perfectus est. Sicut ille perfectus est secundū immensitatē diuinæ naturæ, ita & uos estote perfecti iuxta mensurā atq; paruitatē naturæ uestræ humanæ. Sed nemo in se confidat unusquisq; imbecillitatis suæ memor ad illū qui solus potest om̄ia confugiat, & ab ipso gratiam postulet, sine qua perfecti esse non possumus. Porro quēadmodū superius diximus, proximū esse diligendū, eodem fine & inimicus erit diligendus. Id em̄ ei potissime optandū censeo, id præstandū, ex quo ab iniuria cessando melior fore sperat, & correctis tandē moribus creditur salutem consecuturus Cæterū si illum qui tibi infe. [illegible] st, tam peruersi inhumaniq; ingenij esse non ignoras. [illegible] m ei benefeceris, magis aduersum te insolescat, cun. [illegible] isse comiterq; respōderis, magis irritetur, huic tali præ [illegible] beneficiū, si a beneficijs cessaueris, si a mitibus respon [illegible] destiteris, si tacueris, si deniq; furentē tacitus præterieris atq; recesseris, ea duntaxat de causa, ut ille minus culpabilis sit, cum seuierit minus. Quod si forte ideo inflatur superbia, quia diuitijs abundat, quia uiribus præstat, quia rerum prosperitatibus fruitur, ac propterea melioribus inuidet, multos contemnit, nec paucos afficit iniuria, haud equidē illicitum reor, optare ei aliquam opum iacturam, corporis debilitatē, fortunæ minus ex sententia fluentis iniuriam, ut elati animi uulnus, quod lenibus medicamētis suppuratur, asperioribus curetur. Videndū tamen nedum talia imprecaris illi, a quo mali aliquid sustines, odiū uel inuidia te moueat, sed sola prouocet charitas, qua inimicū tuum meliorem effici cupias, non misericordē, & emendatū, non afflictum, neq; hoc propter te, ne ille tibi noceat: sed propter deum, ne deus offendatur: & propter proximum, ne dn̄o suo peccādo pereat. Dicet aliquis arduum nimis & difficile esse in eos beniuolentiam seruare, a quibus grauiter offensus fue

Dauid. eris. Difficile quidem esse fatemur, impossibile negamus. Hoc fecit Dauid erga Saulem regem, & Absolonem filiũ: utriusq; necem fleuit, cum uterq; uitæ eius fuisset insidiatus, & alter eidem gloriã militarem inuideret, alter regnũ. Stephanus Paulus Stephanus quoq; protomartyr pro illis a quibus lapidabatur orauit. & Paulus de ijs qui ipsi infesti erant, Cupio, inquit, anathema fieri a dño pro fratribus meis. Ante istos Iesus. dñs noster Iesus Christus eis a quibus ut interimeretur cõprehensus fuerat, usq; adeo beneficiũ se præstitit, ut uni eorum abscissam auriculam statim restituerit, sanãq; reddiderit, & discipulum suũ qui eam absciderat, increparit: denique pro illis a quibus uincula, colaphos, flagella, uulnera, fel atq; acetũ passus fuerat, in cruce pendens ignosci petijt & errorem excusauit: Pater, inquit, ignosce eis, quia nesciunt quid faciũt. Talem itaq; se inimicis suis exhibuit charitatis magister, quales nos, si perfecti fieri uolumus, esse debere præcepit. Non meretur dici eius discipulus, quisquis aliter aduersus inimicũ suum animatus fuerit. Ac nequid excuses, nequid causeris, nõ iuberis in hoĩe amare odij crimen, sed dei opus, hoĩem ipsum. Quomodo aũt deum diligis, si opus eius perire concupiscis? q̃ ergo graue peccatum sit hoĩem odisse, hinc iam speculari incipiamus, ut cum cognouerimus, q̃ntum hoc cauendum sit, magis ad quenq; amandum animo alliciamur.

De malo odij. Caput. IIII.

Opus dei odit, qui hoĩem odit: quõ aũt potest deum diligere, qui id quod ab illo factum est ualde bonũ non diligit? Porro deum nolle diligere, qui prior dilexit nos, quid est aliud, nisi reprobos imitari spũs, & ab eo a quo conditus es, desciscere atq; alienari? Cum ergo is qui homini male optat, conditori eius aduersetur, & diabolum sequatur, restat ut cuius mores sequitur, cum eodẽ supplicia in inferno patiat̃. Fallunt̃ illi qui odiũ suum excusant dicentes, malos hoĩes deo quoq; inuisos esse, iuxta il- Psal. 25. lud: Odiui ecclesiam malignantiũ, & cum impijs nõ sedebo. & illud: Ite maledicti in ignem æternũ: & quos deus odit, inquiunt, cur eosdẽ & nobis odisse nõ licet? Non oĩa

seruo conueniunt, quæ conueniunt domino. Domini interest imperare, serui obedire: ad dominum pertinet pro scelere punire, ad seruum pati uerbera non inferre. Odiui ecclesiam malignantium, inquit dominus. Malignitatem hominũ odio se habere his uerbis testatur, nõ hoies ipsos. Iniquos quoq; æterno igni deputandos ait, ut illi pro reatu puniantur, non ut ipse opus suum damnet, quasi pœniteat eum fecisse quod fecerit. Odio ergo habet deus hominis peccatum, non naturam. Ita & tu in uno homine habes alterum quod odisse debeas, alterum quod diligere. Plectere autem delinquentes præpositi officium est. Inter æquales alteri in alterum nullum ius est, nisi commiserendi, si deliquerit, commonendi ne delinquat, optandi atque orandi, ut post delictum pœnitentiam agat, & ueniam consequatur: & sperandæ salutis gratiam, quam peccando amiserat, emendando recuperet. Cæterum qui odit hominem, tam inique de illo deliberat: ut etiam illud quod recte probeq; agentem uiderit, obloquendo infamet: iniuriæ patientem timidum uocat, ecclesiæ limen terentem hypocritam appellat, subditos corripientem iracundum esse criminatur: & quod uirtuti ascribere deberet, hoc ad proxima ei uitia trahere nititur. Tales erant illi qui de Ioanne neque edente, neq; bibente, dæmonium ei inesse dixerunt & de domino edente cum aliis ac bibente. Ecce uorator et potator uini & publicanorum amicus. Qui ergo sic odit proximum suum, non christianus fidelis, sed infidelis pharisæus est. Ipsi quippe pharisæi cum uidissent Christum ægrotos in die sabbati curantem, non est, inquiunt, hic homo a deo, qui sabbatum non custodit. Cum a dæmonio uexatos eius ope liberari conspexissent, dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum, eiicit dæmonia: noluerunt dicere, in uirtute dei, ne quis illum ex hoc, deo charum acceptumq; esse existimaret, sed reprobum potius & impium ut qui non dei auxilium imploret, sed prophanis dæmonum inuocationibus utatur. Quid multa? Sicut inimicus fueris, torquebit te inuidia, quoties alios aliter de illo sentire cognoueris; & non mendacio, non probro,

Matth. 11

non maledicto abstinebis, atq; unum odiū in plurima te præcipitabit uitia, dum morū tuorū iacturam nihilipēdis uitæ cupiens obesse alienæ. Et cum tam immoderate ferri cœperis, ad iurgia usq; contumeliasq; peruenies, post rixas ne manibus quidē temperabis.. In nullo prorsus pharisæis cedens, qui tentarunt prius illum quem oderant, capere in sermone, ut captum accusarent: & eadem malitia os eorum qui ipsum in Hierusalem euntem laudibus prosequebantur obstruere uolebant, iubentes ut tacerent. Deinde etiam edicto statuerant, ut si quis eum confiterer Christum, extra synagogam fieret. Postremo cum nullum finē inueniret inuidia, q̄ diu uiueret ille cui inuidebatur, falsis testimonijs circunuentū accusant, & totis animis ad necē innocentis maliuoli homines concitantur. Neq; ideo te excusatum putes, quia pharisæi iustum persecuti sint, tu peccatorem. Neminē sic odisse debes, ut nocere uelis. Proinde æquales patientur feras, in minores ita animaduertas, ut crimē detestari, illos aūt diligere uideare. Ob hoc scelestus plectitur ab illo qui præsit, ut a scelere desistat, & alij pœna eius territi tale aliquid committere uereantur. Quod si dn̄s seruum etiam puniendo diligere debet, quomodo tibi fas erit in conseruum tuum debacchari uel sæuire uelle? Quem certe nisi corde odisse desinis, q̄uis re atq; opere non offenderis, tanti criminis reus comprobaberis, q̄tum mali ei optabis. Cuicunq; eīm ex odio perniciem concupieris, eius interemptor es, dicente Ioanne apostolo: Omnis
1. Ioan. 3 qui odit fratrem suum, homicida est. Nemo itaq; odio erit habendus, qui ad imaginem & similitudinem dei creatus est, qui Christi sanguine redēptus est. Si malus, improbus, scelestus fuerit, cura si potes: si non potes, opta: & deū pro illo deprecare, ut dimissa nequitia, abiectisq; uitijs ad uirtutis uiam conuertatur, & uiuat.

De pace publica et priuata. Ca. V.

Porro ipsius charitatis uinculum pax est. Concorditer uiuant oportet, qui diu inter se amare cupiunt: non incongrue igitur de pace colenda nunc differendum occurrit. Pax quædam publica est, quædam priuata. Publicā

pacem dicimus, cum ab armis fœdere intercedente quies est, & nec offensam metuit ciuitas, nec offendere exteros parat, sed multa status sui tranquillitate gaudet, ac rebus quas possidet fruitur perq; iucunde. Cæterum huic tantæ ciuium quieti subrepere otium solet atq; ignauia. Exinde luxuriæ uitia scaturiunt, quibus corrupti multorum animi, dum externam pacem fouent, domesticam perturbant, & inter se dissidere incipiunt, postq̃ foris hostem diu non senserunt. Quod ne tibi contingat, summopere erit prouidendum, id est, pax quæ prodesse debet ne tibi noceat. Cum ergo & prædiorum tuorum prouentus nullo diripiente integer intactusque seruabitur, & ex commercio liberæ negociationis plurimum lucri accedet, deo gratias age, & ea quæ benigne suppeditantur, non ad luxum tibi dari existima, sed ad exercendæ uirtutis occasionem. Quantum personæ ac dignitati conuenit rebus tuis utere: quicquid autem superfluere uideris, totum ad munificentiam liberalitatẽq; conuerte: & hoc quod luxuria exigit, quod ambitio exposcit, quod turpis consumere appetit uoluptas, incipe pauperibus dilargiri: pereginos hospitio suscipe, esurientem pasce, nudum operi, ære alieno oppressos redime subsidia ægrotantibus mitte, mortuis iusta exolue. Ita tibi pax ista publica bene ac prospere succedet, dum copiam præstat inopiæ subueniendi alienæ, deumq; demerendi. Pax autem priuata illa dicitur, quæ singulis iungit singulos, redditq; concordes: ueluti fuit Dauid & Ionathas, Helias & Helisæus, Paulus & Barnabas. Hac tu iucunde frui poteris, si omnibus facilem mitemq; te præstabis, si neminem lædes: & omnibus quantum in te est, prodesse studebis: si iniuriam magis pati q̃ inferre disces, ut dicere possis: Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: si deniq; tecum ipsemet pacem habebis, etiam cum alijs habere poteris. Qui enim secum ipse discordat, quomodo cum alijs firmam concordiam tenebit? Tecum autem pacem habebis, cum repugnantem carnem spiritus imperio subdideris, & concupiscentiæ motũ compuleris obedire rationi. Quod cũ feceris, tũc demũ & intra te animi tranquillita-

Pax priuata.

eris, & exterius nemo tibi erit molestus: quia tu nemini eris iratus ad lædendum aut mali aliquid optandū. Charitas tñ aliquando postulat ut irascamur, & irascēdo pacē illi quæramus, q peccādo offendit. Siqdem irasci delinquētibus ut corrigant, nihil est aliud, nisi eos reuocare uelle, ut & deo cui peccauerunt reconsilientur, & bonis omnibus morum synceritate concordent. Tunc aut pace cum alijs composita recte utimur, cum eius finis potissimus est, ut deo placeamus. Nam pax quæ deo displicet non pax dicēda est, sed malorum conspiratio: & odium potius erit eligendum, q̃ ad malū consensus. Qm̃ & saluator noster cū

Matt. 10 idola uana coletium concordiā discindere pararet: nō ueni inquit, pacē mittere in terram, sed gladium: ueni em̃ separare hominē aduersus patrem suum, & filiū aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hoīs domestici eius. Itaq; multo magis proderit gladius, q putrida mēbra a sano corpore separet, q̃ pax quæ morbidas partes fouens totum corpus corrumpi patiatur. Deniq; bonū est bellū illud quo dirimitur mala pax. Bonum est, inquam cū uno oculo intrare in regnū cœloꝝ q̃ duos oculos habentē mitti in gehennā. Oculus q scādalizat, quē proijci & abijcere iuberis, est amicus uel consanguineus, q tibi blādit, ut sibi in uota rei iniq assensum p̄beas, opē ue p̄stes. Expedit aūt eiusmodi hoīs inuidiā potius pati iniusta non concedēdo, q̃ concedēdo beniuolentiā amplecti. Omnium quippe hominum paci solius dei pax semp est p̄ferēda, & pro hac una omnium inimicitiæ subeundæ.

De pace seruorum dei. Ca. VI.

Pax illa dei est, quæ bonoꝝ animos mutuo amore deuincit, quæ Christo seruiētes unū corpus efficit. Et hi qdē idē uolūt, idē nolūt: qa oẽs pariter ad unū finē deo placendi tēdunt. Nō est inter illos est & non, sed iuxta domini p̄ceptū, est est, non non. Concordi mente & corpe deo seruiunt, & ad omne opus bonum unanimes concurrunt. Quid hac pace dulcius? quid utilius? quid laudabilius dici queat? Hāc admirans psalmista exclamat: Ecce q̃ bo-

Psal. 132 num & q̃ iucundum, habitare fratres in unum. Talis pax

atq; cōsensio uel in cœnobio, uel in solitudine procul a tur bis cōmorantium si fuerit, gaudeant: quia & preces eorū exaudiunt, & contubernalē suū habent Christū, ipso dicen te: *Si* duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quācunq; petierint, fiet illis a patre meo. Vbi enī sunt duo uel tres cōgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorū. Mat.18
Quod astruit apostolus ad Corinthios, dicens: Pacem habere & deus pacis & dilectionis erit uobiscum. Consensus in eandem fidem, in eundem inuicem diligendi, inuicem iuuandi affectum, facit pacem istam. De hac dicebat salua tor: Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis: non quomodo mūdus dat, ego do uobis. Mundana enim pax non de deo idem sentire, nec ijsdem moribus uiuere, sed tm̄ ab iniuria offensisq; iubet inter se abstinere. Christi uero pax in qbus fuerit, concordes reddet in fide, conformes in proposito, similes in dilectione, compares in humilitate. Quod breuiter explicat propheta, cum ad dn̄m conuersus ait: Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Et alius propheta: Si in uia dei ambulasses, inquit, habitasses utiq; in pace super terram. Vera igit̄ certaq; & stabilis pax est, in dei seruitio adunatorū, diuinaq; sequentium præcepta legemq; colentium. Eorum rete ple num magnis piscibus, id est, eorum concordia uirtutibus perfectionis referta non scinditur: eorum pacis tunica inconsutilis, quam a Christo acceperunt, non diuiditur, neq; scissuras patitur rixarum, nec tineas inuidię sustinet: sed do mini præsidio munita, inuiolata illæsaque perdurat: tunc felicius & sine fine duratura, cum de terris transferetur in cœlū: ut qui pacifici fuerant, filij dei fiant & uocentur. Ad pacem istam capessendam Corinthios hortatur apostolus, dicens: Obsecro uos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis om̄es & non sint in uobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadē scientia. Plurimi sane hoc faciendum esse ostendit, dum cum tanta exigit obsecratione: & dum adiurat per nomen, q̄d est super omne nomen, testat̄ fidelibus maxime necessariā esse pacē atq; concordiā. Quod aperte declarat, ubi ad He-

2.Cor.13

Ioan.14

Psal.118

Baruch.3

1.Corin.1

bræos scribens ait: Pacem sequimini cum oībus & sancti monīam, sine qua nemo uidebit deum. Ne quis præterea generis conditione alteri se præferens dissidium concitet: In uno spiritu omnes nos, inquit, in unum corpus baptiza
1. Cor. 12 ti sumus, siue Iudæi, siue gentiles, siue serui, siue liberi, & omnes in uno spiritu potati sumus. Intātum aūt dominus fidelium suorum pace delectat̄, ut in salutationibus quoq; pacem offerri iubeat, dicens: Intrantes domum salutate eā
Matt. 10 dicentes: Pax huic domui. Et ipsemet post resurrectionem
Iohan. 14 suam apparens discipulis: Pax uobis, inquit, Et in cœlum ascēsurus: Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Quin etiam tunc in carne nasci uoluit, cum terrarum orbis cessantibus bellis pacem agitaret, quando gladij iuxta Esa
Esa. 2 iæ uaticinium mutati sunt in uomeres, & lanceę in falces;
Luc. 2 quando angelorum uox audita est de cœlo canētium: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonę uoluntatis. Ob hoc equidem reor ipsum Christum ab apostolo significatum, cum in fine epistolæ ad Rom̄. dixit: Deus autem pacis sit cum omnibus uobis: amē: Deus enim pacis est, qui inter deum & hominem pacem ponere uenit, qui iudæos & gentiles inter se dissidentes in una fide copulauit, qui noua ueteribus coniunxit & utraq; fecit unū. Christus itaq; & deus pacis, & dei pax, & pax nostra est. Ex quo satis constat, illos ab eo esse alienatos, ut non gratiæ sed iræ filij sint, qui odio habent pacem, & fraternæ discordiæ sunt autores. Ipsum autem salutandi morem a domino traditum apostolos postea usurpasse, scripta eorum testantur. Siquidem epistolæ Pauli fere omnes sic incipere & sic desinere manifestum est. In principijs em̄ habēt: Gratia uobis & pax a deo patre & a dn̄o nostro Iesu Christo: & similiter in fine. A pace ergo exordia sumebāt, pace postrema concludebant. Nec aliter Ioannes Apocalypsim orditur, nec Petrus epistolas: usq; adeo iam trita ac puulgata erat inter Christi discipulos pacis offerendæ salutatio. Quod nostris quoq; tēporibus obseruari cernimus, ab ijs qui Christum apostolosque eius imitantur. Præterea in lege ueteri nomen pacis celeberrimum fuisse apparet, & res

ipsa ante omnia optabilis ac iucunda. Fuit olim hostia q̃ Leuit.7
dicebatur pacificorum. Fuit Gedeonis altare uocatum dñi Iudic.6
pax. Legimus & Salomonem in diebus pacis imperasse, 3.Reg.7
& ipsum pacificum appellatum, atq; ideo electum q deo 2.Reg.7
templum poneret, & in hoc opus Dauidi patri prælatum
non quia melior, sed quia pacis fuit obseruator. Ezechias
q̃m iactabũdus gazam omnem legatis Babyloniorum ostẽ 4.Reg.22
tando peccauerat, per prophetam audiuit, illam eidem gẽ
ti prædam futuram: & humiliatus. Bonus, inqt, sermo dñi Esa.39
sit tantũ pax & ueritas in diebus meis. Cũ itaq; non tam
pro thesauro q̃ pro pace esset sollicitus, calamitas dilata fu
it ad posteros, ipse in pace quam diuitijs prætulerat, quieuit.
Iudas quoq;, Machabæus dux bello strenuus, illis quos ui
cerat pacem petentibus non negauit, quare uidetur nihil
aliud armis quæsisse q̃ pacẽ. Iustaq; esse bella illa quæ bo
næ pacis fine geruntur: sicut iniusta & iniqua quæ aliena
occupandi cupidine denunciari atq; inferri solẽt. Cum igit
tanti habenda sit pax, non immerito ut eam acquiramus
possideamusq; precibus a domino sollicitandum esse ad
monemur. dicitur enim: Rogate quæ ad pacem sunt hieru Psal.121
salẽ. Fiat pax in uirtute tua, et abundantia in turribus tuis.
In pace quippe affluere solet rerum copia, quam bello sequi Hiere.29
ente minui ac deficere necesse est. Quamobrem ad popu
lum quoq; de hierusalem in Chaldæam translatum ait dñs:
Quærite pacem ciuitati ad quam transmigrare uos feci, et
orate pro ea, quia in pace illius erit pax uobis. Alibi etiam Baruch.1
est dictum: Orate pro uita Nabuchodonosor regis Baby
lonis, & pro uita Balthasar filij eius: ut uidelicet diu uiuãt
illi, sub qbus & ipsi quiete se uicturos ac secure sperabãt.
Hoc idem apostolus præcipit, dicens: Obsecro primũ oĩm 1.Timo.2
fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarũactio
nes, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus q
in sublimitate constituti sunt ut quietam & tranquillã ui
tam agamus in omni pietate & castitate. Amplexanda est
igitur pax cum adsit, præcationibus quærenda cum desit,
& pro illis orandum sub quorum imperio atq; tutela uitę
tranquillitate frui contingit; ut sopito bellorum tumultu,

nullaq; interpellante molestia, animus noster ad deum cõtemplandum expeditior atq; liberior assurgat.

¶ De pace animæ & corporis. Ca. VII.

NIsi em̃ ideo pacem amplectendam duxerimus, ut uirtutibus, ob quas deo chariores sumus, nemine impediẽte liberius incumbamus, bono pacis abutimur: & quod prodesse debuerat, nocet. Alienis a uirtute tunc plane latior peccandi campus panditur, cum illi aduersariorum non carpuntur molestijs: cum uidelicet non metuunt, ne segetem iam maturam hostis incendat, aut frugiferas deuastet arbores, aut pecudũ greges in prædam abducat, aut obsessos intra moenia fame sitiq; perire cogat aut captos bonisq; exutos uel ferro interficiat, uel in perpetuam redigat seruitutem. Fit autem sæpe dum talia formidantur, ut luxuriæ libidiniq; locus pene nullus sit. Et quoniam ab his continere se summæ laudis est, haud dubium, quin uoluptuarijs hominibus plus mali pax afferre soleat q̃ bellum: quia incontinentiores reddit, & in omne uitium oblata securitate proniores. His ergo bellum potius optetur, ut male uiuendi licentia coerceat sollicitudine periculorum. Modestis uero & temperantibus uiris, ut animo excolendo officiosius operam impendant, belli impedimenta submoueri desyderemus. Ita enim exteriore aduersario pacato ac cessante, facilior cum isto quem assidue intra nos patimur, erit pugna. Quem certe nisi domuerimus nisi animi in quo ratio est, ditioni subiecerimus, nihil proderit ab illis inimicis q foris sunt, donata pax, dum ab hoc q intus est inquietamur. Inimicus aũt domesticus noster atq; intestinus ipsa carnis concupiscentia est. Pacem agimus q̃diu illi non ceditur, q̃diu repugnat: neq; quod caro affectauerit, hoc fieri spũs permittit. Caro post uoluptates abire nititur, & in uitia semper est prona. Spũs uero q est ratio ipsa ab his abhorret ne deo peccet, consyderans q̃ sit grande scelus prauæ cupidini morem gerere, qua deus offendit̃, & a continentiæ uirtute recedere qua placat̃.

Psa. 33 Ob hoc qdem exclamat propheta & ait: Diuerte a malo & fac bonum, inquire pacẽ & sequere eam. Diuertimus a.

in malo, cũ carnalibus blanditijs nõ acqeſcimus: facimus bonũ, cũ iuſſis pceptiſq; paremus diuinis. Pacẽ inquirimus, cũ carnis petulãtiã ieiunijs, uigilijs, laboribus domãdo cõpeſcimus. Et quoties in hac contẽtiõe obnixe ac pſeueranter ſtamus, pacẽ illam q̃ cum deo eſt ſeqmur, et eam quę cũ concupiſcẽtijs eſt refutamus. Pellanĩ igiĩ ab animo uitia, ut locus uirtutibus detur: dominetur ſpũs, ut ſpiritui ſubiecta obediat caro, ut pacẽ quæ omnẽ ſenſum ſupat, q̃ omnibus pferẽda eſt diuitijs, aſſequi mereamur. Pacẽ q̃ nos deo cociliat, angelis ęquat, ſanctis copulat, & poſt uictoriã in cœlo coronat. Victoria eñ opus eſt non cõpoſitione, ut pacẽ cum corporis quoq; ſenſibus animus habeat. Qui qdẽ ſenſus non niſi ſupati, quieſcunt: certare aũt nolenti dominanĩ. Repugnandum eſt igiĩ illis, & ſi fluxa fragiliaq; propoſuerint, ad ea quæ æterna ſunt dirigantur. Si uiſus prouocat ut comptam uideas mulierẽ, & in choreis laſciuientes cernas iuuenes, auerte oculos tuos, ne quod diutius conſyderauerint, facilius concupiſcãt. Tuas etiam aures ſepi ſpinis, et linguam nequam noli audire: neq; amatorijs obſcœniſq; cantibus uel impudicis poetarũ lectionibus eas accõmodes, ne forte turpe aliquid ab ijs receptũ ad cor penetret & per blanditias infuſum animam feriat. Odoramenta quoq; muliebrem mollitiẽ præ ſe ferentia fuge, quos ea delectant illis ipſa ſordet uirtus: effœminatiq; & eneruen duriora pœnitẽtiæ officia ſubire nequeunt. Gulæ etiam impera, & ſi cibos ganeatos uinaq; pcioſa tibi concupiſcenda propoſuerit, tu illi ecõtrario recole, Ioannis locuſtas & mel ſylueſtre & ſyceræ uiniq; abſtinẽtiam, & panes hordeaceos apoſtolorũ, quibus dominus turbam ſatiauit in deſerto. Obijce & multorũ q in ſolitudine Chriſto ſeruierũt, crudas herbas atq; radices, uel ſylueſtriũ arborũ fructus & frigidæ aquæ pocula. Si demũ ad turpẽ tactũ libidinoſa cogitatio te ſollicitat, cõprime manum, auerte te ab aſpectu fœminæ, refer ab ea pedem, tolle te de medio, uim ingere cupidini: & q bonũ ſit mulierem non tangere, nõ mihi, ſed apoſtolo crede. Poſtremo ſingula quæq; uitia oppoſitę uirtutis rememoratiõe exclude, & in carnis rebellantis pericu

Viſus. Auditus. Odoratus. Guſtus. Tactus. 1.Cor.7

lo ad illas cogitationes quæ spiritus sunt confuge. Quoties te inanis gloriæ lacessierit appetitio, responde illi: Dominus resistit superbis, humilibus autem dat gratiam. Quoties cor iracundia incalescere cœperit dic ei: Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: & ira uiri iustitiam dei non operatur. Quoties diuitiarum cupido animum titillauerit, oppone illi paupertatem Christi apostolorumq; inopiam: memorare diuitis purpurati in inferno miserias, Lazariq; mendici in Abrahæ sinu beatitudinē. Atq; ita carni imperando & nunq; cedendo uincere assuesces: & ut semp uincas, semper time ne uincaris: utq; semper tutus sis, nunquam esto securus. Nam in carnis certamine cum sæpe superior euaseris, nisi quotidie uictam uinculis constringas, rumpet pacem, non stabit conuentis, & cum frenum momorderit, trahet te quo uolet, ueluti sessorem effrenis et indomitus equus. Tamdiu igitur pacem cum illa habere poteris, donec uinctam compeditamq; tenebis, ac tanquam fugitiuum seruum: nunc uerberibus, nunc laboribus premes, nunc tenuabis inedia atq; uigilijs. Desinit calcitrare iumentum papulo subducto, in saturitate lasciuit. Ex his quæ diximus satis constat, animæ atq; corporis pacem laboriosam admodum esse & inquietam, & sollicitā, & q̄ fatigationibus non solum comparetur, sed etiam retineatur. Is tamen eius fructus est, q; possessorem suum ad æternæ pacis bonum feliciter transmittat, si ipse usq; in finem ita ut dictum est egerit. Quo cum peruentum fuerit, tunc
Esai. 32 demū (ut ī Esaia legimus) erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitię silentiū & securitas usq; in sempiternū, & sedebit pp̄ls meus in pulchritudīe pacis, & ī tabernaculis fiducię, & in requie opulenta, inquit dominus. Per q̄tidiana igit̄ certamina, & ipsam certaminum uictoriam, qua malarum cupidinum uires conterimus, ad sempiternū tandem quietis triumphum peruenitur. Restat nunc, ut etiam pacis malignam simulationem omnibus fugiendam consyderemus.

De pace simulata. Ca. VIII

MVltiplex animus & fraudulenta simulatione imbutus pacem præ se ferre uidetur, & ex insidijs incautos aggredi parat. Blando uultu delinificisq; uerbis beniuolentiã ostendit, & in corde meditatũ carnificinã. Talis pax Saulis fuit erga Dauidem: cui se pacatum ideo respondebat, ut occasionẽ nancisceretũ ipsum perimẽdi; quod certe perfecisset, nisi lanceæ ictus ab eo qui petebatur fuisset euitatus. Talis pax & Ioab in Amasam collegam suũ fuit: erant eñ ambo Dauidici exercitus duces, amice ac familiariter ipsum alloquendo pugione transfixit Talis pax & Ismahelis extitit, qui amicissimũ se ostendens ad Godoliam cum decem uirorũ comitatu uenit, & cum ijsdem conuiuio gratanter fuit exceptus, nulla tamen benignitate amici motus est ne pficeret, quod animo uersabat, inter epulas ipsum primo Godoliam, deinde illos q in præsidio erant concidit, oppidũq; occupauit. Eo loci postea. lxxx. uiros Hierosolymã ad sacrificandũ pergẽtes, ut ad se in Masphat diuerterent rogauit, ueluti pro magno habiturus, si tales hospites habere sibi contigisset: cum autem uenissent, rebus uitaq; simul spoliauit: præter decem, quibus non pietate, sed auaritia ductus pepercit: q thesaurum in agro defossum se illi indicaturos dixerant. Talis pacis non pauca exempla in annalibus quoq; habent Machabæorũ. Nam & Antiochus Eupater cũ pacem iurasset præsidio Sion, intra arcem receptus, uiolauit iuramenti fidem & muros quos obsidione capere non poterat, fraude intercepit, dirruiq; iussit. Sic & Alchimas pacem Assidæis iure iurando firmatam cũ dedisset, sexaginta ex eis die uno interimi fecit. Et Triphon Antiochi regis adolescentis exercitus præfectus, primo Ionathan regis amicũ simulatæ beniuolentiæ blanditijs illectũ interfecit: deinde regẽ ipm atq; hac tanta usus perfidia Asiæ regnũ possedit. Et Ptolomæus Abibi filius Simonẽ liberosq; eius Mathathiam et Iudam ad Hiericuntem in arce Doech inuitatos, & iã uino epulisq; graues inuadens repenti cæde sustulit. Andronicus quoq; Antiochi regis præfectus Oniam sacerdotem cum iurasset nihil se ei nociturũ, de asylo euocatũ trucida-

[Margin notes: Saul. — Ioab. — Ismahel. Hiere. 41 — 1. Macha 6 Antiochus — 1 Macha 7 Alchimas. — Triphon. — 1 Mach. 12 ptolomęus — Andronicus.]

uit: nec tamen impune huic fuit. Ipsum enim rex capite ple cti iussit, comperto q ab Oniæ emulis pecunia corruptus id egisset. Nonne pax istorum omni fuit detestabilior bello? omni aperta simulate deterior? Superata est tamen (ut
Iudas. ad nostra ueniamus) Iudæ Schariotí scelere. Dominum suum qui est omniũ dominus, omnium credentium redemptor, omnium saluator: a quo in apostolatũ ascitus fuerat, quem sibi pedes lauisse sciebat, cum quo pascha comederat, cuius corpori & sanguini communicauerat, quem tot miracula fecisse iam uiderat, quem iustum, quem pium, quem semper innocentem & in omnes beneficum nouerat: eum (proh nefas) ad necem prodidit, & in manibus quærentiũ sanguinẽ eius dedit: triginta non amplius argẽteorum pretio allectus, quos a Iudæis accepit. Non fuit ergo ueritus tam prophano animo, tam mente impia ad talem dñm accedere, & ei osculũ pacis offerre, quẽ tam paruo iam uendiderat. Sed uide huiusce nefandi flagitij terribilem exitũ: conscientia pulsatus ueniam desperauit: quã certe si petisset, impetrasset: & qui pro suis crucifixoribus orauit, proditori quoq; pepercisset. Ille tamẽ dolore superatus ipse sibi mortẽ consciuit, laqueo se suspendẽs, & infelicem animã æternæ mortis tenebris tradens. Ne igitur uel Iudæ uel alijs infidis et execratis, quorũ modo fecimus mentionẽ, similis habearis, maxime in pace concilianda, conseruandaq; cauendũ tibi erit, ne quid simules uel dissimules, et erga eũ cui blandiris, aliam faciẽ oris, aliam cordis pręstes. Alioquin dicetur tibi, quod in Ecclesiastico est
Eccle. 2 scriptũ: Væ duplici corde & labijs scelestis, et manibus malefacientibus & peccatori terrã ingredięti duabus uijs: uel
Abacuc. 2 illud Abacuc prophetæ: Væ q potũ dat amico suo, mittẽs fel suũ & inebrians, ut aspiciat nuditatẽ eius. Si te ista parum terrent, ut paulo perplexius dicta, audi etiam illud in
Hiere. 9 Hieremia scriptũ, quo nihil planius apertiusq; dici queat: Sagitta uulnerãs lingua eorũ dolũ locuta est, in ore suo pacem cũ amico suo loquit, & occulte ponit ei insidias: nunquid sup his nõ uisitabo dicit dñs? aut in gente huiuscemodi nõ ulciscetur aĩa mea. Sunt pręterea qui amice admodũ

ac beniuole loquunt cũ altero,& statim eidẽ absenti detra
hunt. Vbi audit, cõmendãt & extollunt, ubi aũt nõ audit,
carpunt ac sugillant: & quẽ modo laudauerant, rursum di
ctis petulantibus incessere nõ uerent. Istos quoq; dei sapi
entia reprobat in prouerbijs, dicens: Arrogantiã & super- Prouer. 8
biam & uiam prauã & os bilingue detestor. Displicet igi
tur illi, cui nullũ placere potest malũ, simulata pax, nõ solũ
illoꝝ qui factis offendũt, sed etiã istoꝝ qui de absente uer
bis obloquunt: de quibus in Iob scriptũ est: Simulatores Iob. 36
& callidi prouocãt iram dei. Ne ergo in iram istã, qua ni-
hil est horribilius, incidere tibi cõtingat: noli fratri tuo in-
tendere dolos, noli uerbis lenibus eũ palpare, ut nihil me
tuentem uel facilius euertas, uel securius infames. Quod si
tibi tuæ fraudes, ut ex diuinę scripturæ sententijs didicisti,
magis nocebũt, q̃ ulli alij, quę dementia est, simulata pace
alios lædere uelle, & teipm̃ in æternũ damnare? alios leui
ter ferire, & teipm̃ lœtali plaga afficere? alijs fortunas, ui-
tam, famã auferre, & tuam propriã animã, quæ his omi-
bus longe est pretiosior, igni extinguibili sine fine crucian
dam tradere? Quicquid dolose maligneq; agis, latere po-
test hoĩes, deũ nihil latet, cogitatiões tuas inspicit, cor tuũ
intuetur. Quod si forte a pace, quã proximo tuo debes, alie-
natum uiderit: ipse suam pacem, quæ oẽm sensum exupe-
rat, iratus tibi denegabit. Non est pax impijs, ait dominus Esa. 48
si non est, haud dubium quin neq; erit. Ideò enim non est,
quia neq; dum cogitant malum, neq; dum operantur cõ-
quiescunt, & post commissum ipso conscientiæ morsu tor
quentur. Ideo autem non erit, quia uita quoq; defuncti i eo
descendunt, ubi nulla est quies, nullum otium, sed assiduus
labor, sempiternus horror, supplicia nunq̃ finienda. Talia
quippe manent simulatores ipsos pacis, & sub amicitiæ
persona latentes insidiatores. Non enim deo obediunt, sed
prauæ mentis libidinem secuti: quod ipse prohibet hoc
agunt. Dei omnipotentis lex est: Non mentiemini, nec de Leui. 19
cipiet unusquisq; proximum suum. Non facies calumniã
ꝓximo tuo, neq; ui opprimes eũ. Non oderis fratrẽ tuũ in
corde tuo, sed publice argue eũ, ne habeas sup illo peccatũ

Hi uero contra ueritatem ire audent, mentiendo, decipiẽdo, calumniando, opprimendo, odiendo, et odium sub pacis nomine tegendo ac dissimulando, uestemq; malignæ duplicitatis induendo: cum lex & hoc prohibeat, dicens: Vestẽ quæ ex duobus texta est non indueris. Quanto aũt magis deo inobedientes fuisse conuincentur, tanto acerbiora inferni supplicia subire cogenẽ. Hi sunt eñi quibus propheta in psalmo per spiritũ sanctũ stimulatus imprecaẽ, dicens:
Psal. 11 Labia dolosa in corde, & corde locuti sunt: disperdat dñs
Psal. 27 uniuersa labia dolosa. Et iterũ in alio psalmo: Qui loquũtur pacem cũ proximo suo, mala aũt in cordibus eorum: da illis secundũ opera eorum, & secundũ nequitiam adinuentionum ipsorum. Et paulopost infert: Destrue illos, & nõ ędificabis eos. Quod si destruendi, & non ædificandi sunt, quis illis spei locus erit relictus, tormenta illa que in inferno sunt euadendi? Sed fortasse cum processerint doli, cum malum quod cogitauerant peregerint, se quieturos confi-
1. Tessa. 5 dunt? Audiant ergo apostolũ dicentem: Cũ dixerint pax et securitas, tunc repentinus eius superueniet interitus, sicut dolor in utero habentis, & non effugient. Quod si quicq; cõsummato scelere lętari contigerit, momẽtanea profecto ac breuissima est cuiusq; flagitij delectatio: sed nisi poenitudo intercesserit, dolor subsequeẽ perennis, & nullo prorsus fine claudenda poenarum inquietudo. Quoniã pro pc̃tõ quo deus infinitus offenditur, infinita debet esse punitio. Ista nobiscũ euoluentes demus operam, ne quid maligna mente fingamus coram alijs, ne quid simulemus, quod uel illis uel nobis noxiũ fore nouimus aut iniquũ, aut turpe et inhonestũ. Simpliciter sine fraude, sine inductiõe, sine malitia, sine fuco omnes diligamus, tam uerbo q̃ opere: ut pacem synceram, puram ac ueram & cum alijs & nobiscũ habeamus, ipsiq; deo pacis placere possimus, qui de coelo ueniens, pacem attulit terræ, pacem ijs qui longe, & pacẽ ijs qui prope: neminem credentẽ respuens, omnes aũt ad pacem inuitans mutuæ, inter nos dilectionis: ut huius pacis merito, quæ in præsenti est, illam perpetuam atq; perennem, quæ est in futuro, consequamur. Si eñi in simplici

tate fraternæ pacis ambulabimus, si passiones nobiscũ pugnantes rationi subiugando domabimus, in Christo requiescemus, in Christo exultabimus. Ipse est pax nostra. Ipse posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. Ipse diligentibus pacem propitiabitur ac fauebit: & eosdem cũ ad iudicandũ uenerit, in suũ suscipiet consortiũ cũ charitate perpetua atq; perfecta: ut impleatur quod dictũ est: Misericordia & ueritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt. Psal. 84

¶De bonitate. Caput. IX.

ET quoniam ex his quæ diximus colligit, pacẽ prodesse omnino non posse, nisi bonis, nisi honestis, nisi iustis & uirtuti sanctitatiq; deditis, opportunũ uidetur de bonitate ipsa nunc differere. Bonũ igitur id esse dicimus, quod iustũ ac honestũ censetur, quodq; ut fiat lege diuina iussum est: sic econtrario, id esse malũ quod turpe, quod iniustũ, & a ratione alienũ, quodq; fieri cœlesti interdicto prohibitũ apparet. Cætera uera quæ neq; uetita neq; consulta esse constat, in medio posita sunt, & nec bona nec mala iudicant: sed si bene utaris, bona erunt: si male, mala: ut diuitiæ & dignitates, & huiusmodi cætera. Si ad multorũ utilitatem te conuerteris, proderũt: sin aũt luxuriæ te libidiniq; tradideris, nocebunt: atq; his contraria paupertas iuuabit, si patienter feres, et contemptis opibus nihil amplius, q̃ quod sustentandæ uitæ satis est appetes, ut Christo seruias. Offendet aũt si per impatientiam deum probro aliquo lacessieris, uel ad furtũ rapinamq; auaras porrexeris manus. Cuncta id igitur genus bona erunt, si admixta illis uirtus fuerit, mala uero si adhæserit nequitia Ad bona aũt malaq; dijudicanda sapientũ acquiescendũ esse consilio ratio admonet. Sed sapientia in quam nullus cadere potest error, deus est. Diuinis ergo præceptis institutisq; niti, & eorũ autoritate de omnibus decernere tutissimum erit. Indicabo tibi o homo, inquit Micheas propheta, quid sit bonũ, & quid dñs requirat a te: utiq; facere iudiciũ & diligere misericordiam, & sollicitũ ambulare cũ deo tuo. Bonam esse ait iustitiam, bonam misericordiã

sed bonorum omnium quae agimus, finem in deo constituendum esse docet. Nam cum omne bonum expetibile sit, & quo melius, eo magis expetendum: nihil autem deo esse potest melius, qui solus cuiusque boni fons & origo est: nihil ergo desyderari, nihil concupisci supra deum debet. Ille itaque naturę rationique repugnat, & diuinae refragatur uoluntati, qui ea quae bene agit, alio quam in deum dirigit. Quod si omne datum optimum & omne donum perfectum, desursum est descendens a

Iaco.1 patre luminum, ut Iacobus apostolus ait, in quem iustius decentiusque omnes bonae animi atque corporis actiones referri poterunt, quam in eum a quo sunt? & pro quibus ipse se tibi do-

Gene.1 nat, dicens: Ego sum merces tua magna nimis .i. summa & ultra quam nihil habetur expetendum: quaque adepta beati sumus, & propter quam solam, studio incumbit uirtutum, uitiaque uitantur. Falluntur igitur illi, qui in uirtute hominis beatitudinem collocant, cum beatitudo praemium sit uirtutis, non uirtus, & qui bona corporis uel fortunae ei adiungunt, cum omnia caduca fragiliaque sint, nec per se bona esse queant. Stabile autem bonum beatitudo est, & perenne, & perpetuum: cuius adipiscendi gratia etiam aduersa pati bonum esse dicimus, & prosperis insolescere malum. Contra uitia pugnare bonum, illis uero subijci malum. Virtutum autem armis opus est ut uincamus, & cum his nos munierimus, omnis uincendi

Ioan.15 spes in deo collocanda erit. Sine me, inquit, nihil potestis

1.Cor.4 facere. Ipse quoque uirtutes donum dei sunt, dicente apostolo Quid habes quod non accepisti? Si non accepisti, ora ut accipias. Petenti datur, pulsanti aperietur. Incipe uelle, et merueris accipere. Si acceperis, constanter retine, fideliter operare, ut bono summo, quod in ijs quae praecepta sunt perseuerantibus datur, dignus inueniaris. Firmus esto in fide, longanimis in spe, ardens in charitate. Sume scutum fidei, in quo possis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Sine fide placere deo impossibile est. Fides autem sine operibus mortua est. Vtrunque seruemus, ut uitae aeternae spem

1.Ioan.3 habere possimus. Quoniam ut Ioannes ait: Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad deum. Vt autem cuncta pie recteque facta atque cogitata prosint, charitate fundata

sine: ea absente nulla prodesse poterit uirtus, nulla iuuare operatio, & beneficia, quæ proximis pstamus, ab illa quã deo debemus dilectione proficisci debẽt. Ista quidẽ uirũ bonũ efficiunt, quẽ eundẽ propter futuræ beatitudinis expectationẽ non incertam beatũ appellamus, & hoc edocti a dño qui ait: Beati pauperes spũ, qm̃ ipsorum est regnũ coelorum, beati mites, qm̃ ipsi possidebunt terrã, beati qui lugent, quoniã ipsi consolabuntur, beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniã ipsi saturabuntur, beati misericordes, quoniã ipsi misericordiã consequentur, beati mundo corde, quoniã ipsi deũ uidebunt, beati pacifici, quoniã filij dei uocabuntur, beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum coelorum, beati estis cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint om̃e malũ aduersum uos, mentientes propter me, gaudete & exultate, qm̃ merces uestra copiosa ẽ in coelis. Sint ergo in te istæ uirtutes in terra, ut & nunc spe beatus sis, & postea beatior mercede in coelo. Audi præterea & apostolũ præcipientem: Spiritu ambulate & desyderia carnis nõ pficietis. Manifesta sunt inquit, opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiæ, cõtentiones, emulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico uobis sicut prædixi, quoniã qui talia agunt, regnũ dei nõ cõsequentur. Ista detestare, & his quæ sequunt, nauiter te accinge. Fructus aũt spiritus ait, est charitas, gaudiũ, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia. continentia, castitas. Habes hic quidẽ, & quæ tibi uitanda sunt, ne malus ac miser sis, & quæ expetenda, ut bonus beatusq; euadas. Vt autem uirtutibus affluas, bene agendi cupiditas efficiat amorq; uirtutũ. Illas amplecti nihil te impediat, illas deserere nihil te cogat. Mortẽ minatur tyrannus, sed uirtus pollicetur immortalitatem, opes hostis diripit, sed uirtus thesaurũ suũ habet in coelo, quẽ neq; fur surripere, nec tinea põt corrũpere. Quid quæreris de amissione fluxę atq; fragilis rei, & de æterni

Matth. 5

Gala. 5

boni possessione mox capienda non lætaris? Ad illam diu optatam beatitudinē hinc decedens peruenies, tantum ut uirtutes tibi sint comites cura, quibus hæc promissa ē merces. Beatus es si cū propheta dicere poteris domino: in uia
Psal. 118 testimonioꝝ tuoꝝ delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. Non te pigeat diuinas legere scripturas, audire, discere & cū didiceris, alios docere: & quod doces, ipse facere. qui enim docuerit & fecerit sic, magnus uocabit in regno coeloꝝ. Diuinoꝝ scientia oīm quidem scientiaꝝ præstantissima est: percepisse tamen illam nihil proderit, nisi etiā secundū illam uiuat. Sapientissimi Salomonis sententia
Eccle. 3 est: Nihil esse melius q̄ lætari in opere suo, & hæc est, inquit, pars hominis. Est enim scriptū: Opera illoꝝ sequunt illos. & in euangelio non otiosis, sed operarijs datur dena
Gala. 6 rius. Vnde apostolus: Dum tempus habemus operemur bonū ad omnes, maxime aūt ad domesticos fidei. Nō ergo qui scit, sed qui facit bonū, beatus est. Porro cū benefeceris, deo gratias age. Ipsius donū est quicquid boni agimus. Bonam uero actionem, bonoꝝ contemplatio parere solet. Maximi ad uirtutem stimuli sunt, quanti ea facienda sint cogitare, per quæ ad summū bonoꝝ peruenitur. Quod nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis descendit. Et cum tam immensa, tamq; inæstimabilis merces iustis ac uirtute præditis uiris proposita sit, plurimi semper haberi debet uirtus. Beatus est igitur uir (sicut
Eccle. 14 scriptū est) qui in sapientia morabit, & in iustitia meditabitur, & in sensu cogitabit circunspectionem dei. Ad hāc
Philip. 4 consyderationem & apostolus nos uocat, dicens: Quæcunq; sunt uera, quęcunq; iusta, quęcūq; sancta, quęcūq; amabilia, quæcūq; bonæ famę, siqua uirtus, siqua laus disciplinæ, hæc cogitate. Talia enim cogitando proficimus, et implerur in nobis quod in psalmo dicit: Ibunt de uirtute in
Psal. 83 uirtutem, & uidebit deus deoꝝ in Sion. Hæ sunt eīn mansiones populi dei, per quas ad terram promissionis itur, et gradus per quos psallendo dei templū ingredimur, & scala Iacob, per quam de terra sublati ascendimus in coelum, ut iam manifesto inuisibilis dei fruamur conspectu, & ple

me uereque beati simus. Ideo & apostolus quæ retro sunt obliuiscens, ad ea uero quæ sunt priora extendēs seipsum ad destinatum persequitur brauium supernæ uocationis dei in Christo Iesu. Talis est omnis iustus: de quo psalmista ait: Iustus ut palma florebit, sicut cedrus lybani multiplicabitur, quod & Salomon testatur, dicens: Radix iustorum proficiet. Philip. 3 Psal. 91 Prouer. 12

¶ Quod bonitas & perfectio donum dei sit. Ca. X.

ETenim proficiendo ad bonitatis iustitiæque culmen peruenient iusti, ut de mundo exeuntes Christum sequantur, & perfectionis iter ingredi incipiant. Si uis, inquit, esse perfectus, uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. Perfectionis est igitur contemptis diuitijs Christi imitari paupertatem, spretaque inanis gloriæ ambitione humilitate se deijcere: quia & ipse cum eum regem uellent facere recusauit, dicēs: Non est regnum meum de hoc mundo: & non ueni, inquit, ministrari, sed ministrare: & cum dominus esset seruum se fecit. Præterea semetipsum abnegare, & aliorum subdi imperio, consummatæ uirtutis est: quia & ipse obediens fuit patri usque ad mortem crucis: Ad hæc non solum amicos, sed etiā inimicos diligere, quia & ipse pro illis, a quibus tormenta patiebatur orauit. Repudiatis etiā nuptiarum copulationibus perpetuā seruare castitatem, quoniam & ipse castus fuit, de casta matre genitus, de casto seruo baptizatus. Postremo pro amore dei nullum laborem recusare, nulla refugere pericula, nullo supplicij necisque genere terreri, omnia prius aduersa perpeti malle quam dei mandatum præuaricari: hoc erit calicem bibere pro Christo, quem prior pro nobis bibit Christus. Qui tamen hoc fecerit, nequaquam in eo quod pro Christo sustinet, se gratiam retulisse putet, sed beneficij plus accepisse. Idem enim ille qui pro nobis pati uoluit, ut nos pro sui nominis gloria sustinere possimus præstat. Facimus quidem cum obedimus: nulla tamen apud illum imperandi est causa, nisi ut remuneret obedientes. neque enim nostro obsequio indiget deus, sed nos ipsius indigemus iussione; ut cum hoc quod missum est im- Matt. 19 Iohan. 6 Marc. 10

pleuerimus, accipere illud quod promissum est mereamur: tam & si hoc quoq; ut iussa pficere ualeamus, eius muneris sit, cuius benignitatis est pficiētibus promissa tribuere. Quicquid igitur a nobis exigit dominus, nihil ex eo ipsi accedit cum præstatur, sed nobis duntaxat prodest, q pro modico bono quod pręstamus, bonum illud quod oēm superat taxationem, ab ipso recipimus. Quanto igitur benignior atq; indulgentior dñs, tanto nos ei promptius pfectiusq; seruiamus. Quanq; penitus pfecti esse non possumus, donec corporis huius onere premimur. Vnde dictū

Sap. 9 est: Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Et caro pugnat aduersus spm̄, & spiritus aduersus carnē: hæc sibi inuicē aduersanť, ut nō ea quę uolumus faciamus. Itaq; in hac uita sicut proficere, ita & deficere cōtingit: & quēadmodum peccatores p pœnitētiam sanctificanť, ita sancti p fragilitatē peccant atq; delinquunt. Sanctorꝝ tñ siue iustorꝝ nomen non amittunt illi, q dum se peccasse dolēt, cito corriguntur. Peccauit Moyses, peccauit Aaron, peccauit Dauid, peccauit Petrus, peccauerunt omnes reliq discipuli, cum tpe dñicæ mortis a fide defecissent. Solus tamē

Iudas de sanctorꝝ numero excidit infelix Iudas, qa licet de scelere doleret, de uenia tamen desperauit. Cum igiť nemo tam pfectus sit, quē non aliquādo labi cotingat, nemo in p̄senti potest esse perfectus, nisi pro conditione fragilitatis hu-

Matt. 5 manę, scdm quam dictum est: Estote pfecti sicut & pater uester cœlestis pfectus est; nō dixit, quantū ille pfectus est, quod impossibibile quidem erat, sed sicut ille, ut pro uiribus enitamur ei similes esse in omni bonitate & iustitia & uirtute, qui ad similitudinem & imaginē suam nos creauit. Tunc aūt plene perfecti et cōsumati erimus, cum ablata omni immortalitatis molestia in ipso uiuere incipiemus. Nunc enim uidemus in enygmate p speculū, tunc aūt facie ad faciē, & sicuti est eum uidebimus: quæ sola uisio efficit nos beatos, atq; omi uirtute repletos, & iā neq; culpæ neq; tentationi obnoxios: quibus miserijs interim carere omnino non possumus. Danda tamen est opa, im-

mo omni labore conandum, ne quando in illa peccata q̃ ad mortem ducunt incidamus. Quod si etiã minima quęq;(quãtum in nobis est) uitare studuerimus, uel nullus uel rarus admodũ ad grauia et q̃ ad mortẽ afferãt, lapsus nobis eueniet.

¶ De moderatione uirtutum. Ca. XI.

Porro in exercendis colẽdisq; uirtutibus ita nos gerere oportet, ut neq; ad dextram neq; ad sinistram declinemus: quoniam extrema uitiosa sunt, in medio aũt est uirtus. Ponam, inquit, dominus, in pondere iudicium, & iustitiam in mensura. Tu qui te ita institutum cõpositumq; senseris, caue ne qua inanis gloriæ appetitio animum tuum attollat: & quod humilitate congestum est, arrogãtia dissipet. Ad exẽplum aliorum uirtus tua sit exposita semper, non ad iactantiam neq; ostentationem: ut tua iustitia (sicut præcipit dominus) in occulto sit conscientiæ tuæ, & tamen ad laudem largitori uirtutum deo præstandam, qui te uiderint concitentur. Prouidemus eñi bona (ut apostolus ait) non solum coram deo, sed etiam corã omnibus hominibus: ut uidelicet ex conuersatione nostra deum laudent, se corrigant, & una nobiscum saluẽtur. Caue etiã ne quando inuideas melioribus: qui eñi bonis inuidet, diuinæ benignitati columniam facit, cum omnis hominum bonitas ex deo sit. Gaudeamus igitur bono alieno æquæ ac nostro: & in aliis, sicut etiam in nobis dei beneficia laudemus. Illum uero qui uirtutibus nos antecellit, & diligamus corde, & opere imitemur: neq; in quo ipse profecit, sed in quo nos defecimus, doleamus. Si autem contigerit, nosipsos ab aliis pati inuidiam, huiusce rei causam discussa animi nostri consciẽtia, inquiramus: & si hoc nostra culpa fieri cognouerimus, emendemus: sin aliena, ęquo animo feramus. Vsu enim uenire solet, ut malis odio boni sint, arrogantibus mites, casti incontinentibus, impiis religiosi. Veruntamen si deo placuerimus, nihil nobis nocere poterũt hoĩm iniustæ ꝑsecutiões. Quinimmo beati sunt q ꝑsecutiões tolerãt propt' iustitiã. Abel a frẽ ob iuidiã occiditur: & idem liuor in Iosephum innocentem fratres compulit sæuire. Armauit & Saulem inuidia aduersus

Esai. 28
Rom. 12
Abel
Ioseph

David Prophetæ Iob — Dauidem: Reges iniquos aduersus dei seruos prophetas, & communem humani generis inimicum aduersus Iob iustissimum incitauit. Horum autem si finem consyderes fatearis necesse est, non ipsis nocuisse mala quæ passi sunt sed profuisse. Ideo quippe & apostoli gaudebant in contumelijs pro nomine Iesu susceptis. Gaudebant & sancti martyres pro ueritate supplicijs affecti, quoniam per ea deum se magis demereri sciebãt. Intrepidi igitur iugula persecutoribus ferienda porrexerunt, ut fidem domino integre seruatam sanguis effusus testaretur, & uirtus nullo superata tormento præmia caperet felicitatis æternæ. Nihil igitur nocere potest uiro iusto, nec miser est, quem iam beatificauit spes gloriæ cœlestis merito uirtutum. Memento præterea ut in omnibus prudentiam obserues: præterita recordare, præsentia dispone, futura cogita. Tunc enim quos in aliquo crimine lapsos fuisse recoles, eorũ casus te in uia uitæ cautiorem reddet. Quos autem recte incedere conspicies, eorum consyderatio magis te ad amplectendam accendet uirtutem. Futurorum uero memoria & terrebit te minis mortis æternæ ne pecces & hortabitur uitæ perennis pollicitationibus, ut in bonis actibus perseueres: nullo labore defatigatus, nullo impeditus præsentium incommodorum periculo: omnia dura atquæ aspera uincens animi promptitudine, dum ad summum bonorum peruenire cõtendis. Et hoc quidem erit, non modo prudenter uiuere, uerum etiam iuste atq; constanter. Quoniam iustitiæ partes sunt, inhonesta respuere, recta diligere, de omnibus dijudicare, unicuiq; rei congrua distribuere. Constantiæ autẽ ab officio nõ discedere, nec aduersis deijci, nec prosperis efferri, in omni rerum euentu æquabilem se præstare, pro religionis asserione impiorum potentiam nihil uereri, & a uita priusq; a fide recedere. In omni aũt cœlenda conseruandaq; uirtute, non philosophorum opinionibus niti debes, sed sanctarum autoritati inhærere scripturarum. Qua confirmatus intelliges contra Stoicorũ sententiã, posse aliũ alia uirtute magis excellere: neq; necesse esse, ut qui unam habuerit, eum habere omnes. In Abel ante omnia quæ in

Margin notes: Apostoli; Martyres; Abel

illo erant laudatæ simplicitas, in Enoch munditia, in Noe lõ ganimitas, in Abraham obedientia, in Isaac pudicitia, in Iacob laboris toleratio, in Iosph pro iniuria bñficij repensio. In Moyse mansuetudo, in Iosue de dei promissione fiducia, in Iob inuicta calamitatum patiẽtia, in Dauide uindictæ abstinentia. in Salomone sapientia, in prophetis ad arguẽdos reges animi magnitudo. Inter apostolos quoq; eminuit, in Petro erga dominum pietas, in Ioãne puritas, in Paulo charitas, in omnibus ueritatis prędicandæ studiũ patientiaq; psecutionum. Et cum ita sit, tollit omnino illa necessitas omnium pariter habitarum uirtutum una habita, parilitasq; cunctarum. Quæ si esset nemo magis ista q̃ illa uirtute præstare potuisset: neq; prorsus omes nihil prodesse sine charitate Paulus diceret, si nulla earũ carere charitate potuisset: & si pares essent, quomodo staret illud, q̃d idem ait: Fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horũ est charitas. In eadem quoq; uirtute alium magis, alium minus proficere nouimus: alium alio meliorem, sanctiorem, iustiorem, perfectioremq; esse. & stellam a stella differre in claritate, atq; inter beatos etiam diuersitatem esse meritorũ. Gradus igit̃ psectionis sunt, ut qui ĩ infimo uersant̃, non desperent de medio: & q medium attingunt, nõ diffidant de summo: quem si apprehendere nequiuerint, locum tamen suum non deserant, & eo innocentiæ statu quem acceperunt contenti deo gratias agant, multumq; se profecisse arbitrent̃, si retrorsum nõ cesserint. Quãdiu erũt arbor bona, bonos faciẽt fructus: iustitiã cõseruabunt, deũ & proximos diligẽt: nemini nocebũt, prodesse omibus cupient, unaquaq; uirtute proficere studebunt. Præclare nobiscum actum erit, si talia pręstabimus. Verũtamen si cuncta quæ memorata sunt, deo donante præstauerimus, omnesq; bonitatis ac sanctimonię numeros impleuerimus fragilitatis hũanæ memores semp simus dicẽte aplo: Qui stat uideat ne cadat. Non em̃ proprijs uiribus cõfidendum sed omis bene agendi beneq; perseuerandi fiducia in deo sita sit: sine quo ne cogitare quidem quod bonum est, nostra ualet imbecillitas. Animũ aũt ita ut exposuimus insti-

institutum atq; compositum quę cōmoda sequantur quis aestimet? non est tamen silentio praetermittendum, quod scriptura docente didicimus.

De fructibus bonitatis Ca XII.

PRimum quidem iustorū pces exaudiri, & eorū meri to in impios quoq; uindictā differri sacrae historiae
Gñ.18 ueritas fidē facit. Oranti Abrahae ne peat iustus cū im pio in euersiōe futura Sodomorū rñdit dñs, parsurū se urbi, si in ea decē tantūmodo iusti fuissent inuenti. Bñ itaq; cū illa ciuitate agitur: in qua sanctorū cōnuētus aliqs habet. Qñqdē ita illis fauet deus, ut in ipsorū gratiam pctōribus quoq; & iniustis ignoscat. Ne aūt iustus cū scelestis uno ra
Geñ.19 piat interitu, Loth solus multae in deū pietatis uir ab ange lo monitus inde egredit, & Sodoma Gomorraq; igne de coelo pluente delent. Segoro oppidulo, qd ille ingressus est ut ibi se cum suis saluaret pepcit deus: in hoc quoq; ondēs quāti sit apud se uel unius iusti meritū atq; gratia. Quę res etiā in Noe cum uxore & liberis nuribusque seruato clare
Geñ.20 apparuit. Iusti quippe in arca saluati sunt, iniusti om̄es di-
Exo.27. luuio pierunt. Praeter haec Abrahamo orante steriles foemi
Num.14. nae pepererunt. Moyse orante plagae Aegypti cessabant,
16.& 21 inimici uicti sunt, diuina in plebem ira placata est. Illo iu-
3.Reg. 17 bente orauit Aaron, & incendium quo populus inuolue-bat, cessauit. Eiusdem Moysi preces ijs q serpentū ictibus disperibant, remedio fuere. Helia deprecante ne plueret, suspēsus fuit coeli humor p annos tres cum dimidio. Quo
Iacob.5 rursum ut plueret orāte, coelum dedit pluuiam & terra fru
3.Reg. 17 ctum. Idē in Sarepta uiduae pauperculae nihil habenti, fari nae oleiq; copiam non largitione, sed oratione contulit, fi-
4.Reg.2 liumq; eius mortuum ad uitam reuocauit. Quid adhuc?
4.Reg.4 Fluminis cursum stare fecit, donec diuisis aquis ad ulterio
Ibidem. rem ripam per siccum transiret. Helisęi oratione aqua potu
Ibidem noxia salubritatem recepit, terra sterilis foecunditatem, ui-dua Samaritana cum inopia laboraret, oleo abundauit. In Suna ciuitatę mulier apud quam ille hospitabat, diu steri-lis filium suscepit: & cum deinde hunc ipsum filium mor te sibi sublatū fleret, mox ab eo uitae restitutū uidit. Itē H

Elisæus cum orasset, pulmentum amarũ in dulcorem cõuertit. Cẽtum hominum turbam, uiginti panibus satiauit. Leprosum Naaman sanum fecit. Ferream securim in fluuiũ delapsam enatare in ligni modum compulit. Ab inimicorum obsidione non uirium, sed precum uirtute se expediuit: ac ne in morte quidem miraculis caruit: mortuus mortuum hominem tactu solo suscitauit: & qui iam in corpore non uiuebat, alterũ uiuificare meruit. Quid multa? Diuini homines adhuc in terra degentes cœlo imperant. Sol & luna ad orationem Iosue ducis cursum suum frenare coacti sunt, donec ille hostem persecutus ulcisceretur. Et si cœlestia sanctis tuis domine seruiunt, quanto magis terrena? Non immerito igitur tibi seruiendo regnant, tibi famulando dominantur. Apostoli tui domine desperatas hominum ægritudines curauerunt, mortuis uitam reddiderunt, dæmonia de obsessis corporibus eiecerunt. Ac ne solis illis hoc datum crederemus, eadem post illos miracula per sanctos tuos factitata uere fideliterq; referuntur. Ex quo satis patet, quantum diligentes te diligas, cum per eos tuam potentiam, tuamq; bonitatẽ mundo manifestes. Petrus Dorcam, Ioannes Drusianam, Matthæus Egippi regis filium, Paulus Euticum a morte ad uitam suscitarũt. Quæ terrena potestas, quæ naturæ uis efficere hoc potuisset, quod electi tui domine te præstante potuerunt? Per te igitur & regibus terræ & populorum dominis plus possunt. Ipsi itaq; & reges sunt, & plusq; reges, dij uidelicet, quorum deorum tu deus es. De his quippe apostolus ait: Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta. Vere enim rex est, qui imperat passiõibus: & uere deus est, per quem summus deus ea quæ supra naturam sunt operatur. Vnde ad Moysen dixit dominus: Ecce constitui te deum Pharaonis: utpote superaturum magos Pharaonis prodigiorũ opatione, & fideles de seruitutis iugo liberaturũ in manu forti & robusta, de ægyptoq; eductuꝝ. Et quoniam in ijsdẽ elucet gloria tua, quam & moribus ostẽdunt, & sermonibus declarant, mõ cœli, modo nubes, mõ stellæ in scripturis nominantur. De illis nãq; dictum intel

4. Reg. 6
Ibidem
4. Reg. 13
Iosue. 10
Apostoli
1. Pet. 2
Exod. 7

Psal. 21 gimus: Annunciauerunt cœli iustitiam eius, populo q nascet, quē fecit dominus. Ad illos pertinere sentimus quod
Psal. 35 legitur: Veritas tua usq; ad nubes. Illis conuenire non am
1. Cor. 15 bigimus, quod apłs ait: Stella a stella differt in claritate. Iidē etiā arborꝝ florꝝq; nomina sortiti sunt, montium q̄q; et lapidum & liquentium aquarꝝ. Arbor bona est, q cū psal
Psal. 51 mista dicere pōt: Ego aūt sicut oliua fructifera i domo dei
Osee. 14 Flos est cui conuenit quod in Oseæ propheta est dictum: Israel germinabit quasi lilium. Mons est qui iustitiæ meritis erigitur ac sublimatur, ut sustentaculum ecclesiæ esse uideri possit, de qua dictum est: Fundamenta eius in mon
Psal. 86 tibus sanctis. Qui eñ confidit in dño sicut mons sion, nō
Psal. 124 mouebitur in æternum: montes in circuitu eius, & dñs in circuitu populi sui. Lapides etiam sunt quibus dei ciuitas
1. Pet. 2 construitur, dicente apostolo Petro: Si gustastis quoniam dulcis est dominus, ad quem accedētes lapide uiuū, ab hominibus qdem reprobatum, a deo aūt electum & honorificatum: & ipsi tanq; lapides uiui superædificamini domos spiritales in sacerdotium sanctum, offerentes spiritales
Ephe. 2 hostias acceptabiles deo per Iesum Christū. Hos & apostolus Paulus dicit supædificatos supra fundamentū apostolorꝝ & prophetarꝝ, ipso angulari lapide Christo Iesu domino nostro: in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum dei. De quo sane templo psalmista ad
Psal. 101 dñm ait: Tu exurgēs misereberis sion, quia tēpus miserēdi eius, qa uenit tps: qm placuerūt seruis tuis lapides eius. Placent dei famulis isti ecclesiæ lapides, cum uitam ipsorꝝ imitando ad eorꝝ perfectionem nituntur peruenire. Iidem sicuti montes per uirtutum altitudinē nuncupantur, ita & flumina propter doctrinæ inundationem copiamq; affluentem, Plenissime eñ uiam ueritatis docent: quam uiam ipsi terendo iudicis aduentum prestolantur securi. Vnde
Psal. 97 dicit: Flumina plaudēt manu, simul montes exultabūt in cōspectu dñi, quoniā uenit iudicare terram. Neq; de insensibilibus intelligi potest manuum plausus aut lætitiæ exul
Ioan. 7 tatio. Qui autem euangelio credit, ei promittit, q de uentre eius flumina fluēt aquę uiuæ. Et in diuersis diuersę effu

gent uirtutes ut decentius cultiusq; ecclesiam Christi sponsam exornent: cui quidem ipse sponsus per Ezechielē uestiui te, inquit, discoloribus: & de qua ad sponsum psalmista ait: Astitit regina a dextris tuis, in uestitu deaurato circundata uarietate: Aliȷ quippe datur sermo sapientiæ, aliȷ sermo scientiæ, aliȷ fides, aliȷ gratia sanitatū, aliȷ operatio uirtutū, aliȷ prophetia, aliȷ discretio spirituū, aliȷ gratia linguarū, aliȷ interpretatio sermonū: hæc aūt omnia operatur unus atq; idem spūs, diuidens singulis prout uult. Ex his aūt efficitur corpus Christi: hic nempe manus, ille pes, alius oculus, alius aliud membrū, corpus uero unū quibus dicitur: Vos estis corpus Christi & membra de membro. Atq; membra ista nota quidem deo sunt, quia fortia & robusta, quia sapientia, quia plurimi æstimanda. Ea ipse cognoscere se dicit, quæ sua natione digna sunt, quæq; in suo manent corpore: ea uero ignorare, quæ extra ecclesiā sunt, & per peccatū ab ipsa sese alienarūt. Hoc Amos propheta testat̄, cum ait: Audite uerbū quod locutus est dn̄s sup uos filiȷ Israel, & super omnem cognationē, quā eduxit de terra ægypti, dicens: Tantūmodo uos cognoui ex omnibus cognationibus terræ. Notus em̄ deus tantū in Iudęa erat, cætera impietas nequitiaq; possederat: his in euāgelio ait Recedite a me operariȷ iniquitatis, nescio uos: de iustis autem in psalmo est dictū: Nouit dn̄s uias immaculatorū: et hæreditas eorū in æternū erit. Porro immaculati sunt q cupiditatibus repugnant, ne domino peccent: de quibus in Delbore cantico dicit̄: Iusti confortati sunt in israel, ut uidelicet superent aduersarias potestates, uictoriaq; potiant̄ Iidem dona quoq; sapientiæ & scientiæ accipere merent̄: Ecclesiaste dicente: Homini bono in conspectu suo dedit deus sapientiam & scientiam & lætitiam: quæ nequāq̄ cōsequi potuissent, nisi a domino diligerent̄, & apud eum in pretio forent. Vnde dictū est: Pretiosa in conspectu domini mors sanctorū eius: nō esset eorū mors pretiosa, nisi pręcessisset uita sancta. Ob quam quidem etiam filiȷ dei effici merent̄ & domus in qua habitet deus. Quod filiȷ dei fiāt, Ioannes in epistola testatur, dicens: Si scitis quoniā iustus

Ezech. 16
Psal. 44
1. Cor. 12
Amos. 3
Psal. 36
Iudi. 5
Ecele. 2
Psal. 115
1. Ioan. 2

est deus, scitote quoniã & omĩs qui facit iustitiã ex ipso na
Ioan. 1 tus est. Idem in euangelio: Quotquot aũt receperunt eum
dedit eis potestatem filios dei fieri, qui nõ ex sanguinibus
neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex deo
nati sunt. Quod præterea domus dei sint, aplš Paulus Co-
1. Cor. 3 rinthios instruens declarat, cũ ait: Nescitis quia templũ dei
1. Cor. 6 estis, & spũs dei habitat in uobis. Et iterum: An nescitis
quoniã membra uestra templũ sunt spũs sancti, qui in uo
bis est. Et cum nõ modo intra se deum habitantẽ habeant
uerumetiã ipsi in deo habitent, hoc est in templo non ma-
nufacto neq; huius creationis. Inter uasa quoq; templi cõ
2. Timo. 2. putantur: ex his Paulus uas electionis appellatus est, por-
tans nomen domini in gentibus, & ipse in domino per-
manens. Cæteri etiam apostoli apostoliciq; uiri uasa ele-
cta fuere, uasa magnæ domus, alij quidẽ aurea, alij uero ar
Esa. 52 gentea. Ad quos propheta: Mundamini, inquit, qui fertis
uasa dñi. Neq; poterit esse uas domini, qui ab oĩbus ne-
quitiæ sordibus non fuerit emundatus. Etenĩ peccator
quoq; uas est, sed in contumeliã factum non in honorem
uas impurũ, uas non dei, sed diaboli. Quisquis igitur &
spũs sancti habitaculũ, & uas dei sanctificatũ atq; utile es
se desyderas, uiam derelinque uitiorũ, ac per uirtutũ semi
tam gressus tuos dirige, ab otio atq; uoluptatibus discede
& ad cœlum ascendendi labori ac sollicitudini te ꝙprimũ
accinge, ut pro iustitiæ fideiq; operibus mercedem capere
mereare sempiternam, & tandem in illo pro cuius amore
te exercueris, feliciter conquiescas.

¶ De præmio iustorum. Caput. XIII.

ETenim si iustitia pietateq; prediti hoĩes ab omnipo
tenti deo, tot tantisq; bonis afficiantur in terra, ꝙto
magis in cœlo? ubi æternũ eis ipse constituit habita
culum, ubi sedem perfectæ consummatæq; beatitudinis
Prouer. 3 esse uoluit. De qua in prouerbijs dicitur: Habitacula iusto
Psal. 45 rum benedicẽtur. Et in psalmo: Sanctificauit tabernaculũ
suum altissimus. Cum itaq; sit, illi proculdubio qui illuc
transferẽtur, perpetuo benedicti ac beati erunt, gaudentes
in conspectu dei semper, iam salutẽ consecuti nulli prorsus

iniuriæ obnoxiam, nullius sollicitudinis participē, bonorū
oīm plenam atq; confertam. Idcirco Psalmista ait: Vox ex Psal. 117
ultationis & salutis in tabernaculis iustorū. Idem alibi: Psal. 95
Gaudebunt campi & oīa quæ in eis sunt. Tunc exulta-
bunt oīa ligna syluarū a facie domini, quoniā uenit iu-
dicare terram. Tunc ēm iusti rapientur ab angelis obuiam
Christo, & ad partē dextram collocati cum ipso ad cœleste
regnū transmigrabunt, ipso Christo dño dicente: Venite Matth. 25
benedicti patris mei percipite regnū a constitutione mun
di uobis paratū, qui & in peregrinos hospitales, & in ege
nos liberales, & in afflictos fuistis misericordes, accipite
tandem pro modicis magna, pro terrenis cœlestia, pro bre
uibus sempiterna. Hæc igitur erit bñdictio illa, de qua Sa-
lomon ait: Benedictio dñi super caput iusti. Quā rem lati- Prouer. 10
ús quidē explicat Psalmista, dicens: Quis ascendet in mō- Psal. 23
tem dñi? aut quis stabit in loco sancto eius? Et respondet:
Innocens manibus et mundo corde, hoc est qui nec actio
nis improbæ, nec cogitationis malignæ uitio fuerit pollu-
tus. Deinde sequitur: Qui non accepit in uano animā suā,
nec iurauit in dolo proximo suo, hoc est, qui post uanita-
tes & insanias huius mūdi nō abijt, nec quemq; uerbis ad
fraudem compositis decipere est conatus. Hic inquit, acci-
piet benedictionem a domino, & misericordiā a deo salu
tari suo. Non ēm ex operibus iustitiæ quę fecimus nos (ait Titum. 3
apostolus) sed secundū suā misericordiā saluos nos fecit.
Iustitia quidē idoneos reddit ad promerendā gratiam, sed
profecto nisi Christi domini merita accessissent, beatitudi
nis donum accipere, nemo dignus esset. Vnde & in psal-
mo est dictum: Salus iustorū a domino. Nemo igitur suis Psal. 36
meritis arroget, quod diuinæ est liberalitatis, ne elatione
amittat, quod in humilitate sperauit. Iustus quia in omni-
bus se submittit, a domino sublimatur, iuxta illud Ecclesi Eccle. 20
astici: Qui operatur iustitiā, ipse exaltabitur. Non solum
aūt se submittit qui iustus est, sed etiā oīni proficit probita
te uitiaq; deuitat. Sic ēm in Esaia legitur: Qui ambulat in
iustitijs & loquitur ueritatem, qui proijcit auaritiā ex calū Esa. 23
nia, & excutit manus suas ab omni munere, qui obturat

aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne uideat malũ, iste in excelsis habitabit. Igitur qui in his nõ ambulat, non est iustus: & qui non est iustus, habitare in excelsis non poterit. Iustum aũt per eundem prophetam
Esa. 3 consolat̃ dñs, & promissis remunerationis allicit, dicens: Dicite iusto quoniam bene, quoniam fructũ adinuentionum suaꝝ comedet. Porro iustoꝝ remuneratio quid est
Psal. 105 aliud, nisi æterna beatitudo? Beati, inquit propheta, q̃ cu-
Psal. 118 stodiunt iudiciũ, & faciunt iustitiam in om̃i tempore. Et alibi: Beati immaculati in uia qui ambulant in lege domini. Et in euangelio: Beati qui esuriunt & sitiũt iustitiam, quoniam ipsi saturabunt̃. Hi enim pro operibus iustitiæ replebunt̃ bonis felicitatis æternæ, & ipsa uirtutũ esuries ac sitis refici merebit̃ dapibus gloriȩ cœlestis, dicente prophe-
Psal. 67 ta: Iusti epulent̃ & exultent in conspectu dei, & delectent̃ in lætitia. Illustrabunt̃ insuper ex diuina uisione, & animȩ beatificatæ decor redũdabit in corpore immortali atq; in-
Matth. 13 corruptibili, dicente saluatore: Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorũ. Cȩteꝝ ne pluribus immoremur in singulis, nemo est qui uel fando explicare, uel cogitando queat comprehendere, quanta siue qualis iustoꝝ in cœlesti regno sit merces: hoc tibi testatur apostolus, dicẽs: Nec
1. Co. 2 oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, q̃ grande bonũ sit, quod deus ipse suis dilectoribus possidendũ fruendumq; ꝑparauit. Audiamus igitur (si tale bo-
1. Pe. 1 num consequi cupimus) Petrũ apostolũ exhortantem: Succincti, inquit, lumbos mentis uestræ, sobrij ac perfecti sperate in eam, quæ offert̃ uobis gratiam, in reuelatione Iesu Christi, quasi filij obedientiæ: non configurati prioribus ignorantiæ uestræ desyderijs, sed secundũ eum qui uocauit uos sanctũ, ut & ipsi in omni conuersatione sancti sitis. Tanti est ergo facienda pie sancteq; uiuendi uirtus, quanti ipsa uirtutis merces, quæ est summũ hominis bonum, ad quod per hanc quidem uirtutem peruenit̃. Tales igitur simus, qualibus ista quȩ dicta sunt, cõferri credimus

¶ De peccatis principalibus per septem lepræ genera significatis. Caput. XIIII

Porro bonitatem ipsam magis ac magis expetemus, cum peccati quoq; mala consyderauerimus. Quicquid legi diuinæ aduersatur, quicquid uirtutibus cõtrarium est, rationiq; repugnans, peccatũ est. Inter peccatum & delictũ quidam discernunt, delictumq; leuius esse aiunt. Id eñ delictũ dici, cum nõ facimus quod debemus peccatũ uero, cum committimus quod non debemus: in illo boni omissionem esse, in hoc perpetrationem mali. Vtroq; tamen uocabulo scriptura pluribus in locis indifferenter indistincteq; utitur. Cæterũ non parua inter se peccatorum discrimina sunt, cum aliud alio longe grauius sit detestabileq; magis, uel diuersi generis atq; conditiõis. Peccatum in lege ueteri per lepram significari nouimus: & sicut uariæ ibi leprarũ species notantur, ita uaria esse peccata manifestũ est. Colore habituq; dijudicant lepræ, sic peccata specie atq; pondere. Non incongrue igitur ipsa septẽ capitalia uitia, septem generibus lepræ nunc comparare conabimur. Leui. 13 Prima quidem lepra describitur coloris albi in cute carnis uiuæ cum capillorũ aspectu mutato. Albedo Inuidia ista pallor inuidiæ est. Inuidus de alieno bono dolens liuidam præfert faciem: dumq; male affecti animi stimulis agitur & inquietatur, in carne uiua uitium esse dicit. Tũc autem & capillus mutatur, cum relicto rationis consilio, cuius in capite sedes est, prauæ cupidinis affectum sequimur. Nihil aũt nequius, q̃ quos imitari debemus, eis inuidere uelle. Alterũ lepræ genus florere dicitur, ac totum qui Acedia dem corpus a capite usq; ad pedes occupare, quæ tamen munda esse putatur, nisi caro uiua apparuerit. Hanc equidem mentis torporem esse reor, & ad ea persoluenda quæ tenemur otiositatem atq; ex tedio neglectũ, quod uitium acediam appellant. Ea sane totũ hominem possidet, dum mollem penitus & effœminatũ reddit. Munda aũt est, nisi caro uiua apparuerit: quia uitium istud nec stultis, in quibus ratio mortua est, imputatur: nec mala ualetudine affectis, quorũ bona uoluntas morbo impedita est corporis. Tertia lepræ species, ulcus est in carne natum & sanatum, Auaritia. & in loco ulceris cicatrix alba siue subrufa, & carne reli-

qua humilior pressiorq́; , pili etiam in candorē uersi. Vlcus in carne auaritiam esse existimo, cuius uulnus tunc obductum uidetur, cum auarus adeptus est quod concupierat. Cæterū quia nec adepto satiatur, nondū sanatū uulnus cicatrix inæqualis ac discolor ostendit. Et quoniā ille nulla copia contentus in superfluis parandis cumulandisq́; laborat semper, pilos habere dicitur qui sunt superflua corporis cicatrix autem alba delectationē in acquirendo indicat, rufa ardorem in concupiscendo. Quartū lepræ genus dicit.

Fornicatio

Caro & cutis igne adusta & sanata, sed & ipsa cicatricem habens albam siue rufam reliqua cute humiliorē, pilorū colore mutato atq; in cicatricis cute lepra excrescēte. Quid est lepra ista, nisi libidinis igne succensa appetitio? quę tūc quidem sanatur, quando uel explet legitimo matrimonio auiditatē, uel coercet excolendæ castitatis gratia. Sed si pristinæ uoluptatis recordatio labefacere ac mutare cœperit propositū, nec iam meretricari erubuerimus, cicatrix suscepit inæqualitatē cutis, & coloris pilorumq́; mutationem. Conuersa est enī in candorem carnalis delectationis, & in rubedinē inflammatæ auiditatis, & in lepram excrescentē eo q̃ frequenti usu non satiatur turpis libido, sed magis accenditur. Quintum genus lepra capitis est & barbæ in uiro uel muliere, cum locus humilior fuerit reliqua carne, & capillus flauus solitoq́; subtilior, lepra ĩquit capitis & barbæ est. Caput & barba gulæ contigua sunt, non inepte igitur lepram hanc ad crapulæ uitium referemus. Quoties ꝑ ingluuiem impotes rationis facti fuerimus, & iam nec lingua suum implere officium ualuerit, capitis ac barbę lepra erit. Non capitis & barbæ Aaron, in quibus est benedictionis diuinæ unguentum, sed capitis & barbæ eorū quibus manna fastidio est, & Aegyptiæ carnes uoluptati. Capillus autem flauus, qui meretricibus conuenit, golosorum impudentiam designat, quorum temeritati nihil obstat, quin semper obscœnum ac turpe aliquid aut dicant aut faciant. Tunc uero extenuatur capillus, cum bona animi per luxuriam consumuntur. Locus autem lepræ ubiq; humilior prædicatur, quia in ea parte uirtus animæ depri-

Gula.

mitur, in qua peccatur, non in qua non peccatur: potest em̃ fieri, ut aliquis partim uirtutibus præstet, partim alicui ui tio deditus sit. Sexta lepra caluitij est. *Si in caluitio, inquit,* Superbia.
uel recaluatione albus uel rufus color fuerit exortus, et hoc sacerdos uiderit, condemnab it eum haud dubie lepræ, quę orta est in caluitio. Quoniam caluitium summa capitis oc cupat, per hoc superbiæ elationem signari reor. Semper se supra se erigit superbus, inani tumet gloria, pares contem nit. Cum de animi bonis inaniter sese iactat, albus color est in uertice: cum de bonis corporeis atq; fortunæ gloria- tur, rubedo quæ corporeis conuenit, sedet in capite. Et q̃a caput caluitio deforme sit, utpote capillorum ornamento uacuum: innuit nobis, nihil esse honesto uiro indecentius, q̃ inanis ac superba suimet iactatio. Septima uero ac su- Ira.
prema istarum, quæ in Leuitico simul tractantur lepra, nõ hominis esse dicitur, sed uestimenti. Vestis linea, inquit, si ue lanea, quæ lepram habuerit in stamine atq; subtegmi- ne, aut certe pellis uel quicquid ex pelle confectũ est: si al- ba uel rufa macula fuerit, infecta lepra reputabitur. Demus hanc (si libet) quod reliquum est, iracundiæ uitio. Cũ enim nulla animi passio ita hominem infatuat atq; dementat ut iracundia, merito lepra ista non hoĩs est, sed uestis: hoc est eius, qui nihil in se hoĩs habet præter figuram: quiq; uesti mentum hoĩs dici potius debet q̃ homo. Qui cito irasci- tur, leuis est ut linum, qui cito placatur, mollis ut lana: qui immaniter furit, uestis ex pelle ferina est. Homo em̃ cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumẽtis insi pientibus, & similis factus est illis. Lepra hæc in stamine est & subtegmine: quia iracundus & intus furore æstuat, & foris petulanti ore rixatur. Quoniã aũt ubiq; color al- color albus
bus ac rufus lepræ tribuit, quęri potest, quõ albedo pctõ cõ ueniat, cum præsertim ecclesia in Canticis nigrã se prius fu isse fateat, cum erraret: deĩn formosam, cũ credens Christo sponso iuncta esset: qua ratione igitur lepra candida est uel rufa? Sed quia uel tegimus peccata uel ostentamus, ideo arbitror lepram candidam hypocritarum esse sepul chris similium dealbatis. Rufam uero lepram illos ha- color rufus

bere, qui manifesto & sub multorꝝ conspectu erubescenda committere non uerenť. Deniq; saluatori qui peccata nostra tulit dicitur: Quare rubrum est indumentū tuum? Præterea fit plerunq; ut cū in peccato deprehendimur, ora inficiat rubor, dum accusari magis q̄ peccare pudet. Quare etiam locus lepræ humilior est q̄ cætera quæ sana sunt? quia peccatū ad terram animam premit, humiq; allidit: unde & labi atq; cadere dicitur qui peccat: stare uero & rectus esse qui non peccat. Humilem itaq; lepræ locum grauitas peccati facit atq; pondus: de quo Dauid lamentabať dicens; Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meū, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Non est huius loci de hostijs quoq; & expiationibus lepræ disserere, satis sit generatim ista breuiterq; perstrinxisse. Nec tamen omittemus illud quoq; lepræ genus obiter attingere, quod post aliqua seorsum describitur, ut magis aliquid innuat, q̄ qđ cum illis quæ simul enumerata sunt, commune sit. Lepra hæc domus est habentis in parietibus ualliculas, pallore siue rubore deformes humilioresq; superficie reliqua. Domus ista ecclesia Christi est. hæc maculas patitur, dū hæreticorꝝ fallacibus argumentis impugnatur: pallor & rubor in maculis est: quia hi quidem fidelibus inuidendo liuēt, atq; irascendo inflammanť, sed ueritate uicti eisdem tandem cedunt: atq; ita reliquis orthodoxis inferiores inueniuntur. Recte itaq; sacerdos lapides in quibus orta est lepra, erui atq; projci iubet, & parietes radi, ut omni prorsus ablata errorꝝ spurcitia nec maculā habeat Christi sponsa nec rugam. Non ante pullulare cœperunt hæreses, q̄ disseminatū est euangeliū, nec ante lepra hæc iussa est obseruari cauericq;, q̄ filij Israel terram ingressi fuerūt promissionis. Porro sicui nostra leprarꝝ expositio duriuscula fortasse uidebiť & extorta, sequatur alios, qui in ipsis enodandis magis sibi placuerint, dummodo sciat omnes in hoc conuenire, ut lepram peccatū esse asserant. Ergo huiusce morbi ui fœditateq; perspecta, cogitet, quanta peccati, quod ei comparať, deformitas, qualis pernicies sit. Sicut em̄ lepra totius corporis pulchritudinem demolitur, ita omnem

Quare locus lepræ humilior.

Psal. 37

Hæretici.

Leui. 14

animæ decorem corrumpit pctm̄: atq; hoc solum malum est, quo illa lædi perireq; possit. Nunc tandē unde digressi sumus, eo reuertamur: ut aliam quoq; peccatorꝝ differentiam explicemus: ac postremo, quæ ex illis incōmoda nobis oriantur inquiramus.

¶ De peccatorum differentia. Ca. XV.

QVædam pctã ita leuia sunt ac minuta, ut his carere omnino non possimus: & quia ueniam facile impetrent, a nonnullis uenialia nuncupantur. Hæc quidem a regno dei non excludunt, aditum tamē ad illud nobis tamdiu impediunt, donec expietur. Nihil enim inquinatum illuc intrabit. Sed nunc de illis duntaxat nobis erit sermo, quę mortifera sunt, quæq; uitari & debent quidem & possunt: aut si commissa fuerint, pœnitentiæ doloribus extenuari purgariq;: alioquin ad æternum interitum compellent non pœnitentem, tanto acrius puniendum, quanto delinquendo ab æquitate recessit longius. Etenim ex his quoq; quæ perniciosa sunt, aliud alio execrabilius iudicatur, ac proinde maiore dignum supplitio pœna acerbiore mulctandum. Quodcunq; autem pctm̄ leuiorum modum excesserit, mortiferum erit: ideo in scripturis dicitur peccatum ad mortem: non ad mortem hanc omnibus communem, sed ad illam quæ propria damnatorum est: quæ utiq; illos quos inuadit, non perimit, sed quo nihil est tetrius, nunq̃ morituros æternis cruciatibus torquet, doloreq; afficit omni morte magis expauescendo. Porro ex hac delictorum specie illud maximum esse creditur q̃d blasphemia in spiritum sanctum in euangelio nominatur. Huius criminis a domino saluatore coarguti sunt iudæi, cū dixissent, eum in Belzebub non in dei uirtute eijcere dæmonia. Patet ergo pctm̄ in spiritumsanctum tunc perpetrari, cum quis dei opera alijs tribuit non errore deceptus, sed inuidiæ stimulis actus, ut dei laudē sua procacitate obscuret. Quicunq;, inquit, dixerit uerbum contra filiū hoīs remittetur ei. q autem dixerit contra spiritumsanctū, nō remittet̃ ei neq; in hoc seculo neq; i futuro. In filiū hoīs peccat q opiniōe falsus Christum purꝫ hoiem putat: q̃ q̆dē cul Matt. 12 Pctm̄ in spm̄sctm̄

T

pa, quia ex ignoratione est profecta, ad credulitatem conuerso atque correcto protinus condonatur. Siquis uero aperte opera dei intelligens uirtutem calumniatur, dum religioni nostræ inuidet, & quæ per spiritũ sanctum facta sunt, impie ad diaboli potestatem refert huius culpa irremissibilis esse decernitur. Non quia pœnitentibus aliquid non remittatur, sed quod sic peccanti ad pœnitentiam conuertendi se, facultas denegatur, ueluti indigno dei gratia, qui sciens ac prudens deo ausus sit aduersari, & iam cognitam sibi ueritatem linguæ petulantia polluere, tantoque se sacrilegio sponte astringi. Illos quoque in inferno magis plectendos credimus, q credẽtes, euangelicisque instructi doctrinis delinquũt, quàm q mãdatorum dei ignari peccãt: quod testatur saluator, dicens: Seruus qui scit uoluntatem domini, & non fecit, uapulabit multis: qui autem ignorauit & non fecit, uapulabit paucis. Quis præterea negauerit maius esse peccatum eorum qui sub euangelio sunt, quàm qui olim sub lege erant? Quis enim nescit eum magis teneri, qui iam accepit beneficium, quàm qui promissum adhuc expectat? Illud autem quod ab Israhelitis multo tempore fuit speratum, nobis in aduentu Christi est persolutum. Tanto igitur plus ingratitudinis committimus mandatis domini non obtemperando, quanto plus accepimus gratiæ. Ex his quę dicta sunt liquido apparet, inter peccata, quæ ad mortem cõmitti dicuntur, aliud alio maius esse, plusque pœne mereri, & sicut genere ita et grauitate differre. Quinetiam in eodẽ genere pctĩ esse quasdam accessiones, quæ pctm̃ grauent si contigerint, eleuent si non contigerint. Non est huius loci de ijs referre: nimis enim prolixæ tractationis erunt, si referantur, & pctõrum distantiam ostendisse sat est: nequis forte cum Stoicis delyret, & paria esse putans, non magis timeat interimere hominem quàm lædere. Nosse insuper debemus, ut supra est dictum, siue leue, siue graue pctm̃ fuerit, si minutorum mẽsuram prætererit, pœnæ ignis æterni esse obnoxium, & inferni supplitia grauitate distare nõ tempore: quoniam exilij eorum omnium q illuc religantur, finis est nullus. Restat nunc ut de mortifero crimine in cõ-

muni loquendo, quæ peccantem incommoda sequantur scrutemur: ut magis pateat, eiusmodi pctm̄ q̄ fugiēdū atq; uitādū sit, cū pspexerim9, q̄t illud q̄liaq; mala sequāt.

¶ Quæ mala peccato accedant. Ca. XVI.

Bonus deus bonorum autor. non malorum est. Cum ergo ille q cuncta fecit ualde bona, hoīem q̄q; bonū fecerit; quis eum ex bono malum reddidit, nisi uoluntas mala de libero procedens arbitrio? Itaq; idem ipse, qui ex deo bonus erat, ex se factus est malus. Integrum illi fuit, naturam bonam, sicut a deo acceperat, ita & conseruare, sed noluit, neq; curauit. Voluntate igitur non natura mali efficimur, cum peccamus. Et quia peccādo naturam ipsam lædimus, naturæ quoq; conditorem deum simul offendimus. Ideoq; peccantibus mala omnia non immerito accidere confitemur; quemadmodum econtrario iustis & innocentibus, & non suam sed dei sequentibus uoluntatem bona omnia euenire. Cur autem iustis quandoq; male, & iniustis bene? Hoc certe minime uidebitur mirum, si rerꝫ exitū, qualis utrorꝫq; futurus sit spectabimus. Iustis quippe uiris aduersa quæ contingunt, summæ perennisq; felicitatis meritū p patiētiam cōparant. Malorꝫ uero prosperitas nequioris luxuriæ illis materia est, intemperantiæq; dissolutioris. Tanto itaq; maius merebūtur supplitium, quāto in præsentibus uiuēdo delitijs uidētur sibi esse feliciores. Male quidem Lazaro pauperi erat, bene diuiti epulioni, sed cito & malum illius in bonum commutatū fuit æternum, & huius bonum in æternum malum. Debemus ergo etiam malum hoc quod bonis in uita accidere solet, nō malum sed bonum iudicare: & bonū illud q̄d malis blandit̄, nō bonū sed malū potius arbitrari. Quā uere recteq; ista dicāt̄, satis pspicue diuersus eorꝫ finis probat. Soluta tandē quæstiōe, quæ quidem seipsam aperit nō tpalia consyderantibus, sed æterna: consequens est, ut pctm̄ ipsum eo magis uitādū sit, q̄ illa etiā q̄ bona uidēt̄, in summā cōuertat pniciē, ultimūq; malorꝫ. Et si hoc de rebus q̄ uulgo bonæ putāt̄ cōtingat, q̄d de ijs q̄s malas esse iudicāt dicemus, cū p̄mere cœperint uitæ deprauatæ uirū, nisi su-

turæ damnationis illas initium esse, si modo is a p̄ctis in t̄pe non resipiscat, flagitijsq; finē statuendo rursum uirtuti exercendę pro uiribus incumbat. Cæterū plurima q̄dem ante damnationem peccatum consequi solent mala, quæ nunc operepreciu m erit referre, quo demum cōstet, præsentis quoq; mali uitandi causa non esse peccandum. Quę dicam, nolo ut mihi credantur, uisi singula sanctarum autoritate scripturarum firmata erunt. Peccati igitur ea prima malignitas est, inutilem facere hominē, & neq; sibi neq; alijs recte consulentem. Dicitur enim in Ecclesiastico: Qui
Eccle. 14 sibi nequam est, cui alij bonus erit? Peccator plærunq; instabilis est: nunc hoc nūc illud aggredit: quod placebat, displicet: quod displicebat, placet: nihil in illo pōt esse firmitatis, q̄m non supra petram ædificat, sed super arenam, &
Psal. 11 arundo est uēto agitata. Hoc psalmistę crede dicenti: In circuitu impij ambulant. Neq; eñ recte possunt ambulare, q cum deo non ambulant. Peccatū ueri intelligendi acumen hebetat. Ambulabunt, inq̄t, ut cæci, q̄a dño peccauerunt.
Soph. 1 Et in euangelio de p̄ctōribus est dictum: Cæci sunt & du-
Luc. 6 ces cæcorum. Cæcus cæcum ducit, & ambo in foueam cadunt. P̄ct̄m p̄dit hūanæ cōditiōis dignitatē, hoīemq; brutis reddit cōparādū. De q̊ psalmistæ uerba tibi fidē faciunt dicētis: Homo cū in honore esset, non intellexit, cōparatus
Psal. 48 ē iumētis insipiētibus et similis factus est illis. Cuius igno miniæ idē uoles nos expertes esse, hortat̄ & ait: Nolite fie
Psa. 32 ri sicut equus & mulus, in q̄bus non est intellectus. Quid eñ despicabilius, q̄d fœdius, q̄ ex hoīe pecudē effici, et eo q̄ proprius hūanæ atq; angelicæ mētis est, intellectu carere? P̄ct̄m uitæ spacia minuere dicit̄. Sic eñ de Her Iudæ fi
Geñ. 38 lio in Genesi legimus: Fuit Her primogenitus Iudæ filius nequā in conspectu dñi, & ideo ab eo occisus est. Sanctus
Psal. 54 q̄q; in psalmis sp̄ūs loq̄tur: Viri sanguinū & dolosi nō dimidiabunt dies suos. Et in prouerbijs ait Salomō: Timor
Prouer. 10 dñi apponet dies, & anni impiorū breuiabunt̄. Sed licet aliq̄s malus diu uiuat, q̄diu in p̄ctō est, in morte est: testatur hoc Paulus ap̄ls, dicēs: Vidua quæ in delitijs est, uiua mortua est. Et in Apocalypsi angelo. i. p̄sidi ecclesiæ Sardis di

citur: Nomen habes quod uiuas & mortuus es. Et dñs in euang. Sinite mortuos, inquit, sepelire mortuos suos. Ad hæc ne principes qdem sperent, diu posse regno suo frui, si ipsum regẽ regum & dñm dminantium offendere non uerẽtur: testis est bis euersa Hierusalem, primo a Chaldæis propheta dicente: Propter peccata quæ peccauistis, abducemini in Babyloniã captiui a Nabuchodonosor rege Babyloniorum: deinde a Romanis: quod futurum illis prædixit Christus dominus, quem ob inuidiam persecuti sunt. Baruch. 6
Hoc autem peccatis exigentibus euenire etiam in Ecclesiastico discimus, ubi dicitur: Regnum a gẽte in gentẽ transfertur, propter iniustitias & iniurias & contumelias & diuersos dolos: Ipse quoq; Nabuchodonosor rex cum esset omnium potentissimus, deoq; se æquaret, regno exturbatus uixit cum bestijs: donec ad mentem rediens efferre sese desijt, seq; hoiem agnouit, & confiteri cœpit, q solus deus mundi sit dñs, ius habens in regna hominũ, & cuicũq; uoluerit illa distribuens. Quin etiam imperio præstare, diuitijs opibusq; pollere qd iuuat, si quicunq; mortaliũ peccat, miser esse probat? Maiore em̃ sui parte: hoc est animo miser est: tam & si uulgi opinione, q nihil nisi corporis fortunæq; bona mirari didicit, felicissimus ferat. In Apocalypsi angelus. i. antistes Laoditię ecclesię gloriatur, q sit diues & locupletatus & nullius egens, & tamen dicit ei: Ne scis quia tu es miser & miserabilis & pauper & cæcus, & nudus. Nõ est em̃ felicitas diuitijs abundare, sed uirtutibus neq; infelicitas inopia grauari, sed flagitijs. Famem quoq; & mortes delinquentibus minatur dominus, dicẽs: Terra cum peccauerit mihi, ut præuaricetur p̃uaricans, extendã manum meam sup eam & conterã uirgam panis eius, & immittam in eam famẽ, & interficiam de ea hoiem, & iumẽtũ. Quod si multiplicent scelera, grauabit uindicta. Sæpe aũt contingit ut unum pc̃m plurium causa sit. Dauid adulterium cũ Bethsabe cõmissum cęlatum uolens Vriam uirum eius obtulit hostibus interimendũ. Herodes Ioannẽ a quo illiciti cõnubij arguebat, in carcerẽ misit, & capite cædi iussit. Nonne illa etiã quæ filiæ suggessit ut hoc pe-
Eccl. 10
Dañ. 4
Apoca. 3
Ezech. 14

teret, coniugij fefellerat fidē, & matrimonio ꝓtulerat cōcu binatū? utq; illo liberius uteret, iustitiæ cultorē, cui talia di
Apo. ult. splicebāt, necandū curauit. Nō ab re igit scriptura ait: Qui nocet, noceat adhuc, & q i sordibus est sordescat adhuc. Bo narū quoq; actionum meritum amittit propter pctm̄, hoc
Eccl. 9 Salomon testat, dicens: Qui in uno peccauerit, multa bo na perdet. Diuina & in Ezechiele uox est: Iustitia iusti nō
Ezech. 33 liberabit eum, in quacunq; die peccauerit. Etiam si dixero iusto, inquit, quia uita uiuet, & confisus in iustitia sua fece rit iniquitatem, omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate sua quam operatus est, in ipsa moriet. Nec præterita igit nec præsentia benefacta proderunt ei, q uel semel aliqd morte dignum cōmiserit. Quid ad hæc? pctm̄ sapiētiæ donū corrumpit: & eum q ante sapiens erat desi
Hier. 6 sipere compellit. Tales erant de quibus in Hieremia con quæritur dominus & ait: Stultus populus meus me nō co gnouit: filij insipiētes sunt & uecordes. Sapiētes sunt ut fa ciant mala: bene autem facere nescierunt. Versuti quippe et callidi homines, cum aliqd dolose fecerint, sapere sibi ui dent: sed mundi huius sapientia, stultitia est apud deum. Vere autem sapiens est, qui innocentiam seruat, ut ei pla ceat, a quo ut saperet, accepit. Ex omnibus tamen malis q̄ in se habet pctm̄ hoc teterrimum est, q nos a deo separet: & qui per gratiam adoptionis filij dei sumus, per pctm̄ ef ficimur serui diaboli. Quod a deo separetur q peccat, audi
1. Ioan. 1 Ioaunem apostolum dicētem: Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ: si dixerimus q societatem habemus ha bemus cū eo, & in tenebris ambulamus, mētimur, & ueri tatem non facimus. Idem innuunt prophetæ uerba in psal
Psal. 5 mo ad deum dicentis: Tu es deus non uolens iniquitatem neq; habitabit iuxta te malignus, neq; permanebunt iniu sti ante oculos tuos: odisti omnes qui operantur iniqtatem
Esai. 59 Esaias etiam exprobrat his & ait: Iniquitates uestræ diui serunt inter uos & deum uestrum: & pctā uestra abscon derunt faciem eius a uobis ne exaudiret. Quæ enim com municatio lucis ad tenebras (ut apostolus inquit) quę socie tas Christi cum Belial? Cum aūt a deo qs recedit, continuo

sit diaboli seruus. Nam si omnis (ut saluator ait) qui facit pctm̄, seruus est pcti: nōne etiam diabolo seruit, q eum ut peccet stimulat? Iudaei uitijs dediti cum se iactarent, deum habere patrem audiunt. Vos ex patre diabolo estis, & de-syderia patris uestri uultis facere. Quam sententiam secutus Ioaones apostolus ait: Qui facit pctm̄, ex diabolo est: quoniam ab initio diabolus peccat. Quanta ingitur infelicitas est, ut homo a deo factus, ad imaginem dei creatus, eiq; in filium adoptatus nequissimi dæmonis mancipet seruituti, ipsumq; habeat patrē, tāta cura diligētiaq; adhiberi debet, ut crimen quod huiusce mali causa existit, caueatur ac uitet. Illis enim q hoc contempserint, & post pctm̄ ad pœnitētiæ remedia non recurrerint, nihil reliquum erit nisi ut ad supplicia nunq; finienda damnētur, audiantq; omnium terribiliū maxime expauescendam iudicis uocē dicentis: Ite maledicti in ignem æternum, qui Paratus est diabolo & angelis eius. Hæc ergo ultima pcti pernicies est, q hominem ab hæreditate cœlestium bonoꝝ exclusum ad ima pœnarum loca æterno relegat exilio. Deniq; pctōres mori dicuntur morte æterna, sicut econtrario iusti uiuere uita æterna. Scriptum est enim: Homo per maliciā occidit animam suam: & anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et in Euangelio pctōribus dicitur: In pctō uestro moriemini. non morte quæ corpus dissoluit, sed quæ animā sublata omi qescēdi spe terribiliter torquet & cruciat.

Ioan. 8 · Ibidem · 1. Iohan. 3 · Sap. 16 · Ezech. 18

¶ Quæ peccata sunt præcipue damnabilia. Ca. XVII.

QVæ sunt autem uel qualia crimina, quibus grauati homines in profundum inferni demergantur, psalmista explicat ad deum dicēs: Maledicti qui declinant a mandatis tuis. Et dominus in euangelio eos asserit extremæ damnationis reos fore, qui erga pauperes & egenos & afflictos claudunt uiscera pietatis. Ac præter hos illi qui non spiritui, sed carni seruiunt, dicente apostolo: Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiæ, cōtentiones, emulatiōes, iræ, rixæ, dissen

Psal. 118. · Gal. 5

siones,hæreses,inuidiæ,ebrietates,comesatiões,& his similia,quæ pdico uobis sicut pdixi:qm qui hæc agunt,re-
1.Cor.6 gnũ dei non possidebunt. Idẽ alibi repetẽs ait: An nescitis q iniqui regnũ dei nõ possidebunt? nolite errare, neq; fornicarij,neq; idolis seruiẽtes,neq; adulteri,neq; molles,neq; masculorũ cõcubitores,neq; fures,neq; auari,neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces, regnum dei possidebũt. Hinc sane in Apocalypsi,talibus flagitijs pollutos angelus
Apoc.22 domini a sancta ciuitate propellẽdo clamat: Foris canes et uenefici,& impudici & homicidæ & idolis seruientes,et omnis qui amat & facit mendacium. Hi & consciẽtiæ stimulis incessanter agitabunt,& pœnis exterius illatis affli-
Esa. 66 gentur,dicẽte dño: Eorum qui præuaricati sunt in me,uermis non morietur, & ignis non extinguetur. Atq; ita dãnatorum propter peccatum tormento nullo unq; fine concludẽtur. Nam sicut in cœlesti regno beatorũ gloriæ finis aliquando futurus nõ timetur,ita in inferno pœnarum terminus nullus unq; sperabitur. Cum ergo iuxta ea quæ modo dicta sunt,peccati tãta malignitas existat: ut hominem inutilem,instabilem,intellectu hebetem,cõditione uilem & abiectum reddat: uitam minuat,regna auferat,diuitias faciat miserias,aduersitatibus subdat, aliorum insup delictorũ causa sit,uirtutũ merita tabescere cogat,sapientes infatuet,a deo separet,diabolo copulet, bono summo priuet & pœnis afficiat æternis: qd unq; tam caueri debet q peccatum? cum nihil oĩno tam nobis esse queat noxiũ,nihil ita erumnosum. Si te tyrãnus torqueat ut pecces,oĩa tormẽta pferre satius est q peccare: si necẽ minet,mori innocentẽ præstat,q nocentẽ uiuere. Scias tamẽ nefarium esse mortem sibimetipsi aliquẽ inferre, ut imminens peccãdi piculum diuitet,nisi deus iusserit: sicuti qbusdam uirginibus iussisse creditur, quæ sibi mortem consciuere, ne ab hostibus stuprarentur. Quarũ quidem memoriam nequaquã celebraret ecclesia, nisi miraculo reuelatũ fuisset, illas non tã proficere sibi se perimẽdo,q dño obedire uoluisse. Alioqn nulli licere credimus,qcqd futurũ timet,sibimetipsi uitã eripere, ne illũ offendat, cuius lex est nõ occides.

Proteruus est seruus, qui domino depositum reddit, antequam poscatur.

Unde tanta peccantium multitudo. Ca. XVIII.

PORRO cum tot taliaq; sint, quæ nos ne peccemus deterrent, quid causæ est, quod peccantiū multo maior numerus quam non peccantiū existat, multoq; copiosior turba sit, mundo seruientiū, quam mundi domino, & cœli terræq; conditori? ita ut cum propheta cogamur exclamare: Non est qui faciat bonū, non est usq; ad unum. Iam enim quod futurum dominus prædixerat: abundauit iniquitas, & refrixit charitas, ut propinquum testetur ultimi iudicij diem. Multa quippe cernimus, plurima audimus: a quibus abhorret animus, & ne illa sentire posset, sæpe nobis optauit cum cæcos oculos, tum aures surdas. Talia uero mirantibus nobis, causamq; inquirentibus respondet Ecclesiastes dicens: Quia non profertur cito contra malos sententia, absq; timore ullo filij hominum perpetrant mala. Dilatio igitur pœnæ, peccandi præstat licentiam. Sed si cogitarent peccatores tanto acriorem fore uindictam, quanto magis uenire cunctatur, peccandi libidinem coercerent, & nequitiæ finem citius imponerent. Delictorum enim ultor deus non semper statim punit: peccantis autem pœnitentiam ideo diu expectat, ut si aberit correctio, minus excusabilis fiat pertinacia. Cæterum dum cœlestis arbiter a flagello quiescit, non remittit iram, sed colligit: ut totam uno impetu effundat, & plectendi tarditatem grauitate compenset. Interim ad peccandū alios corporis prouocat uoluptas, alios honorū stimulat ambitio, alios multa habendi auiditas urget. Ab his tribus tantū fontibus cuncta quæ sub cœlo fiunt crimina oriri quidem reor. Etenim uoluptatis germina sunt, otiū, uentris ingluuies, iocandi incontinentia, scortandi inexplebilis cupido, stupri, adulterij, aliæq; libidinis, quæ ne dici quidem honeste potest, perpetratio: & illa quæ libidinem incitent, obscœni cantus, molles musicorum soni, uirorum cum mulierculis lasciuientia tripudia, aliaq; huiusmodi plura. Ipsa deinde dignitatū honorumq; appetitio genetrix est inuidiæ, nutrix superbiæ, amatrix inanis gloriæ. Is enim

Psal. 52

Eccle. 8

qui uideri publico aliquo officio dignus concupiscit, alijs detrahit, ut se efferat aliorum facta deprimit ut sua extollat, adulatoribus fauet, & uix ullo uitio abstinet : dum in his etiam quæ perperam agit, se laudari cognoscit. Postremo cumulandarum opum auiditas quot scateat sceleribus quis enumeret? Inde sunt inter fratres odia, inter amicos dissentiones, iurgia, lites, contentiones, aleæ lusus, periuria, fraudes, furta, rapinæ, contumeliæ, iniuriæ, uulnera, cædes, & citius adeundæ hæreditatis gratia concupitæ ante diem parentum mortes. Quid multa? nullũ prorsus flagitiũ, in quo aliquid speratur lucri, deuitat auaritia, dicente apostolo:
1. Timo. 6 Radix oĩm malorum est cupiditas. Omnibus aũt malis istis carebit, qui tribus illis, a quibus cuncta gigni credimus, cauerere studuerit. Obstrusis quippe fontibus riuos deficere ac siccari necesse ẽ. Desinẽt fluere uitia, cum unde fluãt nõ habuerint. Recide truncum, & rami morient̃. A uoluptate ambitione, auaritia procul esto, et nullam causam habebis inique aliquid improbeq; patrandi. Vt uoluptates fugias, memor esto sapientissimi Salomonis sententiæ dicentis:
Eccle. 11 Si annis multis uixerit homo, & in his oĩbus lætus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis & dierum multorũ qui cum uenerint, uanitatis arguunt̃ præterita. Breuis nam q; momentaneaq; uoluptas facile contemnetur, si æterna cogitabimus. Vt aũt & terrenarum dignitatũ ambitio in te non habeat locum, recordare q ob hoc ipsum pharisæos damnauerit dominus noster, dicens: Væ uobis pharisęi
Luc. 11 qui diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Recordare præterea q̃ graui onere prémunt̃, q in dignitate constituti sunt: primo q multo magis illis imputat̃ peccatũ q̃ cæteris: deinde q nõ pro se modo, uerũ etiam pro oĩbus quibus præsunt, tenent̃ reddere rationẽ Et si per eorũ negligentiam plebs deliquerit, tam alienę q̃ suæ culpæ rei erunt. Vt postremo diuitias nõ concupiscas,
1. Timo. 6 apostoli præceptũ ad mentem reuoca. Nihil, inquit, intulimus in hunc mundũ, haud dubiũ, quia nec auferre quid possumus: habentes aũt alimenta & quibus tegimur, his
Matth. 6 contenti simus. Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tẽtationẽ & laqueũ diaboli, & desyderia multa inutilia

nociua, q̃ mergũt hoĩes ĩ interitũ & ꝑditionẽ. Nec dictorũ Christi dñi obliuiscaris. Noli te, inqt, thesaurizare ĩ terra sed ĩ cœlo. Nõ potestis deo seruire & mãmonę. Quid prodest hoĩ si uniuersum mũdũ lucret, aĩę uero suę detrimentũ patiat? Et facilius Camelus trãsibit ꝑ foramẽ acus, q̃ diues ascẽdere ualebit ad regnũ cœlorꝝ. Et uæ uobis diuitibus, q habetis cõsolationẽ urã. Illius etiã diuitis memẽto qui ubertate frugũ lętatus, ꝑ annos multos his fruiturũ se putauit, & nocte insequẽti uita decessit, & qđ cõgregauerat alijs reliquit, ipse sua spe frustratus ẽ. Ille q̃q; diues menti tuę succurrat, quẽ uestiebat purpura, quẽ q̃tidie delicata saginabãt cõuiuia, nudus in inferno sepelit, & in igne ardẽs gutta aquę indiget, qua linguã refrigeret. Si talis est præsentiũ diuitiarꝝ fructus, nõne stultissimus ẽ, q eas cõcupiscit, et nõ potius ad diuitias nũq̃ perituras aspirat? Beati eñi paupe res spiritu, qm̃ ipsorꝝ est regnũ cœlorꝝ. Qui ergo tria hæc q̃ ꝓposuimus curauerit, ille arbor bona bonos germinãs fructus erit, mala aũt malos proferẽs fructus eẽ desinet. Si eñi in radice uitium nõ fuerit, nec in fructibus erit. Nõ de prĩbus & filijs (ut quidã putauerũt) ista ĩ euãgelio dicunt, sed de operibus ex intentiõe animi profectis. Alioqn falsa eẽt arboris parabola, si hoc significaret, ꝙ pr̃ bonus bonos gignat filios, et malus malos Achab eñi regũ Israel pessimus optimi filij ac pijssimi Iorami pr̃ fuit, & ecõtrario Ezechias rex Iuda iustus ac sanctus Manassen genuit iniquũ atq; scelestũ. Nemo itaq; suũ pc̃tm̃ pr̃is prauitate excuset. Pr̃ nõ portabit iniqtatẽ filij nec filius nequitiã pr̃is: aĩa q̃ peccauerit ipsa puniet. Qualis cuiusq; ĩ aĩa affectus fuerit, talia ędet et opa. Intimo prius cordis morbo medicina ẽ adhibẽda, ut ĩ cute iñ nascẽtia ulcera curent. Interiora si sana fuerit, ea q̃ foris sũt pulchre ac probe se habebũt. ¶ De quinq; sensib. (Ca. 19

ET qm̃ sensus nr̃i uię sunt, ꝑ quas illa, q̃ aĩę bonũ corrũpũt, itus penetrare solẽt, quali custodia muniẽdi sint, ne id patiant, nũc docere conabor. Sensuũ nr̃orꝝ impar nũerus ẽ. Impar aũt nũerus in scripturis diuinis mũdus habet, par uero immũdorꝝ dicit. Animalia q̃ bina in arcã Noæ ingrediunt, ex immũdis sunt, ex mũdis q̃ septena. Numeri ergo ratio nos instruit, ne qua culpa sen-

Matth. 16
Luc. 6
Luc. 12
Luc. 16
Matth. 7
Luc. 6

sus nostros pollui sinamus: quos impar supputatio puros esse debere ostendit. Quinario numero ideo censentur, ut per legis præcepta eos dirigas: quinq; eñ uolumina sunt mosaicæ disciplinæ diuinitus descriptæ. Et quia quinarius etiam quaternariū continet, per quem euangelia significant, quicquid legi deest, de euangelio adimpletur: ut sensus nõ solum bonos habeamus, uerumetiã perfectos. Quod si domino donante adepti fuerimus, tunc sequetur, quod ipse
Leui. 26 pollicitus est, dicens: Persequimini inimicos uestros, & corruent coram uobis: persequentur quinq; de uestris centum alienos, & centum de uobis decem milia. Si eñ sensus nostri præceptis diuinis muniti fuerint, uitiorũ multitudo aduersum illos præualere non poterit. Cadẽt a latere eorum mille & decem milia, ad eos aũt non appropinquabunt. Non oculorũ mundiciem inquinabit uisa mulier, nõ aures demulcebit amatorius cantus, non naribus blandietur ad mollitiem animi compositũ unguentũ, nec gustus integritatem luxuriosi corrumpent sapores, neq; tactũ subuertere iniustæ actionis cupiditas ualebit. Ab omi malarũ passionũ iniuria tuti erimus, si quoties oppugnamur, ad arma institutionis diuinæ sanctorumq; exemplorũ protinus recurremus. Tunc nempe Iesu duce, quinq; illi reges .i. quinq; corporis sensus, qui nobis imperando regnabãt, ad speluncam conscientiæ nostræ compulsos mori sibi cogemus, ut iam uiuere deo discant obedireq; spiritui, serui eius facti, cuius antea dñi fuerant. Tunc in euangelio quinq; talenta nobis a deo credita, alia quinq; superlucrabunt, duplicato quæstu spiritualiũ negociatione actionũ. Tunc quinque uirgines non iam fatuæ, sed prudentes comparato misericordiæ oleo, accensisq; lampadibus charitatis, occurrentes cœlesti sponso intrabunt cum eo ad nupti-
Lu. 19 as æternæ celebritatis. Tunc deniq; dicetur nobis: Beati oculi qui uident quæ uos uidetis: multi prophetæ & reges uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt, & audire quæ auditis & non audierunt. Relinquamus igitur cum uitijs terrenas uanitates, & nõ lacte sicut paruuli, sed sicut perfecti solido cibo utamur: exercitatos (ut apostolus

ait) sensus habentes ad discretionē boni ac mali. Hoc est in bonis operibus quotidie se exercendo, mala aūt fugiendo, eorumq; cupidini semper nobis aduersanti repugnando. Siquidem sensus nostri (ut diximus) semitæ sunt, a sede animi per corporis foramina patentes: per has hostes intrare desyderant, ut uirtutū ciuitatem expugnent, & his expulsis ipsi sibi dominent. Oculos quęcunq; uisu pulchra iucundaq; sunt, infestant: quæ si concupiscere cœperit animus, per ianuam oculor: irrumpit siue ueneree uoluptatis turpis appetitio, siue pompæ luxuriæq; sectandæ cura, corporisq; ornandi stulta sedulitas. Auribus insidiantur lasciuientiū poetar: carmina, impudici cantus, tibicinū cytharedorumq; soni: quibus delectatus animus & in mollitiem resolutus iam inimicis prodere ciuitatē meditatur, et illos admittere per portam male custoditi auditus. Olfactum debellare properant unguenta: q; si odore per nares penetrante intus latens animus captus fuerit, omibus muliebribus delitijs ad se aditum aperiet, necq; eum odoramētis ad luxuriam uti pudebit. Cum gustu certabunt esculentorum poculentorumq; exquisiti sapores: quor: auiditate superatus animus per lubricum gulæ callem, crapulā illabi permittet: uentriq; fauere incipiens, temperantiæ renunciabit. Omnibus aūt aduersarijs istis eorumq; similibus uiam tactus patefaciens, quicquid per alios sensus affectauit, id per se tandem opere complere maturabit: & tūc demum animus ipse perditæ uitæ conscientia pulsatus cum Hieremia queri poterit, flensq; ac lugens exclamare: Mors ascendit per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, disperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis. Vitijs em̄ dominantibus bona animi concidere ac perire necesse est Porro ut bona uigeant, & mala repellant, singulis remedijs singuli roborandi atq; tuendi sensus erunt.

Hebre. 5

Visus.

Auditus.

Odoratus.

Gustus.

Tactus.

Hiere. 9

¶ De Visu. Caput. XX.

VT aūt ergo mundos habeas oculos mundi pulchritudinem immensitatemq; intuere, & eius opificē ac gubernatorem deū intellige, mirabiliumq; operum lauda magis mirandū autorem. Si uenustas mulieris

forma occurrerit tibi, tunc cum propheta deū deprecare:
Auerte oculos meos, ne uideant uanitatē: q̄ si illa suū in te
Eccle. 27 figat obtutū, tu retrahe tuū, & memento esse scriptū: An-
Ezech. 20. nuens oculos fabrificat iniqua: proptereaq́ præcipi in E-
Eccle. 2 zechiele: Vnusquisq́ oculorꝫ suorū offensiones abijciat.
Audi confitentē Salomonē: Omnia, inquit, quæ desyderauerunt oculi mei, nō negaui eis: & cum nihil omnino in hac uita permansurū animaduerteret exclamauit: Vanitas
Matth. 6 uanitatū & oīa uanitas. Audi & saluatoris in euangelio dictum: Lucerna corporis tui est oculus tuus: si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus lucidū erit: si aūt oculus tuus fuerit nequam, totū corpus tuum tenebrosum erit. Siquidem oculi uagi & immodesti reliquorꝫ quoq́ sensuū parere solent incontinentiā, & nec audire nec odorari nec gustare nec tractare pigebit aliquid, quod uoluptati erit cōspicere. Sicut aūt simplex aspectus formā decoremq́ oīm quæ uidet, ad conditoris laudē refert, ita reliqui sensus eū imitati nihil prorsus admittunt, quod deo minus gratū fore arbitrantur: atq́ ita puri oculi totū corpus lucidum reddunt. Repulsis em̄ uitiorꝫ tenebris adamata uirtus spiritū
Matth. 6 simul et carnē suo irradiat fulgore. Si te, inqt, scandalizat oculus tuus, erue eum & proijce abs te, melius est tibi cū uno oculo ingredi in uitam æternā, q̄ duos oculos habentem mitti in gehennam. Non corporis oculus eruendus ē, sed mentis. Nam clausis quoq́ oculis peccant cæci. Compesce igitur animi motū ad illicita lacessentē, & melius tibi erit, absq́ præsentiū uoluptatū usu ad æternas transire delitias, q̄ tota uita per oēs uoluptatū illecebras deducta supplitijs mancipari sempiternis. Vt ergo regni potius hæres q̄ poenæ reus inueniaris, imitare sanctissimi Iobi con-
Esa 33. tinentiam, qui ait: Pepigi foedus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidē de uirgine. Conuenerat quippe cū oculis, ne aspicerent, secū ne cogitaret. Spectaculis quoq́ illis adesse caue, in quibus lasciua inhonestaq́ aguntur: libidinis em̄ incitamenta sunt, & in quibus cæde humana grassat, ne sæuitiæ impietatiq́ assuescas, cum proximi tui cruore ocu-
Ioan. 31 los satiaueris. Ab his auersus prophetā audi dicentē: Qui

obturat aures suas, ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne uideat malũ, iste in excelsis habitabit.

De Auditu Caput. XXI.

Aurium aũt cõseruare integritatem ita oportet. Caue ne quid obscœnũ, nequid iniquũ, nequid ab humanitate alienũ libenti animo auscultes, dicente scriptura: Sepi aures tuas spinis, & linquã nequã noli audire. Delatoribus, detractoribus, impudicis, inaniter inconditeq; garrientibus, impie de religione sentientibus nõ accommodes auditũ, nisi contradicendi, redarguẽdi, refellẽdiq; causa. Fabulas amatorias, quæ ad turpem libidinem prouocant, audire noli. Tendiculas diaboli illa esse crede, quibus nos irretitos morti tradere molit̃ mergereq; ĩ profundum. Ab adulantiũ quoq; & ad gratiam loquẽtiũ uerbis aures auerte, ne falsis laudatiõibus elatus maius aliqd esse te reputes q̃ quod es, & tibi tribuas, quod deo erit tribuendũ, merearisq; ab apl'o corripi dicente: Quid habes quod nõ accepisti? & si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Nihil deniq; audire te delectet, quod corpus tãtum uoluptate afficiat, aĩæ aũt saluti nihil cõferat. Pernitiosa em̃ res est, aures cantu dulci suauibusq; sonis delinire, & animæ pati detrimẽta, cum potius animæ salus per corporis labores castigationesq; cõquirenda sit, per ieiunia, per uigilias, p scribendi, legendi, orãdi, aliosq; adhortandi fatigatiões Operarijs quippe impigris ac sollicitis opus est patrisfamilias in uinea sua excolẽda, nõ otiosis & oscitãtibus, & qui fructũ capere negligunt, dũ florũ foliorũq; luxuria delectent̃. Quæ ergo spũi cõducunt, illa audias, quę aũt carni blandiunt̃, ueluti mortifera nõ admittas. Porro ut ex deo te esse testeris, uerba dei audi. Illis q̃ hoc contemnunt dicit̃: Propterea uos nõ auditis quia ex deo non estis. Aperi aures sapientiæ, & scientiæ salutari, & in ea delectare, ut proficias magis. Interesse prædicationibus ac sacris ecclesiæ lectionibus stude: nec solum auscultes quæ dicuntur, sed etiam memoriter teneas. Non absq; mysterio est dictum: Audi cœlum, auribus percipe terra. Terra es, si au tetenus diuina ausc ultes; cœlũ es, si audis. Audit autem qui

Eccle. 28 — 1. Cor. 4 — Ioan. 8 — Esa. 1

sermonibus sacris catholicæq; doctrinæ cum auditionem tum obedientiam præstat. Vnde audire interdũ pro parere iussaq; perficere usurpatur. Ad hanc audiendi perfectionem Iacobus apostolus nos hortatur, dicens: Estote factores uerbi & non auditores tm̃ fallentes uosmetipsos. Quia si quis auditor est uerbi & non factor, hic comparabiĩ uiro consyderanti uultũ natiuitatis suæ in speculo. Consyderauit em̃ se & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit: qui aũt prospexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Bonũ ergo auditorem, non audiẽdi attentio, sed agendi probat sollicitudo, postq̃ quæ agenda sibi sint ut deo placeat, didicerit. Huic em̃ dicere licebit Dominus mihi aperuit aurem, ego aũt non contradico, retrorsum non abij. Interioris hoïs ista auris est, quam dñs aperit: ut uerba uitæ in cor eius infundat, quẽ diligit. Sunt tamen nonnulli usq; adeo peruersi, ut ne exteriorem quidẽ corporis aurem præceptis diuinis præbere uolunt: sed seculi uanitatibus dediti, & temporalibus immersi negotijs, ita uiuunt, quasi qui post præsentẽ uitam nihil futurũ expectent. Hi si qua tandem sæuientis fortunæ molestia cõpulsi deo supplicant non exaudiunt. Neq; em̃ liberari de peccato, sed de calamitate desyderant. Ait ergo scriptura: Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis: ut uidelicet non modo non impetret quod petit, uerũ etiam ipse execretur ut infidelis: & nouissima eius prioribus peiora fiant. Aduersum tales uociferatur Hieremias & ait: Ecce incircumcisæ aures eorũ, & audire nõ possunt ecce uerbũ domini factũ est eis in opprobriũ, & non suscipient illud. Sed cum ob hoc eos Chaldæorũ ditioni subdendos denunciet, innuit nobis, contemnentẽ scripturę sanctę præcepta dæmonibus esse subijciendũ: ut qui salutaria audire noluit, perditionis æternæ afficiatur supplicijs.

Iacob. 1 · Esa. 50 · Prouer. 19 · Hiere. 6

¶ De Odoratu Caput. XXII.

CAuendũ post hæc ne per nariũ foramina illapsus odor sua suauitate animũ uirilem effœminet: & homo unguentis delibutus contemnat̃, qui autoritate

præstare debet. Odores quippe ipsos, quemadmodum & cantus oris & neruorum tibiarumq; sonos, ad sacrorũ cultum datos esse meminerimus: deoq; laudes celebrandas, non ad corporis humanæ uoluptatem. Odoribus tamen morbos quosdam curari, quosdam ne ueniant prohiberi constat, & cytharæ sono Saulem regem conualuisse legimus. Rosis itaq; & Croco & floribus & Nardo & Balsamo & omnibus aromatum generibus, iuxta medicorum placita uti licet, curationis gratia, non uoluptatis. Eum uero qui sanus est, & in quo non est ægrotationis ulla suspitio, unguentis deliniri, flosculos naribus admouere, in cubiculo ex aromaticis suffimentis fragrante desidere, impupicitiæ argumenta sunt, & eneruatæ emollitæq; uitæ certissima indicia. Talium nanq; usu lenones, meretriculæ, hominesq; ad luxuriam se natos credentes delectantur: nõ illi qui uirtutem præferunt uoluptati, neq; qui spiritui quàm carni studere malunt: neq; qui soli deo placere desyderãt, & Christo domino dicere possunt: In odorem unguentorum tuorum curremus: atq; ijdem confiteri audent: Christi bonus odor sumus. Verissima autem Christi unguenta sunt, fides, spes, charitas, castitas, pudicitia, mansuetudo, liberalitas, pax, patientia, modestia, constantia, cæteræq; uirtutes, quarum suauitatem quisquis conceperit, aliarum rerum omnium fragrantiam facile contemnet: immo nefas putabit, opobalsamum uel myrrham uel stacten uel cassiam uel nardum: uel queuis alia odoramenta olere: cũ magis eum, qui cœlo dignus esse cupit, spernere terrena, & uirtutum ac sanctimoniæ odore fragrare oporteat. Quem si assecutus fuerit, quicquid naribus gratissimum suauissimumq; esse creditur, præ illo nauseam putabit. In cœlo enim quo ille properat, non est Engadi uicus balsami ferax, non Sabea regio thuris abundans; non pretiosorum unguentorum mater Arabia, sed quod his longe redolentius ac suauius habetur, diuinæ præsentiæ indicibile odoramentum, & cunctis animę sensibus nunquam defutura dulcedo, apostolo dicente: Nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec cor hominis excogitauit, quanta præparauit deus 1.Cor.2

dilectoribus contemptoribusq; uoluptatis. Percurre specu latione mentis sctõrum uitam: & si inueneris, q per mul tas tribulatiões oportuit illos intrare in regnũ dei: impossi bile esse crede, ut uoluptarij ac delicati, nisi pœnitẽtiã agãt & mores mutẽt, & laboribus magis q̃ otio luxuriaq; delectenť, eo possint conscẽdere, & de temporalibus delitijs repente ad æternas transire.

De gustu. Ca. XXIII.

GVstus quoq; continendus est, ne crapulæ appetentia polluatur animus. Gulæ quippe ista uoluptas cũ dominari cœperit, ad quæq; turpia & inhonesta hominem impellit, multisq; afficit incommodis. Gula Noe pudenda detexit. Gula Loth stupratorem filiarum fecit. Gula Esau primogenituræ ius abstulit. Gula populum Israel magna ex parte repentina nece mulctauit. Gula filios Heli sacerdotis perdidit. Gula Helam regem Israel serui sui gladio interimendum obiecit. Gula Holophernem Assyriorum ducem unius mulierculæ manu perire fecit. Gula Sodomitas & Gomorrheos prius in nefandos egit concubitus: deinde igne & sulphure de cœlo pluente extin xit: gulæ uitio id illis accidisse dominus testatur in Ezechi ele, dicens: Hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius & filiarum eius. Eodem sensu in Hieremia idem ait: Saturaui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur. Ex quo satis constat, de uentris ingluuie gigni libidinis intemperiem. Cum igitur tot mala ex incontinentia gulæ deriuentur, multo tamen erumnosiora his deinde sequũtur. Quid enim miserius q̃ æternæ beatitudinis expertem fieri, & nunq̃ finiendis affligi supplitijs? Ebriosi, inquit apostolus, regnum dei non possidebunt. Et in euangelio seruus contumax atq; temulẽtus diuidi iubetur, hoc est a sanctis separari, & illic hypocritarũ partem occupare, ubi est fletus, & ex dolore irrequietus dentiũ stridor. Qua in re qm̃ tantum est periculi, ut amplius esse nequeat salutis nostræ sollicitus dominus de euangelio clamat: Attendite uobis ne grauenť corda uestra in crapula & ebrietate & curis hu

Noe. Loth. Esau. Ezech. 21 Hiere. 5 1. Cor. 6 Math. 24 Luc. 21

sus uitæ, & supueniat in uos repētine dies illa. Sed de gulæ uitio alibi plenius locuti sumus, nūc summā perstrinxisse satis sit. Vitio aūt isto carebimus, si eos imitari uoluerimus, qui deo placuerunt. Pensemus illorum abstinentiam illorum quotidiana ieiunia. Multi carnem, multi uinum gustare noluerunt, dū in cœlesti regno diuinæ uisionis dulcedine saturari cupiunt. Quosdam pane etiā abstinuisse legimus: & maceratis aqua leguminibus uitam sustentasse nihil coctum comedisse. Alios herbis crudis radicibusq; contentos fuisse. Alios uero p biduum, p triduum, p dies plures nihil degustasse. Nō hoc dico ut cibis ac potu a deo creatis, uti nefas putem, sed ut eos q carnibus etiā uinoq; uictitant, ab ingluuie mortifera cōpescam. Vescere igitur alimētis ab ecclesia non interdictis, uinūq; dilutum bibe: non tamen ad uoluptatē, sed ad corporis necessariam sustentationem. Vtere inquā uictu, quo isti q tecum in monasterio sunt utunt: cum abstinent, abstine: cū ieiunant, ieiuna, & semp ad memoriam reuoca. Ideo te monachalē uitam elegisse, ut deo famuleris, non ut uentri seruias.

¶ De tactu. Ca. XXIIII.

TActus postremo nostri synceritatem seruare poterimus, si ab ijs quæ rerum prohibitarum cupiditatē prouocare consueuerunt, manus continebimus. Bonum est homini (ut ait Paulus apostolus) mulierem non tangere. 1. Cor. 7 Nam si uenusta forma mulierem intuendo periclitatur pudicitia, & si magis adhuc cum ea colloquendo, quanto plus periculi imminere credis, si post hæc neq; a tactu ipso temperas? Profecto nihil aliud restat nisi ut uterq; inter uos excitatæ consentiat cupidini, & par amborum uoluntas ad perpetrandum illicitæ coniunctionis crimen feratur. Quod si manum cohibueris, ne tangas, tantum tibi conferet ista continentia, ut per oculos conceptum, per afflatum auctum obscœnæ cupiditatis ardorem languescere paulatim & extingui, labefactamq; animi uirtutem in integrum restitui necesse erit. Sin uero ipsum tangendi sensum nō refrenaueris, igni in penetralibus cordis iam suscitato ligna addes, & incendium flammæ ualidioris,

q̃d se ad interitũ usq; exurat concitabis. Hoc aũt exitiũ ne tibi contingat, audi sapientissimi Salomonis p̃ceptũ & q̃d docet experto crede: malum em̃ in q̃ ipse incidit alios caue re iubet, ac de muliere loquens: Longe, inquit. Fac ab ea uiam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. Cur ita, nisi te tangẽdi detur facultas si propius accesseris? quãto magis proximas, tanto maius inis periculum, ne tangẽdo corruas. Minus tibi noxium ignem fore crede, si manũ prunis ardentibus indideris, aut ferrum candens tenueris, q̃ si lasciuientem adolescentulam digito contingas. Prunæ quippe offendent corpus, puellæ uero tactus animam perimet. Pecuniæ quoq; crebra contrectatio animum ad auaritiam stimulat. Quamcunq; enim rem tangere delectat, eius largius copiosiusq; potiundę auiditas crescit. Prudens itaq; constitutio seraphici Francisci fuit, qua cauetur, ne monachi paupertatem professi nummos contingant, sed illam eleemosynam quæ pecunia constat, secularium ministrorum manibus colligant: æra igitur quæ necessitas emendicare compellit, periculum tangere uetat: per alios recipiũt p alios pro ipsoꝝ uictu expẽdũt: usq; adeo stipẽ p se sumere timẽt, quã pro se poscere non uerẽtur: ne forte cõtrectatione illius deliniti aliquid ultra necessitatem concupiscant. Nam illum etiam in excelsis cum sanctis habitaturum prædicat Esaias, qui proijcit auaritiam ex calumnia & excutit manus suas ab omni munere. Quanta autem mala pariat auaritia postea suo loco dicemus. Porro illos maxime mundas manus habere decet, quibus a propheta præceptum est dicente: Mundamini qui fertis uasa domini. Nihil igitur immundum tangant manus illæ, quibus concessum est, ut purissimum Christi corpus in sacramento palpent, & hostiam uiuam offerant deo. Eas manus ne qua peccati contaminet spurcities, meminisse debemus, ob hoc nobis a deo datas, ut ipsi pręcipuæ qui dedit, seruiant, ipsi laborent in operibus iustis actionibusq; probatis. Tu ergo manus tuas ad euoluendos cœlestis disciplinę libellos porrige, & in ijs quæ deo placent conscribendis

Prouer.

Constitutio sctĩ frãcisci

Esa. 33

exerce, ad pingenda quoq; fingendaue appone simulacra illa, quæ uel spectatores ad sanctimoniæ cultum accendant, uel tuam ipsius mentem, ne per inania diuagetur, honesto labore occupent. Deniq; modis omnibus contende, ut easdem manus tuas cum præcibus puras ad cœlum tollas. Ita enim facilius quod postulaueris, impetrabis. Et quoniam hic de quo loquimur tangendi sensus non solum ad manus pertinet, sed etiam ad reliquum hominis corpus: cuncta corporis tui membra deo autori seu seruiant, deo in omnibus obsequantur, nihil agant in quo ille offenditur, nihil committant in quo proximi scandalizantur. In omni prorsus contactu, immo in omni omnium sensuum officio atq; operatione danda est opera, ut & uitetur peccatum, cuius præmium est perennis apud inferos cruciatus, & colat uirtus, cui promissa est merces æternæ in cœlo felicitatis.

¶ De remedio contra sensuum voluptatem. Ca. XXV.

CAeterum super omnia ad reprimendam sensuum uoluptatem remedia, iuuabit animo recolere quicquid saluatorem nostrum spōte in hac uita passum nouimus. Igitur si te uana spectandi uoluptas prouocauerit, qualem ille uoluptatem capiebat cogita, cum Iudæorum cerneret perfidiam, & ob id flere compelleretur, cūq; eosdem contra se insurgere uideret, quos ipse saluare uenerat. Si tibi aurium delectatio blandiri cœperit, attende q̄d nam illi delectamentum erat, quotidie ab impijs conuitia audire, seq; probris maledictisq; inimicorum incessanter pertundi. Si naribus infusa odorandi suauitas tibi insidiabitur. Si gustandi luxuriosa dulcedo sui desyderium fecerit, memento illum in utraq; manu pro rosis clauos ferreos pertulisse: in ore autem pro dapibus fel, pro uino acetū sumpsisse. Si te deniq; communis toti corpori tactus ad uoluptatem sollicitauerit, quem ille toto corpore dolorem excepit mente reuolue. Cerne coronatum spinis caput, manus pedesque clauis cruci confixos, latus lancea uulneratum, cuncta deniq; flagellis contusa membra. Ac ne iam

Visus. Auditus Odoratus Gustus Tactus.

grandioris ætatis eam arctam uiam ingressum dicas, audi ipsum in psalmo confitentem: Pauper sum ego & in la
Psal. 87 boribus a iuuentute mea. Ad hæc seruorum eius, id est, omnium sanctorum totam uitam, qua cœlum meruerunt percurre, & si quid in eo molle, si quid uoluptuosum, siqd corpori iucundum delectabileq; inueneris, audacter imitare. Sin uero econtrario cuncta dura, aspera, inquieta, tristia & acerba fuisse non ignoras, cur tu ad hauriendas conuerteris uoluptates, sicut domino tuo, ita & seruis eius dissimilis, tibiq; metipsi perniciosus? Quomodo enim eo quo illi conscenderunt ascendes, si longe aliter atq; illi uixerunt uiuas? Et cum diuersa prorsus agas, quomodo nō etiam diuersa sortieris? Nam si illi per terrenas tribulationes cœleste regnum possederunt, tu proculdubio post breues terrenæ luxuriæ delitias pœnam luiturus es æternam, nisi pœnitentiam egeris. Mitte igitur istas, quæ te nunc oblectant uanitates, renuncia uoluptatibus, cuncta corporis blandimenta, ueluti pestem quandam animæ fuge, & illa potius quæ laboriosa sunt amplectere, difficilibus assuesce, in omnibus morum synceritatem serua, innocentiam custodi, affectibusq; moderare. Moderandorum autem quæ ratio sit, quia locus hic exigere uidetur dicere nunc aggrediar, ope fretus diuina, non meis uiribus quæ nullæ sunt, confisus.

Libri quarti finis.

EVANGELISTARII MARCI MARVLI LIBER

Quintus, sub titulo charitatis, materiam de libidinis cohibitione, matrimonij integritate, eleemosynarum largitione, beneficiorum collatione & acceptione, & uitijs his uirtutibus contrarijs, complectens.

De temperantia Caput I.



Psa igit̃ passionũ, q̃ a sensibus oriunt̃, moderatio, tẽperãtia dicit̃. Ea uirtus usq; adeo reliqs oĩbus necessaria ẽ, ut nisi illis comitẽ se pr̃stiterit, continuo ad uitia dilaberẽt, & uirtutis nomẽ naturã q; amitterẽt. Iustitiaq; ipsa si tẽperãtiæ freno nõ regeret̃ aut in negligẽtiã, aut in sæuitiã desineret. Tẽperantia mediocritatẽ seruat, appetitiões domat, ignauiam expellit, dicta facta cogitataq; ratiõis finibus cõcludit. Nihil turpe fieri patit̃, uoluptatibus imperat ne modũ excedãt, dolori succũbere uetat, in oĩbus recti honestiq; rõnẽ cõstare iubet, nõ sinit extolli prosperis neq; deiici aduersis, sed in utraq; fortuna costantẽ animũ esse iubet. Ne itaq; sensuũ tuorũ perturbationibus cædas tẽperantia efficiet, & ad illa q̃ memorauimus, cõparãda remedia te diriget: qbus tu usus abiges abs te otiũ & desidiã, & cupiditatẽ, & turpes amores, et oẽm luxuriã, ut amplecti q̃as laborẽ, sollicitudinẽ, largitatẽ, pudicitiã, frugalitatẽ. Et cũ uitia q̃ circa uirtutẽ in medio constitutã sunt caueris, illa quoq; q̃ ultra habent̃ uitabis: ne uidelicet labor uertat̃ in lassitudinẽ, sollicitudo in curiositatẽ, largitas in prodigalitatẽ, pudicitia in agendorũ dicẽdorũq; inutilẽ uerecũdiam, frugalitas in stultũ ab oĩbus abstinẽdi rigorẽ. Cũcta ergo æquis tẽperãtiæ mẽsuris iustisq; proportionibus circũscribes: ut nec modicitate delinquas, nec nimietate excedas. Optimũq; tibi uidebit̃ solertiam seq nautarũ q in onerãdo nauigio tale tẽperamentũ seruant, ut neq; nimio pondere p̃ssum obruat̃ fluctibus, neq; nimia leuitate suspẽsum lateribus uacillet, & flantiũ uẽtorũ ĩpetũ ferre neq̃at. In oĩ qppe uitę tenore, rõnabilis mẽsurę modus utilissimus est. Intẽperãtia uero oĩm prorsus neqtiarũ & parens & nutrix ẽ. Quibus illa dñat̃, de sctõrũ cõsortio exierũt, cũ iustis nõ scribẽt̃. Ab ipo eẽm dño, qa sanctioĩb9 eius nõ pa

Ezech.44 parent, reprobati abdicatiq; sunt. Omnis alienigena, inqt, incircuncisus corde, & incircuncisus carne non introibit in sanctuarium meum. Aliud preterea incircuncisorꝝ genus est, quos Hieremias notat dicens: Ecce populus hic incircuncisus auribus & nolunt audire. Aliud etiam de quo Moyses esse se fatebatur, cum se indignum officio sibi delato existimaret, & ut in Hebręo habetur, diceret: Incircuncisus labijs ego sum. Huiuscemodi aũt circunsiões: hoc est cordis, aurium & labiorꝝ, qa non corpis, sed spũs sunt, faciunt ut ipsam quoq; carnis circuncisionẽ intelligẽtiæ demus spiritali. Qui ergo tẽperans fuerit, primo cor suum circuncidet ne cogitet malum, ne prauæ appetitiõi assensum pbeat, q em̃ assenserit, & ad pficiendum scelus q̃d cogitauit animum inclinauerit, hic incircuncisus corde erit. Deinde q tẽperãs fuerit, suas aures circũdere curabit: subtrahendo auditũ delatorꝝ susurris, adulatorꝝ blanditijs, turpibus scortatorum canticis, impudentiæq; scurrarꝝ. Qui uero aliquem ex his libẽter audierit, incircũcisus auribus erit. Postremo q tẽperãs fuerit, labia sua circũcidere studebit, linguã cohibẽdo, ne de aliq̃ infamãdi causa obloquať, necui maledicat, ne litiget, ne rixeť, ne opprobret, ne mentiatur, nequid deniq; iniqum, fœdum, inhonestũ proferat. Qui aũt loquẽda tacẽdaq; obseruare neglexerit, & sine delectu qcqd ĩ buccã uenit, effutierit, hic incircũcisus labijs iudicabitur. Carnis uero circuncisionem ad reliqua interioris hominis membra pertinere reor. Itaq; qui temperans fuerit, minime negliget & manus circuncidere suas, ne malum operentur pedes ne illo ubi peccandi periculum imminet, currant: oculos ne quid, quod nefas, est concupiscere spectent, palatum ne ebrietati ganeæq; seruiat, olfactum ne unguentorum odore delectetur, sed uirtutum. Qui se ita ut dicimus circunciderit, circuncisione (sicut Paulus ait) non manufacta, & in om̃ibus spiritui magis q̃ carni obedierit, huic perfectæ temperantiæ inesse uirtutem quis negabit? quis non dignum arbitrabitur, ut tandem in sanctuariũ dei ingrediať, præmiaq; capiat supnæ hæreditatis, factus dei filius, qa noluit turpium uoluptatum seruus.

Margin notes: Hiere.6 — Exo.4 — Incircuncisus corde — Incircuncisus auribus — Incircuncis. labijs. — Circuncisus carne.

De virginitate. Caput. II.

CAeterum cum in oīm malaꝶ cupidinū incitamento temperantiæ freno opus sit, tum maxime in coitus appetiti stimulo inhibendo. Nullus uiolentior in animantibus affectus,, nullus insuperabilior. Assidue cum illo pugnandū est: & si sæpius uiceris, periculū est ne postremo uincaris. Quanto aūt difficilior uictoria, tanto & uictoriæ remuneratio maior ac pręstantior. Nunc ergo non incongrue referenda incidunt, primo castitatis pudicitiæq; bona, deinde contrariæ libidinis mala, ut his deterriti, illis allecti pertinacius in proposito persistamus uirtutis. Castitatis quidē principatum tenet illibata uirginitas. Nam uirginem esse supra usum naturæ est, & angelicum magis q̄ humanū. Ideoq; & in lege honorata est uirginitas & in euangelio, sed in euangelio magis. Prohibet lex, ut sacerdos uiduam uel repudiatā ducat uxorem, sed uirginem tantū. Et cum Moyses Madianitas delere mandaret, uirginibus parci iussit. Iesus Naue, quia Christi dn̄i figurā ferebat, neq; uxorem habuisse memorat, neq; liberos: & illo duce populus Israel terram ingressus est promissionis. Helias & Helisæus nusquā inisse matrimonia legunt, & soli inter ueteres a morte quosdam ad uitam reuocarunt. Hieremias quoq;, quia in utero matris dicitur fuisse sanctificatus, uirgo permansit, ne donū amitteret adultus, qđ acceperat conceptus. Ad nostra ueniamus. Ipse dei filius Christus uirginem matrem sibi elegit, uirgo ipse permansit, uirginū sponsus dici uoluit: sed neq; baptizari nisi a uirgine sibi placuit, neq; matrem cum ab ea decederet nisi discipulo uirgini commendare. Hæc aūt oīa, ut q̄ deo grata esset uirginitas doceret: cuius conseruandæ matrem fœminis, se masculis in exemplū dedit. Exinde uterq; sexus profiteri cœpit uirginitatem, & ineundi coniugij prolisq; suscipiendæ uoluptate contempta, ad monasteria cōfugere, seq; soli deo dedicare: ut dum neq; nubunt, neque nubunt, angelis cœlestibus pares forent, & humanā conditionem egressi peculiare priuilegiū acquirerent: cantica quæ nemo alius cantare potest, coram deo personandi,

Leui. 21
Nume. 31
Iesus
Helias.
Helisæus.
Hieremias
Iesus Christus.

agnũq; sequendi quocunq; se ille uertisset: ut sicut Christo matriq; eius Mariæ, ita & ipsis nullũ in æternis mansionibus habitaculũ clausum esset. Quid em̃ non illis patere crediderimus in patria superum, qui dum hic peregrinarentur, nulli obscœnæ cupidini patuerunt, & in carne præter carnem uiuere perseuerarunt, ut magis deo placerent? Fidelissimorũ em̃ seruorũ est, semper id maxime conari, quód domino suo maxime gratũ fore animaduertunt. Itaq; nõ solum attendunt quid ipse imperet, sed etiam præter imperium quid ipsum delectet. Quam ob rem plurimi sanctorũ uirginitatẽ inuiolatam conseruarunt, ut qua se in primis deo placere posse nõ ignorabant. Virgines fuere, Ioannes baptista, quo inter natos mulierũ nõ erat maior, Ioannes apostolus quẽ singulariter Iesus dilexisse dicitur, Iacobus, qui frater dñi nuncupatus est, Paulus uas electionis, alijq; multi ex discipulis. Inter fœminas aũt Martha, Petronilla, Tecla, Agatha, Lucia, Catherina, Cecilia, Barbara, Agnes, aliæq; multæ, quæ tormenta perpeti atq; occidi maluerũt, q̃ uirginitatẽ nuptijs commutare. Quidam martyrũ cum meretricibus a tyranno additis oppugnarent̃, proprias linguas dentibus discidisse constat, ut uoluptatis motũ sensus excluderet doloris. Ipsi itaq; qui in confessione fidei aliorum sæuitiã nõ timebant, in castitatis periculo in se sæuierunt: non leuius flagitiũ fore rati si libidini consensissent, q̃ si Christũ abnegassent. Tunc aũt in culmine uirtutũ tua erit uirginitas, cum etiam illa quæ imperantur perfeceris. Quæ em̃ uel qualis est serui erga dñm observantia, magna in re præstare obsequiũ, & in parua negligere mandatum Nonne fatuitatis arguunt̃ in euangelio uirgines, quæ de sola uirginitate sibi plaudentes, oleum quo totius uitæ lampas illuminatur, oleum uidelicet mandatorũ dei nõ comparauerant? Nonne etiam ille ab om̃ibus irrideret̃, qui coronam auream capite præferret, & uilibus attritisq; indumentis tegeretur? Virginitas ergo nisi imperata dñi perfecerit, tantũ abest ut cæteris fidelibus altius ascendat, ut etiam cũ ipis qui in imo crucient̃, computãda sit. Hoc uerũ
Math. 25 esse ipsa decẽ uirginũ parabola tibi ostendit; fatuæ namq;

prudentibus ianuã beatitudinis ingressis foris remanserũt quia nihil aliud muneris habebant, quod sponso offerrent præter nudam uirginitatem adminiculisq; necessarijs carentem. Castitatis quidẽ professio inter perfectionis opera merito censetur: sed sicut poma anteq; maturescant, decidunt, & folia ramiq; siccantur: cum trunco, cui tota arbor innititur, deesse cœperit humor: ita quęuis perfectio (si modo perfectio dici debeat, ubi multa deficiunt) suo fraudabitur fructu, nisi mandatorũ obseruatione foueat. Si uis ad uitam ingredi, serua mãdata, inquit dñs. Nisi ergo illa seruaueris, licet castus, licet integer sis, & mente atq; corpore impollutus, uitam habere nõ poteris. Castitatẽ uouisti, diuitias contempsisti, cætera religionis uota suscepisti: hæc per se quidẽ uitam beatã nõ merent: si tamen uirtutibus mandatorũ dei coniuncta fuerint, ad multo altiorem beatitudinis gradum te prouehent, q̃ si absq; his mandata tñ obseruasses. Felix igitur illa uirginitas, illa castitas, illa paupertas, illa senioribus exhibita obedientia: quæ cum earũ uirtutum comitatu quæ iussæ sunt, cœlesti spõso poterit occurrere. Felix inquam illa uirgo quæ non sola pudicitię laude contenta, sed etiam omnibus necessarijs monilibus ornata, sponsi sui præstolabitur aduentum. Matth. 19.

¶ De castitate uiduali. Caput. III.

VIrginali munditiæ proxime accedit castitas uiduitatis, continentiaq; eorũ: qui q̃uis uirgines non sint, sinẽ tamẽ carnali copulæ statuerunt, suscepto religionis uoto: ut expeditius deo seruire, cœlestiumq; contemplationi uacare queant. Horum propositum longe melius esse quam coniugatorum utriusque scripturæ testimonijs probatur. In Leuitico filia sacerdotis uidua ad patrem reuersa uescitur de sanctificatis, quæ certe attingere, gustareque nequibat, dum marito seruiret. In Exodo Moyses per triduum ab uxorio opere abstinere eos iussit, qui ad montem accessuri deumq; loquentẽ audituri erant. Sed neq; Dauidi uel cæteris qui cum illo erant, cum esurirent, licuit panes accipere sanctificatos, nisi cum se mundos a mulieribus ab heri & nudiustertius esse confessi

Leui. 22.
Exod. 19.
1. Reg. 21.

1. Cor. 7 sunt. In nouo aūt instrumento Paulus apostolus coniugati atq; soluti distantiam docere uolens. Qui sine uxore est, inquit, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat deo qui aūt cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est. Et mulier innupta, inquit, ac uirgo, cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta corpore & spū: quæ aūt nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uiro. Quantū igitur præferenda sit uiduitas matrimonio, continentia nuptijs, ipsa studiorꝫ atq; operū diuersitas inditio est. Quis enī fideliū negare audet, longe melius esse, illa quæ dei sunt cogitare, q̄ illa quæ mundi: & quomodo deo placeas quærere, q̄ quomodo placeas uxori? Nemo tamen credat damnari matrimonia, dū his meliora proponunt. Non enī peccant qui legittime cōiunguntur: sed tamen illi qui ideo coniungi nolunt, ut liberius atq; syncerius deo seruiant, beati esse dicunt. Mulier, inqt, alligata est legi quanto tempore uir eius uiuit: q si dormierit uir eius, liberata est a lege: cui uult nubat, tantū in domino. Beatior aūt erit, si sic permanserit secundū meum consilium. Ac ne consulentem contemneres, continuo subiunxit: Puto aūt q & ego spiritū dei habeam. Idem apostolus Tito discipulo præcipit, dicens: Viduas honora, quę uere uiduæ sunt. Has etiam qualiter se gerere debeant instruens ait: Quæ aūt uere uidua est & desolata, speret in deū, & instet obsecratiouibus & orationibus nocte ac die. Nā quæ in delitijs est, uiuens mortua est. Illas ergo quæ delitias mundi, ut Christum lucrifacerent, spreuerunt, & uenerari: & si indiguerint, ecclesiæ alimentis mandat sustentari. Honor enī in scripturis non solū reuerentiam, sed etiam liberalitatē eleemosynamq; designat, ut in prouerbijs: Ho-

1. Timo. 5

Prouerb. 3 nora dominū de tua substantia, & de primitijs oīm frugū tuarꝫ da pauperibus. Cum aūt apostolus uere uiduas in ecclesia reuerenter suscipiendas alendasq; præcepisset, si modo unde alantur de suo non habuerint: prospicere etiam uolens ne qua de his senistri rumoris oboriatur suspitio, ne quis infirmis peccandi locus detur. Vidua, inquit, eligat non minus sexaginta annorꝫ, quæ fuerit unius uiri uxor,

in operibus bonis testimoniũ habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationẽ patientibus subministrauit, si omẽ opus bonũ subsecuta est. Adolescentiores aũt uiduas deuita. Cum eñ luxuriatę fuerint, in Christo nubere uolunt, habentes damnationẽ: quia primam fidem irritam fecerunt. Non ergo ob hoc solũ uitandæ sunt, quia earum consortiũ castitati periculũ sit, uerumetiam quia ipsæ iniuria ecclesiam afficere soleant, repetendo connubio, cum professæ fuerint castitatem, & quod deo uouerant non exoluendo. Cumq; ita sit: Volo, inquit, iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasionẽ dare aduersario maledicti gratia. Iam eñ quædam conuersæ sunt post Sathanam. Quare illas nubere uult aperte declarat, ne uidelicet castitatem uouendo irritũ faciant promissum, ne post Sathanam abeant, & ad illicitos amplexus conuersæ diabolo nubant. Tolle incontinentiam istam, & non dicet: Volo iuniores nubere, sed quemadmodũ superius dixit, beatiores erunt: si sic permanserint secundũ consiliũ meum: hoc est, si in proposito perdurarint castitatis, & ueræ uiduitatis officijs functæ fuerint. Quod ibi etiam & quidem manifestius asseuerat, ubi ait: Dico aũt non nuptis & uiduis, bonũ est illis, si sic permanserint sicut & ego, q; si non se continent, nubant. Melius ẽ enim nubere q̃ uri. i. licitas inire nuptias, q̃ illicitis ardere amplexibus. Patet ergo apostoli esse sententiam: Illis uiduis quæ se continere nequeunt, magis expedire ut nubant, q̃ ut per incontinentiam pereant. Illis uero quæ deo magis q̃ hominibus placere cupiunt, optimũ esse non nubere, sed in castitate perseuerare. Porro quod hic fœminis præcipitur, uiros quoq; respicit, qui castitatem præferunt matrimonio, sexagesimũ fructũ tricesimo, & domini cultũ uxoriæ seruituti: quibus a saluatore dicitur: Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus uestris. Et ab apostolo: State accincti lumbos uestros in ueritate. Lumbi ad generandi rationẽ pertinent, quos præcingere, quid aliud nisi castitati studere est? Hoc quidem præcipuis, hoc electis dei Christiq; discipulis iniungitur: non uulgaribus, nõ

1. Cor. 7
Lu. 12.
Ephe. 6

terrena temporaliaq; appetentibus, sed ad coelestem glori am aspirantibus & aeternã. Vnde Heliam prophetã & Io annem baptistã zona cinxerat pellicea, quę significabat in carne mortificatos, nulliq; obscoenę cupidini subiectos: q̃ aũt magni spũs hi ambo fuerint, nemo fidelis ignorat. Ille etiam uir sanctus ista continentiae uirtute proficere opta-
Psal. 37 bat, qui ingemiscens ait: Quoniã lumbi mei impleti sunt illusionibus: & se superari sentiens auxiliũ implorauit: In tende, inquit, in adiutoriũ meum dñe deus salutis meae. Il lam uero mulierẽ, ut optauerat ita profecisse credimus, de
Prouer. 31. qua est scriptũ: Accinxit fortitudine lumbos suos, & robo rauit brachiũ suum. In brachio, iustitię opera intelligimus quae tunc sane robur & firmitatẽ sui concipiunt, cum lum bis zona castitatis constrictis cõtemnimus illecebras car nis, & coniugij iugo expediti in illorũ concedimus liberta tem eunuchorũ, qui se propter coeleste regnũ castrauerunt Quae profecto uirtus, quoniã uulgari uita eminentior est
Matth. 19 non imperatur, sed suadetur, dicente dño: Qui potest cape re capiat. Vt aũt ad capiendũ quod proposuit enitamur, p̃
Esa. 56 miorum magnitudine nos prouocat p̱ Esaiam, dicẽs: Ne dicat eunuchus, quoniã sum lignum aridum: haec eñi dicit dñs eunuchis: Qui custodierint sabbata mea, & elegerint quae uolui, & tenuerint foedus meum, dabo eis in domo mea & in muro meo locum nominatũ: & nomẽ melius filijs & filiabus, nomẽ sempiternum dabo eis, quod non deficiet. Laudent matrimonia coniugati & prolis foecun ditate glorientur: dum tamen eunuchi nostri filijs & filia- bus nomen a domino sibi uendicent, patribusq; & matri bus apud oĩm patrem pluris habeantur. Restat ut doceamus quibus armis uirtus castitatis ne offendat, tuenda sit.

De consortio diuersi sexus uitando.

Caput. IIII.

CAstitatis professoribus nõ sui sexus hoim consortia sunt fugienda. Quãuis fuerint sancti uir & foemi- na nequaq̃ tñ sibi cõfidant, in aetate praesertim ad huc uegeta & robusta, ut sine arbitris inter se colloquant, ut soli simul sedeant, aut conuersis alter in alterũ oculis in-

uicem se spectent, ne forte cogitare cogant, quod intercedente uerecundia confiteri non audent. Potest quidē fieri ut amborum uultus, gestus, sermo, pudicitiam seruet: difficillimū tamē immo impossibile est, nequādo uel utriusque uel alterius eorū mens impuris æstuet desyderijs, uel momento aliquo tēporis concupiscat, quod cōmittere ueretur Audi Salomonē dicentē: Fauus distillans labia meretricis, Pro.5
& nitidius oleo guttur eius: nouissima aūt illius amara quasi absinthiū, & acuta quasi gladius biceps, pedes eius descendunt in mortē, & ad inferos gressus eius penetrant, per semitam uitæ nō ambulāt, uagi sunt gressus eius & inuestigabiles. Nunc ergo fili audi me, et ne recedas a uerbis oris mei: longe fac ab ea uiam tuā, & ne appropinques foribus domus eius, ne des alienis honorē tuū & annos tuos crudeli. Præsentem uoluptatē cum futura pœna compara, & probabis consiliū hoc quod offertur. Cito transit quod delectat, nullo fine concludit quod cruciat. Sed fortasse cauillaberis & dices, nō tibi accessum interdici aliarum præter quam meretricū. At in ijs quoque quę pudicitiā modestatemque præ se ferunt, blanda uox, mollis gestus, benignus aspectus, uenusta forma, & totius corporis tegumentorum non inelegans cultus, nōne impudicitiæ incitamēta sunt? Ipsa quidē mulier casta & continens est, sed si multa quæ in illa conspicis, ad turpes cogitatus prouocant: quō tutū te putabis, si ei adhæseris? Ne quis tamē malignæ excusationi detur locus, disce nō minus fugiendas esse pudicas quam impudicas, illo saltem exemplo, quo Dauid secundū cor dei 2.Reg.11
electus & pudica satis iudicata Betsabe Vriæ uxor conciderunt. Nulla hæc notabatur infamia, ille morū sanctitate non minus quam regno nobilis erat, Hanc se lauantē tm̄ uidit & captus est, exarsit in concupiscentiā, opereque impleuit quod cōcupierat. Nnnquid tu illo sanctior, ut tales fœminas nō solū intueri, sed etiā cum ijsdē colloqui, cū ijsdē considere & cōmorari, & fortasse ridentibus arridere nō timeas? Ad hæc memēto quod idem periculū ueriti plerique fideles & paternā domū ne inter mulieres uersentur, derelinquūt, & urbibus excedunt, & sola atque hominum cultu deserta

loca penetrant, ibi domino seruientes, quo ne nomen quidem fœminæ possit accedere. Si qua eos aliquando uisæ mulieris cogitatio molestat, noctes uigiles ducunt, orationibus instant, ieiunia frequentant, pectus pugno uerberãt donec domino miserante pristina menti reddat̃ quies, & aduersario in fugam conuerso uictoriæ succedat solatium. Nihil isti circa se conspiciũt nisi rupas & syluas, nihil audiunt nisi rugitũ ferarũ & auium cantũ & sibila serpentũ: tu te aũt periculo liberum fore arbitraris quotidie inter foeminas conuersando, illas intuendo, de illis fabulas audiendo, teq; ultro illarũ aspectibus offerendo, neq; consortia uitando, sed nunc uocatus, nunc inuocatus domos cubiculaq; illarũ adeundo? Non est istud crede mihi seruare castitatem, sed prostituere: non spiritui seruire, sed carni: cum scriptum sit: In medio mulierũ noli commorari: de uestimento enim procedit tinea, & a muliere iniquitas uiri. Sicut ergo uestimentis ac panno nihil est magis inimicũ q̃ tinea ita nihil magis periculosum castis mentibus q̃ diuersi sexus coniuncta conuersatio. Bonũ est mulierem nõ uidere, quia qui uiderit & concupierit, iam mœchatus est eam in corde suo. Bonũ est mulierem non tangere: quia qui tangit picem, inquinabitur ab ea. Quod si in solitudine degentium mentes fœdis cogitationibus interdũ sollicitent̃, quomodo ibi castitas esse poterit secura, ubi uir & mulier uel eodem usi fuerint contubernio, uel si locis disseparantur, congressibus non abstineant? Si quando tamẽ necesse erit conuenire, & utriq; usq; præsentiam res exegerit, tales testes arbitriq; adhibeantur, quibus coram pudor erit uel loqui quod turpe sit, uel quod non liceat facere. Secreta enim colloquia tam & si crimine caruerint, criminis tamẽ suspitione non carebunt. Debemus aũt prouidere bona non solum coram deo, sed etiam, ut ap's ait, coram hominibus. Cuius munda est conscientia non præbeat alteri infamandi occasionem, ne in fratrem peccet.

Eccle. 42

¶ De remediis aduersus tentamenta libidinis. Caput. V

PORro cum foeminarum frequentiā cōspectūq; fugeris, teipsum fugere nō potes. Quocūq; locorum perrexeris cū tua tibi carne pugnandū est. Caro semp ad uoluptates prona, compellit hominē id cogitare, a q mens deo dedita abhorret & declinat: ne forte dū carnali suggestiōi assentit, dño suo delinquat. Luctā istā uincere nō poteris, nisi armis opportunis atq; congruis fueris usus. Arma igit qbus tibi carnis tuę domanda petulātia est, ieiunia sunt solito crebriora, frequētiores pces, magis intēta diuinorum tractatuum lectio, & circa faciēda opa corpis fatigatio diligētior. Cum hoc telorum gñe q in prælium processerit, eius castitatis arcē, neq; carnis foeda titillatio, neq; diaboli callida machinamēta poterūt euertere. Primo igit da operā, ut ieiunādo de cibis potius q̄ de lasciuia cogites, & uenarum calorē tēperes uētris uacuitate. Luxuriant em̄ corpis uenæ pabuli repletione succēsæ, & ebullire in libidinē affectāt. Equos quoq; ferocire cogit obesitas, macilēti desinunt calcitrare. Quodsi Sodomitas & Gomorrheos (ut scriptū est) saturitas panis & otiū in abominādos pcipitauit coitus, & si hac ipsa de causa eiusdē criminis Iudæi arguunt, dicēte dño: Saturaui eos & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuribant: nōne p ieiuniū euitata saturitate, scelus qđ ab ea proficisci credimus simul uitabit? Cæterum cum turpis libido dęmoniū illud sit, qđ non eijcit (ut saluator ait) nisi in ieiunio & oratione, orandū quoq; erit, ut ipse in nobis castitatis uirtutem protegat q dedit. Iungant igit ieiunio pces, & qđ ipsi p nos pręstare nō possumus a dño postulemus ut possimus. Iudith q̄ Holophernē Assyriorum ducē sua occidit manu, ieiunando simul & orando uiduitatē seruauit, & inter inimicos tuta immo etiā inimicorum uictrix fuit. Anna in euangelio Phanuelis filia, & ipsa amisso uiro ppetuam uouerat castitatem. Qualiter aūt eam cōseruarit, euangelista declarat, dicēs: Non discedebat de tēplo ieiunijs & obsecratiōibus seruiēs die ac nocte. Et qm̄ casta pmansit, Christū natū uidere meruit, & in paruulo intelligere mundi saluatorē. Facessat desidia, omnis abeat torpor, nō est otiosorum ista uirtus: multa uigilia, assiduo labore

Hiere. 5

Iudith

Anna

Luc. 2

tuendus est thesaurus, quē suppilare cupit caro, demoliri conat̄ diabolus, & dissipare nitit̄ mūdus. Ieiunio ergo & oratiōi succedat lectio, q̄ te uel in alioꝶ lapsu cautiorē efficiat, uel in alioꝶ fortitudine continētiorē. Reintegrat̄ animi uigor ad uirtutum ꝑseuerantiā, pleniorq; infundit̄ grā quoties pie sancteq; uiuēdi præcepta relegunt̄. Ibi iustoꝶ præmia maloꝶq; pœnæ etiā segnes excitant ad colēdam animi sanctitatē nequitiamq; fugiēdā. Legēdo itaq; sacras literas, qbus talia continētur, in proposito bonaꝶ actionū solidamur, nō legēdo reddimur ībecilliores. apls ait: Quęcunq; scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt. Frustra aūt scripta essent, nisi etiā legēda omibus proponerēt. Nolite, inqt, inebriari uino, in quo est luxuria, sed implemini spiritusancto, loquētes uobis metipsis in psalmis, hymnis & canticis spiritalibus, cantantes & psallētes in cordibus uestris domino. Qui ergo talia legere uel audire neglexerit, spiritusancto impleri non poterit. Et quomodo castitatem seruare ualebit, si spiritussancti auxilio fuerit destitutus? Porro quid iucundius, aut quid optabilius, q̄ dei sapientiam in scripturis audire loquētem, & illius doctrinæ inhærere: qui solus nec falli possit, nec uelit fallere? Huius potissime lectionibus delectetur, quisquis optimis uerissimisq; uitæ institutis cupit proficere. Si tamen adhuc alia lex in membris tuis repugnauerit legi mentis tuæ, alijs insuper fatigationibus frangenda tibi erit proteruitas carnis: aut humum rastro fodias, aut olera in horto sitiētia irriges, aut plantaria facias, aut canistra lētis texas uiminibus aut aptam igni materiam cædas, & sarcinas humero impositas baiules, & domum translatas usui reserues. Deniq; semꝑ facias aliquid operis, ut cum apostolo dicere queas: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. ne forte cū alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Profecto nulla ei dominabitur uoluptas, qui sic sibi meipsi imperare didicerit. Sic autem faciendo, siue centesimum cum uirginibus, siue sexagesimum cum uiduis fructum colliget, atq; angelis qui in cœlo sunt, par similisq; erit.

Rom. 15 · Ephe. 5 · 1. Cor. 9

De matrimonio. Ca. VI.

NVnc locus postulat, ut de matrimonio aliquid in medium proferamus, neqꝫ quis culpã putet uxorẽ ducere cum etiam coniugatorum uirtus sit, pudicitiam colere, liberos bonis artibus instruere: non uoluptatis gratia, sed generandi affectu copulari: nihil dicere aut facere, quod ex ipsis natos non deceat imitari. Quandoquidem paruulorum simplicitas nullius operis est magis emula, quàm quod a parentibus uiderit factitari. Discant igitur coniugati quid ipsis apostolica pręcipiat disciplina. Nam sicut misericors deus uult omẽs hoĩes ad salutẽ peruenire, ita apostoli Christi cuiqꝫ hoĩm conditioni monstrare conati sunt quõ saluarẽtur. Quorum Paulus diuina spiritaliqꝫ sciẽtia imprimis præditus ait: Si acceperis uxorẽ non peccasti, & si nupserit uirgo non peccauit. Quinimmo ut ostendat etiam in coniugio esse aliquid boni. Qui matrimonio, inquit, iungit uirginẽ suam, bñfacit. Nihil enĩ ab ipso rerũ autore deo cõstitutũ est, quod non bonũ sit licet aliud alio melius atqꝫ perfectius. Tũc aũt primũ nuptiæ ab eo constitutæ sunt, cũ masculũ creasset & fœminã, bñdicensqꝫ ipsis dixisset. Crescite & multiplicamini & replete terrã. Qua quidẽ in re hoc quoqꝫ obseruandum, quod non ad uoluptatẽ uocati sint, sed ad liberorũ procreationẽ, ut crescãt uidelicet & multiplicẽt. Tã & si fieri non potest, ne qua intercedat uoluptas: non tamẽ in ea nuptiarũ finis esse debet, sed in fœtu multiplicando, quemadmodum bñdictio præscripsit diuina. Et cum ita sit audeo dicere: Scortator non maritus est, quẽ magis coire quàm generare delectat: & mulier ipsa scortum non uxor, quæ libidine magis gaudet quàm fœtu. Porro fœdera matrimonij perpetua esse oportet. Quos enim deus cõiunxit, homo non separet. Erunt, inquit, duo in carne una. Itaqꝫ præuaricatur uir quoties aliam appetit, & mulier quoties aliũ suspirat. Caro enim quæ una esse debet, in duas distrahitur cũ pellex aut mœchus adamatur. Sit igitur honorabile cõnubium (ut apostolus inquit) & thorus immaculatus: utqꝫ contaminari illicito amore timeas addit. Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus. Viros quoqꝫ præesse uxoribus debere testatur alibi, dicens: Mulieres ui-

Marginal notes: 1. Cor. 7; Hebræ. 13

Ephe.5 ris suis subditæ sint sicut domino. Quoniam uir caput est mulieris, sicut Christus caput ecclesiæ. In Genesi quoqꝫ pri
Gen.3 mæ mulieri dictum legimus a domino: Sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Cæterum sicut Christi & ecclesię sancta est coniunctio, ita uiri & uxoris impolluta sit copula, oportet ut nec ipse aliam sponsam, nec ipsa alium desyderet sponsum: & suspitionem etiam caueant minus fidi inter se amoris pactiqꝫ uiolati: Neqꝫ enim coram Hymeneo uel Thalassio inter se pepigere ut uana solebat gentilitas: sed ut decet fideles, deo uero inuocato Christoqꝫ teste & ecclesia. Nihil magis ratum esse debet, q̃ꝫ quod his accitis ac præsentibus pie iusteqꝫ fuerit promissum. Deinde idem apostolus paucis uerbis multa complexus: Vxori inquit, uir debitum reddat: similiter autem & uxor uiro. Debet quippe alter alteri fidem, debet charitatem, debet honorem, pudorem, pacem, atqꝫ concordiam. Talia si intercesserint, exolui ab his quod debetur manifestum est. Oportet autem in eo quidem reddi debitum, ne alteri generationis operam exigenti alter deneget: sequitur enim:
1.Cor.7 Mulier sui corpis ptātē nō habet, sed uir siliter aūt et uir sui copris potestatē nō habet, sed mulier. Hinc ait: Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus ut uacetis orationi. Quare hoc, nisi ne forte illius qui consentire noluerit, concupiscentia pericletur, & dum licito coitu nequit uti, ad illicita desyderia declinet? Quam ob rem post continentiæ quoqꝫ consensum hortatur, ut iterꝫ in idipsum reuertantur, atqꝫ addit: Ne tentet uos sathanas propter incōtinentiam uestram. Sed quod suadet metuens, ne uolens iubere uideatur ait: Hoc autem dico secundum indulgētiam non secundum imperium: uolo autem uos omnes homines esse sicut meipsum .i. cælebes, continentes, castos & a seruitute coniugalis necessitatis prorsus alienos. Atqꝫ ita aliud est quod indulget propter incontinētiam: aliud quod uult propter uitæ perfectionem. Vt ergo fornicationem fugias, utere coniuge: sed si ambo ducemini studio præstantioris uirtutis, utere castitate. Alterum enim carni seruire est, alterꝫ spiritui: & qui in carne seminat, de carne & me-

ret corruptionem: qui uero seminat in spiritu, de spiritu metet benedictionem.

De viri vxorisq; officio. Ca. VII.

MEminerint praeterea uxores reuereri maritos, priorem honoris locum eis cedere, eorundemq; subdi imperio. Id quidem exigit & autoritas diuina (ut dictum est) & apostolicum praeceptum, & lex ipsa naturae: cum etiam inter gentiles & a religione nostra alienos constet, uiros quam foeminas honorabiliores esse atq; liberiores. Ne quis tamen uxore sic contempte utatur ut serua, Petri apostoli mandatum est, quo monet ipsis etiam impartiri oportere honorem tanquam cohaeredibus gratiae uitae. Et in Malachia est scriptum: Vxorem adolescentiae tuae noli despicere. Socia thori tibi est, & domesticae gubernationis curae consors, & communium liberorum parens: non de capite educta, ne imperet: nec de calcaneo, ne contemnatur, sed de costa formata: ut inter utrunq; media habeatur, & secundo loco post patremfamilias in domo honoretur. Illa obtemperet uiro, ei autem reliqua familia subiecta sit. Illa sicut Sara Abraham ita uirum uocet dominum: eam uero reliqui dominam appellent, & ueluti dominae pareant atq; obsequantur. Porro ut tali honore dignam se non tam autoritate quam moribus ostendat, sit fidelis ut Michol, quae ne patri quidem, & eidem regi obsecuta est ut uirum proderet. Nam sicut de uiro dicitur: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem & adhaerebit uxori suae: ita & mulier debet adhaerere uiro, ut nec amore parentum, nec timore regum fidem deserat: Sit prudens ut Abigail, quae iratum uiro suo Dauidem animi sagacitate placauit, ita ut postea marito uiduatam ipse Dauid sibi elegerit uxorem, sola foeminae solertia delectatus. Quae talis fuerit, etiam uiri partes agat in domo, si ille minus integrae mentis erit, reuerentiam tamen exhibeat ut maiori: & sic omnia faciat, quasi ille imperarit. Sit pudica ut Susanna, quae coniugii fide seruata malebat mori, quam amissa uiuere: sed tam sanctum foeminae propositum, cum nosset dominus, & ab accusatorum infamia purgatam, & a mortis periculo liberam reddidit. Sit patiens & humilis ut

[Margin: 1. Pet. 3; Malach. 2; 1; 1. Reg. 18 Michol.; 1 Reg. 25 Abigail.; Susanna 3]

Anna — Anna Helcanæ coniunx: quæ cum sterilitatis exprobationem æquo animo tulisset, mater esse meruit Samuelis, qui & iudex populi extitit & propheta. In hac itaque unica prole multo felicior fuit, quam illa in multis cuius procacitate incessebatur. Sit in omnibus quæ honeste fieri possunt, obediens

Vasthi regina — uiro, uitetque Vasthi reginæ insolentiam, quæ cum Assueri Persarum regis mariti sui imperium contempsisset, diuortio mulctata desijt esse quod erat, & de fastigio publicæ dignitatis in ordinem corruit priuatarum. Deponit enim deus superbos de sede, & exaltat humiles. Licet autem nunc non sit locus repudij, turpissimum tamen est, repudio dignam uideri. Sit præterea diuinæ rei studiosa & ad preces

Sara — deo offerendas prompta: ut Tobiæ coniunx Sara, quæ antequam coniugalem operam iniret, triduum cum illo in oratione perseuerasse traditur: & ambo quidem fęlicem connubij euentum habuerunt, eo quod initia illius domino consecrassent. Sit postremo in incessu modesta, grauis in aspectu, in sermone uerecunda, simplex in ornatu, & in his rebus quæ foris uidentur ostendat, qualem intus qui non uidet animum gerat. Impleat etiam quod apostolus Philemo

Philemo — ni discipulo ut adulescentulas doceret, scribit: Vt uidelicet uiros suos ament, filios diligant: sint prudentes, castæ, sobriæ, domus curam habentes, benignæ, subditæ uiris suis. Exequatur & quę princeps apostolorum Petrus partim prohibeat,

1. Pet. 3 — partim imperet, dicens: Quarum sit non intrinsecus capillatura aut circundatio auri, aut indumenti uestimentorum cultus: sed qui absconditus est homo incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu dei locuplex: Ne quis tamen sordes & illuuiem conuenire uxoribus honestis credat: rursus Paulum

1. Timo. 2 — audiat Timotheo dicentem: Mulieres orare iube in habitu ornato cum uerecundia & sobrietate, ornantes se non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis uel ueste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Exclamarem in nostrarum comendi componendique se luxuriam foeminarum, & in ipsarum imodicos ornatus iueherer (sunt enim quæ totum censum insuunt in uestibus, inserunt in monilibus, gestant in digitis, & ut carnem suam deuitent, maritos egere cogunt)

ſed ſi domini apoſtolica pceptaq;, quę ſępe in eccleſijs prædicari audiunt, non obſeruant, & me qdem clamantem irridebunt. Satius eſt igitur attoniti oris ſilentio intemperantiam earum incuſare, q̃ uerborum increpatiõe fruſtra uelle corrigere. His aũt quas interior magis q̃ exterior cultus iuuat, ſatis erit: nõ me, ſed quorum dicta in medium propoſui, audire.

¶ De coniuge diligenda temporeq; continendi. Ca. VIII.

QVod autem uiros reſpicit, uidelicet non oportere contemni uxores, dictum eſt ſupra, ſed ut euidentius ea res cõſtet dicemus nũc qualiter ipſa uxor diligenda ſit, deinde etiam continẽdi tẽpora indicabimus Paulus apoſtolus: Viri, inquit, diligite uxores ueſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret: & paulo poſt: Ita uiri debent diligere uxores ſuas, ut corpora ſua: qui ſuam uxorem diligit, ſeipſum diligit. Et alibi idẽ ait: Viri diligite uxores ueſtras, & nolite amari eſſe ad illas. Diligere quidẽ iubemur & proximos ſicut noſipſos. Qui tamen proximum diligit, alterum diligit: qui uero uxorem diligit, ſeipſum diligit, cum uir et uxor uiua caro ſint. Tanto igitur intentius diligatur uxor, quanto magis proxima eſt. Quid autem proximius, q̃ duo in carne una? Dilectionis præterea ordo exigit, ut primo loco nobis ipſis optemus bona, ſecundo proximis. Primo igitur loco etiam uxor amanda erit, aut ſi quis inter primum & ſecundum eſſe poteſt medius. Ambo autem gignendæ prolis cauſa inter ſe coeant, non explendæ libidinis affectu. Alterum legitime coniugatorum officium eſt, alterum turpiter laſciuientium immunditia. Ambo etiam obſeruent continendi tempora, dicente Salone: Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus. Tunc igitur a coniugij opere uenereæq; uoluptatis uſu continere ſeſe debent coniugati, cum ciuitas opprimitur calamitate, ne communi malo alijs triſtantibus ipſi gaudere uideantur. Sic enim in Iohele propheta imminẽte captiuitate ad Iudæos dicitur: Egredi

Ephe. 5

Coloſ. 3

Eccle. 3

Leui. 15. 18 atur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Ad menstruatã quoq; uxorẽ accedere lex uetat, ne concepti foetus uitiũ corrupti sanguinis trahant, & morbosi liberi in saniecq; confecti nascant. Videant igit uir & mulier ne coitus desyderio uicti, menstruorum tẽpore congrediant, ne plus molestiæ accipiant ex natorum foeditate, q̃ ex concubitu uolupratis. Sed neq; illo die coeant, quo rem diuinam facturi sunt: tunc enim facilius quod poposcerint impetrabunt, cum casti puriq; ad supplicandum deo processerint.
1. Corin. 7 Hoc sane præcipit apostolus, dicens: Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi. Tunc etiam magis accingant lumbos suos zona castitatis cum sacro sancto corpori & sanguini domini erunt communicaturi: ut quod in typo agni paschalis præcipitur, in uero agno qui abstulit peccata mundi impleatur. Plæbi uocem domini die perendino audituræ per Moysen iniungi
1. Reg. 21 tur, ne appropinquent uxoribus suis: & Dauidi atq; ijs qui cum illo erant, panes propositionis ne esuriẽtibus quidem dari fuere, nisi cum se mundos a mulieribus ab heri & nudiustertius cõfessi sunt. Quid autem sanctius illo pane qui de coelo descendit? Quod ergo præcessit in figura, obseruetur in ueritate, & hoc qdem ex consensu: ut enim se contineant coniugati, non alterius arbitrij est, sed ambo℞.

¶ De coniuge eligenda. Ca. IX.

Vt autem concorditer ac sine querela procedant nuptiæ, par conditio quærenda erit in coniuge generis atq; fortunæ. Iurgiorum causa esse consueuit disparilitas. Idcirco uir nobiliorem se aut opulentiorem non ducat, ne pro uxore patiatur dominam. Mulier quoq; plebeia & uulgaris parumq; dotata non nubat præstantiori, ne forte non uxoris loco habeatur, sed ancillæ. Quod si etiam inter æquales, frequenter incidunt contentiones & lites & dissidia & simulates, quanto magis hoc timendum est, ubi alter maiorum suorum iactet titulos, ostentet stemmata, opibus glorietur, & multo fastu inflatus arrogãter incedat: alter uero nihil ho℞ habeat q̃ se illi exequare possit, aut iniuriã obiectæ uilitatis propulsare? Caueant

igitur tam uiri, q̃ foeminæ matrimonio copulandi, ne forte dum coniugij iugũ se subire credunt, iugũ subeant serui tutis: & si bene recteq; sibi consultũ uolunt, audiant uersiculum illum a pueris in schola, in foro, in om̃ibus compitis uentilatũ: Si uoles apte nubere, nube pari. Sed neq; nimis formosam ducendã esse aiunt, nec nimis deformẽ, ne uel hanc habeas despectam, uel illam suspectã. Ea ergo placeat, cuius media inter istas erit species: ut nec multos alliicere, nec tibi non grata esse possit, ac proinde utriusq; uestrum & pudicitia tutior maneat, & animus omni sublata suspitione tranquillior, & ad mutuã propensior charitatem. Neq; eñ illi concorditer queunt pacificeq; uiuere, q inter se de connubij fide dubitant, & zelotipiæ uitio uel maritus moechũ, uel uxor pellicem imaginat ac timet.

¶ De filiorum educatione familiaque regenda. Caput. X.

Post hæc optimos habere liberos gloria est parentum Patris igitur matrisq; erit officiũ, ex se genitos nõ ad luxum, sed ad modestiã educare: nõ blanditijs emollire, sed castigationibus cohibere, pie religioseq; instituere: plectere si deliquerint: laudare si bene obtemperãterq; se gesserint. Increpationibus, minis, uerberibus a uitio deterrere. exhortationibus ad uirturẽ promissisq; accendere: exempla uitæ alienæ, alia quæ fugiant, alia quæ imitentur proponere: magis de moribus ipsorũ, q̃ de sospitate sollicitari. Reliquã quoq; familiã ita gubernare, ut eorum qui domi sunt, sobrietas, parsimonia, frugalitas, testimoniũ sit integritatis industriæq; dominorũ. Super om̃ia aũt om̃es domestici, siue liberi sint, siue serui, doceant deum timere, proximos diligere, neminẽ odisse, nulli nocere, bene om̃ibus optare: & cui possunt, benefacere, iniuriæ non meminisse, sed pro malo bonũ reddere. Magni profecto meriti apud deum erit, talem se in educandis liberis regendaq; familia exhibuisse, sicut econtrario præcipuæ indignationis atq; odij neglexisse, & patris uel matrisfamilias personã gerendo suum nõ obiuisse officiũ. Ait eñ beatus apls: Si- 1. Timo. 5
quis suorũ maxime domesticorũ curam non habet, fidem

negauit, & ē infideli deterior. Quod si par crimē ē, fidē negare, & eorū q̄bus praees paruipēdere salutē, nōne par erit & criminis uindicta poenaq; cōmissi? Quisquis igit̄ alios regēdi officiū suscepisti, caue maxime ne otio atq; ignauię deditus illud fastidias, neue gregē cuius es pastor, lupis laniandū dimittas, & p̄ditę ouis sanguis de manu tua requiratur. Corripe delinquētes, instrue ignaros, p̄tege infirmos, liberare contēde periclitātes indigētibus uictui necęssaria cōpara: deniq; si p̄mio nō duceris, poenā time, q̄ illis debetur, q̄ fidē negarūt. ¶ De fornicatiōe uitāda Ca. XI.

Et q̄m m̄rimonio p̄tulimus uiduitatē, uiduitati uirginitatē, nihilq; horū malū eē diximus, cōtraria q̄q; in mediū producēda sunt: ut uitij foeditate offensi, cupidius uirtutibus incūbamus. Virginitatem amittere, q̄d est aliud nisi ab ip̄a āgelicę cōditiōis celsitudine ad n̄rę mortalitatis hūilitatē descēdere, & cū sp̄ū coeperis carni finiri? Similis angelis eras uirgo dū nescires corruptionē, iuncta es uiro honestis nuptijs, fateor non peccasti: facta es t̄n de spiritali carnalis, de coelesti terrena, de auro purissimo aes uilissimū. Iā nō potes uenienti Christo spōso cū lāpade accēsa occurrere, nec inter sponsas eius censeri: uirginū ille spōsus est, non corruptarū amator. Et licet nō repellat coniugatos coniugij iura seruantes: primo tamē loco habet uirgines (ut dictū est) secundo uiduas, ultimo maritatas. Quod de altero sexu dicimus, de utroq; sentimus. Prior est apud deum qui foeminā nescit, deinde qui post cognitā castitatis uotum suscipit, postremo ille qui gignendae prolis gratia matrimonio seruit & pudicitiā atq; charitatē genitali thoro debitam colit. Haec sunt tria illa hoim genera, de quibus in euangelio dicitur: Tunc duo erunt in agro, unus assumetur, & unus relinquetur: duae molentes in mola una assumetur & una relinquetur. Virginū primus ordo mihi uidetur. Virginitas in agro moratur puritatis inter nitētia intacto cādore lilia, & Christū dn̄m inuocat, dicēs: Veniat dilectus meus in hortū suū, ut comedat fructū pomorū suorū. Cōtinentiū secūdū eē cēseo, q̄ carnē suā terunt mola ieiunij, uigiliarū, p̄cū, honestiq; laboris, subdentes eā sp̄ui ut panes mūdi efficiant̄ deo offerendi. Sed ut noscamus q̄tū

(margin: Virginitas; Matth. 24)

a uirginitatis gradu distēt, sub sexu minus nobili proferūtur, dū dicit̄ duo molētes, nec tñ, ideo cōiugatis inferiores, q̄ꝫ uis nō duę sed duo de illis dictū sit. Quia uirginū q̄dē et cōtinētiū inter se habilis cōgruaq; cōparatio ē. Cōiugati aūtē nō his cōferunt̄, sed incōtinētibus potius, iuxta apostolicū illud: Melius ē nubere q̄ uri. Nubere itaq; bonū ē, q̄a uri et ad illicitos ardere amplexus malū ē. Duo igit̄ in lecto uno sunt, q matrimonio copulant̄, ut sint duo in carne una, et lectulū nō diuidāt prauo desyderio amoris alieni. Cæterū q̄a nec uirginibus castitas, nec uiduis cōtinētia, neq; cōiugatis proderit pudicitia, si mandata dei pficere neglexerint, ideo dicit̄: unus assumet̄ & unus relinquet̄. Quilibet em̄ ordo i duo erit diuisus, alios habebit q saluabūt̄, alios q peribūt: saluādi obuiā Christo assument̄ in aera, dānādi aūt relinq̄nt̄ in igne cū diabolo cōmissa luituri. Q̄d si ne uirgines q̄dē, q̄ fatuę erāt, intrare btitudinis ianuā potuerūt, quō intrabūt scortatores, adulteri, libidinibus die noctuq; seruiētes? Si inquā neq; cōtinētibus, neq; matrimonij fidē seruātibus parcit̄, cū illa q̄ iussa sunt, cōtēpserint, q̄to acrius torq̄bunt̄ q cōtinētiā q̄q; stupris polluerūt, uel q cōiugij sctitatem adulterij neq̄tia prophanarūt? Christus in Apocalypsi iratus clamat. Foris canes & uenefici & impudici, & tu te ab eo suscipiēdū speras, q post continētię uotū ad libidinis pristinę sordes reuerteris, ut ad uomitū canis, & insipientes mulierculas blāditijs donisq; illicitis, quasi incātationibus ueneficus, & in oēm impudentiam pceps fereris, ut obscœnę appetitiōi morē geras? An ideo fortasse negligentior es, q̄a q̄s foras exigi audis, solo btitudīs fructu carituros putas. At hic idē, cuius iudicia firma rataq; habēt̄, alibi ait: Fornicatorū partē cū ueneficis idolatrisq; futurā, i stagno ardēti igne & sulphure, q̄d ē mors secūda. Nō solū igitur btitudinis possessiōe priuabunt̄, uerūetiā supplitijs nūq̄ finiēdis tradent̄. Hoc q̄ uerū sit manifesta multorū exēpla docēt. In q̄bus Sodomā & Gomorrhā libidinibus ardentē ardētior de coelo pluēs flamma cōsumpsit. Zābri Israelitæ cedes & Madianitidis meretricis, cui ille se coniunxerat, deo populo iratum placauit. Lex quoq; adulterij conuictos lapidibus obrui iubebat. Et licet postea clementissi-

Apoca. 22. Apoca. 21 Sodoma Zambri Adulteri.

mus dñs legis rigorem euangelij gratia temperarit, indem natam dimittendo adulterã, ne poenitentibus adimere spẽ
Ioan. 8 uideretur salutis. Vade tamẽ, inquit, et noli amplius peccare, nequid grauius tibi contingat. Grauius est enĩ in abyssum inferni detrudi, quã lapidũ ictibus interimi, & animæ quã corporis pati mortem. Resipiscite igitur impudici, redite ad cor fornicatores, exurgite de stercore meretrices, dũ licet, dum poenitentiæ superest tempus, ne post hæc tristius uobis acerbiusq; contingat, quã Sodomitis, quã Gomorrheis quã Zambri & Madianitidi scorto, quã deniq; est illud quod in puniendo adulterio lex decernit. Nihil enĩ terribilius dici aut excogitari potest, igni inextinguibili, tenebris exterioribus, uerme immortali, perenni fletu, nunquã quieturo dentiũ stridore, poenisq; illis, quarũ grauitas neq; intermittenda, neq; eleuanda, neq; seculis ullis unquã speratur finiẽda. Quorsum igitur illa mortiferæ cupidinis fomenta amatorias missitare tabellas, delinificis blandiri uerbis, nutu nictu sibillis allicere, comere caput, uestimenta componere, fores obsidere aliorũ, ludis interesse, choreis, cantibus, sonis, iocis diem consumere, modis omnibus effoeminari ac mollescere? Quorsum etiam tot ornandi corporis instrumenta, speculũ, pecten, uolsellæ, calamistrũ, discernicula, bullæ, crepitula, segmenta, inaures, monilia, armillæ, annuli, reticulæ, uittæ, margaritæ, lapilli, quæ enumerare nedũ æstimare difficile est? Quorsum postremo ad fucandã faciem purpurissum & cerusa? ad erugandã atq; emaculandam alia quædã smegmata mangonũq; linitiones? Quid hoc est, nisi propriam pudicitiã prostituere, & uim inferre alienæ, & nullũ omnino obscoenitatibus modũ imponere? Mittite ista quæso, qui tam insipienter excidistis, & ad mentem reuersi tandem aliquãdo cogitate, an tanti sit breuis ac momẽtanea corporis uoluptas, ut propter illam uel bonum infinitũ castitati propositũ contemni debeat, uel infinitũ malum impudicitiæ paratũ nõ timeri? Cogitate inquam quæ secutura sunt, ut his quæ instat libentius abstineatis. Haud facile præsentibus delinit, qui quotidie pensitat futura.

¶ De triplici eleemosinarũ genere. Ca. xij

SAtis ista de castitate ac pudicitia, nunc magis proximam charitati uirtutẽ explicabimus, erga egenos liberalitatem. Domini nostri, cuius oĩa sunt, praeceptum est: Qui petit a te, da ei, & uolenti mutuari abs te ne auertaris. Aliorꝝ inopiæ tua succurrat opulentia, ut obedias deo. Et licet iuxta aliũ euangelistã dictum sit: Omni petenti te tribue: nõ iuberis tribuere oĩa, sed oĩbus. Rem male petenti, da consiliũ ne petat: iuste petenti pauperi, da qđ petit, si potes: si id non potes, da excusationẽ: & uerbis consolare miserꝝ, si nequeas auxilio. Atq; ita oĩ petenti da aliquid, cum dederis, quod & te dare deceat, & illum accipere. Eadem ratio erit mutui præstandi. Neq; eñ mutuandus est gladius irato, neq; clauis furi, neq; equus latroni, neq; nauis pyratæ, neq; pecuñia aleatori, neq; musicũ instrumentũ impudico amatori. Mutuũ ergo da nõ ei, qui animo male aliquid agendi poscit, sed qui petit, quod & sibi prosit, & nemini noceat. Quod si nec a male postulantibus auerti uolueris, admone ut a malis resipiscant, & ad bonũ conuertanť: & hoc quidẽ magnũ mutuum erit, si te hortante corrigenť. Mutuũ, inquit, date nihil inde sperãtes & erit merces uestra multa, & eritis filij altissimi: quia ipse benignus est super ingratos & malos. Estote ergo misericordes, sicut & pater uester misericors est. Mutuũ istud eleemosyna est, quæ nõ ab eo restituitur qui accipit, sed qui præcepit: qui dat pro modicis magna, pro temporalibus sempiterna, & eos regni cœlestis facit hæredes, qui sui terreni patrimonij partẽ impendunt pauperibus. Qui eñ miseretur pauperis, fœnerat deo. Sed etiam qui miserẽdo mutuum dat, nec aliquid præterq; quod mutuatũ est exigit, miserationis quidẽ suæ capiet mercedẽ: maiorem tamẽ ille, qui nihil ab hoĩe repetit, ut a deo recipiat, quod ab ipso promissum esse nõ ignorat. Sed anteq; eleemosynarꝝ rationem atq; meritũ demonstremus, docebimus, eleemosynã aliam fructuosam esse, aliam inutilem, aliam uero reprobam & execrandã. Fructuosa est de qua loquimur, quãq; tractare instituimus: quæ uere eleemosyna dicitur, a miserando trahens uocabulũ: ut uere, nõ simulate miserantiũ

Matth. 5
Luc. 6
Ibidem
Prouer. 19.
Eleemosyna bona

sit, nec uertentiū in uitiū uirtutē: ueluti ex his quę dicentur
Eleemosyna inutilis facile patebit. Illa aūt inutilis est eleemosyna, qua non dei
sed hoim gloria quęrit: q̄ scilicet nō in occulto cōscientiæ
sit, ut ei placeat q uidet in occulto: sed in publicū profert,
ut uulgi potius captet plausum, ac fauorē sibi conciliet spe-
Matth. 6 ctatorꝝ. Ait aūt dn̄s: Attēdite ne iustitiā urām faciatis corā
hoibus, ut uideamini ab eis: alioqn mercedē nō habebitis
apud patrē uestrū, q in coelis est. Pulchre additū est, ut uide
amini ab eis. Quo docemur, nō hoim conspectū fugiēdū
esse, sed laudis humanę appetitū. Quē qui sequit, cū mul-
ta donauerit, quid aliud pro rebus dilargitis recipiet, nisi
uanę cōmendatiōis uerba, quibus aures demulceat, et aio
nihil cōferat cōmodi? Quinimmo illi etiā q laudāt, si cau-
sam largitatis nossent, uituperarēt: ut inanis glorię auidū,
Matth. 6 & nō ut pietatis in egenos cultorē. Cū ergo facis eleemosy
nā, noli, inquit, tuba canere añ te: sicut hypocritę faciūt in
synagogis & uicis, ut honorificent ab hoibus: amen dico
uobis, receperūt mercedē suā: te aūt faciente eleemosynā,
nesciat sinistra tua qd faciat dextera tua, ut sit eleemosyna
tua in abscōdito: & pr̄ tuus q uidet in abscōdito, reddet ti-
bi. Dextera ad uirtutē refert, ad uitiū sinistra. Non ergo se
misceat uitiosa laudis appetitio rectę synceręq; eleemosy
narū operationi. Quod cū caueris, uideāt in te hoies, unde
deū laudēt, unde uirtutis exercendę exemplū trahāt: aut si
illi non uiderint, satis tibi sit: eleemosynā tuā neq; angelos
latuisse q tibi cōgratulabunt, neq; deū q relaturus est p̄mi
um. Sed neq; illorꝝ utilis aut accepta erit apud deū eleemo
syna, q cū pc̄tā nō deserāt, ea redēptū iri se existimāt: qua
si uero porrecta stipe corrūpi possit deus, ut scelera nō puni
at. Quāobrē aūt alia imperaret, si ad salutē sola eleemosy-
Danie. 4 na sufficeret? Pc̄tā tua eleemosynis redime, et iniqtates tu
as miseratiōibus pauperꝝ: hoc poenitentiā agere uolēti di
citur, nō in flagitijs obdurato. Sicut aqua extinguit ignem
ita eleemosyna extinguit pc̄tm̄. Sed ut aqua extiguat ignē
nō addas ligna, nō suffles prunas oportet: alioqn crescēte
incēdio cōsumabit humor uictus maioris flāmę calore. Ita
nisi peccare cessaueris, eleemosynis redimi nō poteris. Ele

emosyna benignitatis est uirtus: uirtutis aũt noĩe indigna esset, si uitijs faueret, si licentiã peccãdi pstaret. Porro quia uirtus est, nõ delinquẽtes adiuuat, sed pœnitẽtes emũdat. In Ecclesiastico ẽ scriptũ: Dona iniquorũ nõ probat altissimus. Ipse etiã dñs in Amos propheta obstinatis & in crimine pseuerãtibus ait: Holocaustomata & mũera ura nõ suscipiã, & uota pinguiũ uroꝝ nõ respiciã. Nemo igitur impune se peccare existimet, qa multa largit pauperi. Primũ esse debet, deũ nõ offendere: secundũ, hoĩs inopię subuenire. Quod si etiã istud ut obediamus deo, facimus, cur in cęteris parere recusamus, in uno fideles, in alijs infidi? Ille in euãgelio clamat: Pœnitẽtiã agite, & appropinquabit regnũ cœloꝝ: & tu tibi appropinquturũ speras, nõ agẽdo pœnitẽtiã, sed porrigẽdo eleemosynã? Dimitte iã tandem errorẽ istũ, ne tibi magis q̃ alijs credẽs pereas. et Iacobi apli sentẽtię adherere incipe dicẽtis: Religio munda & immaculata apud deũ & prẽm hęc ẽ: uisitare pupillos & uiduas ĩ tribulatiõibus eoꝝ. Ac ne mutila esset et impfecta definitio, adiũxit, & immaculatũ se custodire ab hoc seculo. Sit igit liberalitati iũcta iustitia ut religio munda apud deũ & immaculata sit. Reproba uero & execrabilis ẽ eleemosyna, q̃ ideo fit, ut uel aliqd callide extorqueas: uel aliquẽ seducas, & quasi piscator hamũ sub esca latentẽ porrigas. Auaritię ista liberalitas ẽ & fraudis, nõ miseratiõis et beneficẽtię. Hac Simõ magus spũssancti donũ emere uoluit, & nõ quã petebat grãm, sed quã nolebat maledictionẽ recepit. Talẽ eleemosynã captator senibus iamiã morituris impartit, dũ hæres subscribi affectat. Talem corruptor simplici mulierculę largit ut ipam suę libidini cõsentire cõpellat. Quicquid autẽ mali finẽ habet, malũ sit necesse est. Nũc ad id qđ proposuimus, nra redeat oratio, ut de ueræ eleemosynę ratiõe atq; fructu disseramus.

Eccle. 37 · Amos. 5 · Iaco. 1 · Eleemosyna mala · Simõ magus

¶ Quibus danda est eleemosyna. Ca. XIII

OMne beneficiũ quod necessitatẽ patienti misericorditer impẽditur, eleemosyna est. Paupertate grauatos cibo, potu, tegumẽtis, tecto iuua, his eñi præcipuæ indiget paupertas. In Deuteronomio scripum est. Nõ obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, sed aperies

Deute. 15

Esa.58 eam pauperi. Et in Esaia: Frange esurienti panẽ tuũ, & egenos uagosq; induc in domũ tuam: cum uideris nudũ, ope
Matth.19. ri eum, et carnẽ tuam ne despexeris. Et in euangelio: Si uis esse perfectus, uende omia quæ habes, & da pauperibus,
Luc.14. & sequere me. Et qui habet duas tunicas, det alteram non habenti. Illosq; ad cœnam dñs præcipit inuitandos, qbus deest referendæ gratiæ copia: ut nõ ab ijs remunerationẽ, sed à deo expectes. Parum uel nihil facit lucri qui tribuit diuiti: & licet multo plura receperit q̃ dederit: nihil tamẽ ad
Luc.19 illud, quod a dño tribuendũ speratur. Ideo & Zachæus di
Roma.15 midiũ bonorũ suorũ pauperibus obtulit, non diuitibus: et salus domui suæ facta est, Christo hospitiũ eius ingresso. In eos tñ qui relictis contemptisq; omibus Christũ sequũtur, magis beneficos nos esse oportet: ut cum dei seruis nos cõmodauerimus, melius de deo mereamur: exemplo apostoli, qui ait: Nunc proficiscar in Hierusalem ministrare san
Gala.6 ctis. Idcirco alibi hortatur, dicens: Dum tempus habemus
Matth.25 operemur bonũ ad omnes: maxime aũt ad domesticos fidei. De quibus ipse dñs ait: Quod uni ex his minimis, qui in me credunt fecistis, mihi fecistis: His æra conferri siue
1.Cor.16 res quibus indigent iubet apostolus, ita ad Corinthios scribens: De collectis aũt quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui in ecclesijs Gallatiæ, ita & uos facite per unam sabbati. Hos aũt non solum rebus iuuandos esse, uerumetiam ho-
1. Timo.5 nore prosequendos docet, cum ait. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in uerbo & doctrina: dicit enim scriptura: Non alligabis os boui trituranti: & dignus est operarius mercede sua
1.Cor.9 Propterea rursum ipsis Corinthijs confidenter loquitur: Si nos uobis spiritalia seminauimus, magnũ est si carnalia uestra metamus? Et ad discipulos a saluatore dicitur: Qui uos recipit, me recipit: quod non modo de religione quam prædicauerunt intelligendũ reor, uerum etiã de uitæ sustẽtamentis, quibus indigebant. De his igitur præcipua cura tibi sit: ut cum erga uitæ præceptorẽ liberalis munificusq; fueris, multorũ saluti consulas, qui eius doctrina & institu
3.Reg.18. tis erudiuntur ac proficiunt. An Abdiæ Achabi regis dispẽ

fatori etiã cũ capitis sui piculo nõ fuit graue, cẽtum ex prophetis, quos Iezabel impijssima psequebaẽ, neci subtrahere, in speluncis abscondere: cũq; fames esset, suis impensis pascere: & tibi molestũ erit, si uni scõ aut alteri necessaria obtuleris: q̃ non illis oblata, sed sibi computat ipse q facit sanctos, & pro eleemosynis tam modicis æterna se repensurũ bona pollicetẽ? Cæterũ etiã ecclesijs conferenda bñficia sunt: ut q altari seruiunt, his utanẽ. Si qd supfuerit, alijs dispensent, aut in ædificas deo dicandis impẽdant: sic fecit Dauid, sic Salomon, sic Esdras sacerdos. Præterea quoties ciuitas annonæ charitate laborat, aliaue rerũ molestia affligiẽ, plæbi succurrendnm esse, a potentioribus docent. Ioseph Aegyptijs distribuẽs frumẽta, Ezechias & Iosias offerentes pro regno, pro sanctuario, pro Iuda tauros, arietes, oues, hircos, ut eis qbus præerant miserando, ipsi a suo prę side deo misericordiam consequerẽtur. Docuit hoc & saluator noster, hominum multitudinem pascens in deserto nolens dimittere ieiunos, ne deficiant in uia. Et certe non humanus, sed ferinus est: qui multos perire patitur, cum multos potest sua ope liberare. In peregrinos etiam seruanda ẽst humanitas: cum eñ mortalium una origo sit, unus autor et dñs omnium: nemo nobis extraneus habeatur, ne mo alienus. In suscipiendis ergo peregrinis imitemur patris Abrahæ atq; Loth liberalitatẽ, q sedentes in foribus ciuitatis, aduenas ut ad se diuerterent, rogabant: & qui tam benigne homines acceptauerant, digni fuere hospites fieri angelorũ imitemur. Iob, q calamitatẽ suã hospitalitatis anteactæ recordatione consolabatur, dicens: Foris non mansit peregrinus, ostium meum uiatori patuit. Imitemur Sunamitem illam magnam, quæ cœnaculum fecerat, ut quoties Helisæus propheta Sunam transiret, inuitatus in eo susciperetur. Ob hoc cum uirum senem haberet, & ipsa esset sterilis: orante Helisæo, meruit dsse masculæ prolis mater: & cũ defunctum filiũ lugeret uitę restitutũ recipere atq; consolari. Imitemur Marthæ sollicitudinẽ, quæ digna fuit hospitio suscipe Christũ. Imitemur postremo duos illos de euãgelio, q Christum sub peregini specie latentẽ, pertran-

Abraham

Iob. 31

Sunamitis.

Martha

Discipuli

Luc. 24

sireq; uolentem ad suum diuertere hospitium coegerunt. Longe qdem illis dissimiles, qui ita submisse lenteq; inuitant, ut appareat, optare se ne ueniant quos inuitarint: uelleq; uideri, sed nõ etiã esse hospitales. Hi uero q peregrinũ ut apud ipsos maneret, coegisse dicunt, cognoscere meruerunt Iesum, & caligine oculorũ ac mẽtis detersa resurrectione eius laeti uidere, quẽ lugebant crucifixum. Ad haec in

Exo. 22 Exodo est praeceptũ: Aduenam non contristabis, neq; affliges eum. Et in Leuitico; Si habitauerit, inquit, aduena i terra uestra, & moratus fuerit inter uos, non exprobretis ei, sed sit inter uos quasi indigena, & diligetis eum quasi uos metipsos. Et in Deuteronomio: Peregrino qui intra portas tuas est, da ut comedat, aut uende ei. Vende si illi supest pecunia, si deest da. Grandis inhumanitas est, uitae necessaria quaerenti nolle saltem uendere. Cauenda uehementer cordis ista duritia est, ne nobis obijci possit, quod praeter alia Hierosolymae mox ui hostili euertẽdę per prophetam Ezechielem exprobratur: Aduenam calumniati sunt in medio tui, pupillum & uiduam contristauerunt apud te. Quod scelus profecto nisi maximum foret, inter causas tanti excidij non poneretur. Praeterea morbo aliquo affectis opitulari, & aegrotantibus assidere, eleemosynę genus est, de quo in Leuitico dicitur: Si attenuatus fuerit frater tuus & infirmus manu, & susceperis eum quasi aduenam & peregrinum, & uixerit tecum, ne accipias usuras ab eo, nec amplius q̃ dedisti. Et in Ecclesiastico: Non te pigeat uisitare infirmum. Non piguit illam quae mundi dominum erat paritura, montana ascẽdere, cognatã adire, aegrotanti assidere, quae grauida Ioanne bapt. tedia iã uicini partus patiebatur. Quod si dei mater hominis matri infirmae ministrauit, nec te pudeat inferiores tua non solũ ope, sed etiã praesentia consolari. Captiuos quoq; & in uinculis coniectos redimere, debitoribus aes alienum condonare, iniuste oppressos tueri ac defendere pij atq; liberalis hois officiũ est. Hoc per Esaiam praecipit dñs, cũ ait: Subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduã. Et alibi p eundẽ prophetã: Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos depri

Leui. 19
Deu. 14
Ezech. 22
Leuit. 25
Esai. 58
Esa. 19

mentes, dimitte eos q confracti sunt liberos, & omē onus disrumpe. In Ezechiele etiā iustus appellatur, qui pignus debitori reddiderit, & pauperculum non contristauerit. Vt autem eorum qui carceri mancipati sunt, angustiam miserearis, apostolus hortatur, dicens: Mementote uinctorum tanq̃ simul uincti, & laborātium tanq̃ & ipsi in corpore morantes. Nam si omnes in Christo unum corpus sumus, debemus male affectis condolere, ut membris corporis nostri, & saluti eorũ consulere non minus accurate q̃ nostræ consultum uellemus, si idem mali pati contigisset. Tunc enim siqua calamitate ipse oppressus fueris, siqua uiolentia uexatus, non te pudebit opem implorare, quam alijs præstitisti. Da modo operam, ut cum beato Iob dicere possis: Oculus fui cæco, & pes claudo, pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam, conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Postremo aliorum tristitiam consolatione reuelare, mortuos qui non habent unde funerētur, tua impensa efferre ac sepelire, ad eandem pertinet uirtutem. Qua præditus Tobias, cum in Assyria captiuus teneretur, in eos qui secum capti erant, benignitatem exercuit. uerbis consolando, rebus iuuando, & eos qui diem suum obijssent, mandando sepulturæ. Dumq; aliorum angustias miseratur, suas non sentiebat. Hæc de illis quibus adesse debemus opera atq; pecunia, nunc quantum erit largiendum inopi, & pro quibus eleemosynæ faciendæ breuiter expediemus.

Hebræ. 13

Iob. 29

Tobias

¶ Quantum pauperi largiendum. Ca. XIIII.

TAntum tribuendum, quantum pauperis indigentia postulat. Tantum uestium da ne algeat, ne nudus. Tantum cibi ac potus imparti, ne fame sitiq; laboret. Non beneficium est plura donare, sed nequitię irritamentum. Vestis delicatior excitat arrogantiam. Victus abundantior nutrit luxuriam. Prospiciēdum erit igitur ne copiosius tribuas, q̃ ad parsimoniam accipientis credideris esse satis: ne forte dum iuuare cupis, noceas. Medicorum industriam imitare. Non porrigunt ęgroto quantum

ipse expetit, sed quantum saluti eius recuperãdæ confert, q̃dq; profuturũ censent impẽdunt, non q̃d noxiũ æger poposcerit. Ita & tu quantũ hoĩs egestas reqrit, & quod honestę sustẽtationi sufficit, uel non petẽti præbe. Quicqd ultra necessitatẽ est, quicqd obesse poterit ne præbeas etiã si flagitarit. Quod si tibi grandus rerum suppetit copia da multa sed multis. Nam si uni dederis, licet ille acceptis nõ male utatur, tu tamen unum diligere uideberis, alios odisse. Christus aũt non pro uno mortuus est, sed pro omnibus. Eius munificẽtiæ eris emulator, cũ plurimis benefeceris. Late patens uirtus est charitas, non est contẽta unius angustijs in quẽ beneficia conferat: sed erga omnes effundi gestit, cum omnes æquæ diligat. Quamq; illos magis respicit quos magis miserabiles inopiososq; uidet. Verũtamẽ si tibi quoq; nõ ita ampla est res familiaris, tantũ indigentibus eroga quantũ uictui tuo supesse poterit, ne et ipse egere incipias. Ita eñ apl̃s Corinthijs consulens ait: Si uolun-
2. Corin. 8 tas prompta est secuudũ id quod habet accepta ẽ, nõ scd̃m id quod non habet. Non eñ ut alijs sit remissio, uobis aũt tribulatio, sed ex æqualitate in p̃senti tp̃e uestra abũdantia illorũ inopiã suppleat, ut & illorũ abundãtia uestræ inopię sit supplemẽtum. Quæ nã est ista pauperis abundantia, nisi quã pro beneficijs inopi collatis retribuit Christus, dicẽs:
Matt. 25 Venite benedicti patris mei, possidete regnũ uobis a constitutione mundi paratum? Esuriui enim & dedistis mihi manducare: sitiui & dedistis mihi potum, & alia q̃ sequũt̃
Luc. 16 Vnde idẽ alibi ait: Facite uobis amicos de iniquo mãmona, qui recipiant uos in æterna tabernacula. Nisi ergo dederis, talia non recipies. Si de tuis diuitijs non feceris tibi amicos, quis erit qui te de terra tollere, & in cœlesti collocare dignabit̃ domo? Ab oĩbus destitutus gutta aq̃ ĩdigere incipies, cũ diuite purpurato, qui micas panis Lazaro mẽdicanti dare noluit. Lazari inopiam non est miseratus in sua copia diues, nec Lazarus iam in sinu Abrahæ beatus & felix diuitis in igne ardentis miseriæ permissus est subuenire. Atq; ita auari diuitię in æternam uertuntur inopiã: diuitiæ uero pauperibus Christi dilargitæ perennibus re-

gni cœlestis bonis compensant. Quod si opulentior es q̃ necesse sit, & luxuriæ deditus cuncta in tuos usus consumis, iniquus dispensator es. Pauperum est enim non tuũ, quicquid modeste frugaliterq; uiuenti supesse potuit. Aliena usurpas, quoties tibi plusquã oportet indulges. Non es dominus omnium quæ habes, quicquid supra necessitatẽ possides, eius tibi dispensatio credita est non abusus. Si bene dispensaueris audies a domino: Quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Sin uero talentum tibi ad negociandum traditũ in terra defoderis, nihil alijs imparciens, sed totum tibi uẽdicans, nihil te lucri fecisse argueris: atq; ideo pro ignauię crimine, pro interioribus tenebris, quibus obnubilatus animus futura non prospexit, tenebras patieris exteriores: ibi erit pro lætitia fletus, pro crapula & ingluuie dentium stridor: nunq̃ inde exies de diuitijs istis exiturus citiusq̃ putas. Quod si perituris conferre semper duratura soleres, melius tecum actum duceres carere opibus, & esuriendo panem ostiatim quærere, q̃ illis affluere in immensum, illis tota ætate iucunde perfrui, & in pauperum usus quantum debes non contulisse. Iudicium enim illi sine misericordia fiet, qui non fecerit misericordiam. Superest ut uideamus, pro quibus facienda erit eleemosyna, ut postea paulo plenius q̃ dictum est, eleemosynarum quæstum commodaq; consyderemus. Matt. 25

¶ Pro quibus facienda est eleemosyna. Ca. XV

PRo filijs offerebat holocausta. Iob dicẽs: ne forte peccauerint in cordibus suis. Exemplo nobis est, ut pro ijs qui grauiter lapsi sunt, non solum precemur, sed etiam eleemosynas offeramus. Offerenda erit eleemosyna & pro illis, qui in aliquo uitæ discrimine constituti erunt ut liberentur: & postq̃ liberati fuerint, ut pro beneficio a domino collato gratia referatur: qui illud quod pauperi impenditur, fatetur impensum sibi. Samuele sacerdote holocausta offerente Israhelitæ parua manu ingentes Palestinorum copias fuderunt. Territi enim hostes tonitru & fragore de cœlo misso terga uerterũt. Nõ ẽ aũt acceptior dño Iob. 1 1. Reg. 7

holocausti oblatio q̃ eleemosynarum pia largitio, ipso dicente: Misericordiam uolo & non sacrificium: alias uero idem Hebræi cum duce Phinee superassent Madianitas, domino per Moysen iubente, prædæ totius quinquagesimam soluerũt sacerdoti ac leuitis: & quia nemo ex his desideratus fuit illo prælio, aurum domino consecrarunt, cuius benignitate & a periculo seruati fuerãt & uictoria donati. Qui ergo in proximos misericordes extiterint, in hostem uictores erunt, & deo protegente terræ marisq; discrimina tuti pertransibunt. Pro ægrotantium quoq; sanitate, ac pro delictis mortuorꝫ eleemosynarum liberalitas

Act. 9 utilis habetur. Quod si Tabitam Petrus & Drusianam Ioannes de morte ad uitam reuocarunt, pauperum precibus premoti, quorꝫ inopiam illæ sua ope sustentauerant quãto facilius creditu est, eos de ægritudine ad sanitatem esse reuocandos si eis expedierit, qui eadem beneficẽtia in egenos usi fuerint? Aut si non sanabuntur, meliorem mercedẽ relaturos a domino q̃ ipsam corporum sanitatem. Porro pro defunctis eleemosynas facere, ex consuetudine religionis Christianæ est. In ueteri aũt instrumento hoc ipsum

2. Mach. 12 astruit ex autoritate Iudæ Machabæi principis ac uiri multa in deum pietate insignis. Ille enim collatione facta duodecim milia drachmarum argẽti misisse Hierosolymam dicit pro delictis eorꝫ qui in prælio ceciderant offerẽda. Et sancta, inquit, ac salubris est cogitatio, pro defunctis orare ut a peccatis soluant. Nunc quãta uis atq; potestas eleemosynæ sit memoremus, non nostra præsumptione usi, sed autoritate instructi diuina: ne quis aliter sentiẽtium cauillationi locus sit. Quis enim fidelium tam temerarius est, ut scripturarum sentẽtiam audeat impugnare.

De eleemosynæ vtilitate. Ca. XVI.

Prouer. 21 Legimus in prouerbijs diuina humanaq; sapientia insigniti Salomonis: Munus absconditũ extinguet iras, & donum in sinu indignationẽ maximã. Reprimitur igitur dei uindicta in peccatores, quoties misericordia exercetur in pauperes. In libris itidem diuinis au-

Tobiæ, 12 dimus Raphaelẽ angelũ Tobiæ dicẽtẽ: Bona est oratio cũ

ieiunio & eleemosyna, magis q̃ thesauros auri recondere quoniam eleemosyna a morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire uitam æternam. Times ne si dederis, ipse egeas, Sed dare eleemosynam magis prodest q̃ thesauros recondere. Times mori? sed eleemosina a morte liberat Times damnari? sed eleemosyna peccata purgat & uitam lucratur æternam. Tot terribilium rerum metu hominem eximit eleemosyna, & ad summam prouehit beatitudinem, tu tamen auarus cumulandis non distribuendis opibus inhias, ueluti de promisso dubius, de pollicitatione incertus: cũ multis alijs in locis ueritatis ip̃e sermo eadem asseueret & astruat. Iam primum hominis in egenos benefici rem non minui, sed augeri Salomon testatur in prouerbijs, dicens: Fœnerat domino qui miseretur pauperis. Prouer. 19 Fœnus est autem pecuniꝫ commodatæ fœtus, quod & Græci a pariendo τόκος uocant. Igitur sicut Danistæ supra sortem usuras exigunt, ita eleemosynarum largitor: multo plus relaturus est a domino, q̃ quod ipse pauperibus erogat. Idem Salomon alibi ait: Alij diuidunt propria & ditiores fiunt. Prouer. 11 Ditior factus est Iob post erumnam: duplicia recepit omnium, quꝫ inuitus amiserat, quia partem eorum uolens distribuerat egenis. Iob Vidua sareptana non partem, sed totum quod habuit olei atq; farinæ protulit in medium, ut prophetam pasceret: ipsa cum unico filio famæ peritura, si eleemosyna non plus meteret q̃ seminaret. Sareptana Porro tantum hac liberalitate, profecit, ut non deficeret ei oleum in lecytho, nec in hydria farina, donec pluuiam dominus daret super terram. Fiduciam habuit in domino & spe sua non est frustrata. Parum dedit, & recepit multum: & cum etiam diuites penuriam paterẽtur, torrẽtibus ipsis ob pluuiæ defectum siccatis, illa pauper dei bñficio uictu necessario abundauit. Hoc quoq; pollicetur Salomõ in prouerbijs, dicens: Honora dominum de tua substantia Prouer. 3 & de primitijs omnium frugum tuarum da pauperibus: et implebuntur horrea tua saturitate, & uino torcularia redundabunt. Tale aliquid & in euangelio inuenies. Quid Math. 14 eñ nisi multiplicato rediturã in sinũ porrigẽtes eleemosy-

nã innuunt, quinqȝ panes illi, & duo pisciculi multitudini esurientium appositi, & post hæc duodecim cophini colle
Matt. 15 cti reliquiarum? Et iterum septem sportæ plenæ asportatæ pro septem panibus & paucis pisciculis. Quis ergo tam timidus est, ut his exemplis non excitetur ad liberalitatem,
Luc. 6 nec iam metuat ob hoc rei familiari detrimentum fore, si eleemosynas dederit? Cum præsertim ueritas dicat: Date & dabitur uobis: mensuram bonam & confertam & coagitatam & superfluẽtem dabũt in sinum uestrum. Nemo tamen hac sancta largitate utatur spe pecuniæ augendæ. Auari hoc foret, & terrena non cœlestia concupiscẽtis: quæ non modo non concupiscere, uerum etiam propter Christum debemus contemnere: ut illas acquiramus diuitias, quas nec tinea corrumpere, nec fur possit auferre. Pro quibus adipiscendis plærīqȝ certe spõtaneam subeunt paupertatem: ut ostendant, nolle se omnino possidere opes perituras; sed illas quæ perire nequeunt, in thesauris recondi tas æternitatis. His autem fruituros pauperum sustentatores nemo negare poterit, nisi qui scripturarum repugnare uoluerit ueritati, malens damnari cum infidelibus, q̃ȝ cum fidelibus saluari. Vt igitur cœlestes æternasqȝ opes capiamus, primo ueritatis cognitione opus est, ueriqȝ confessione: deinde ut delicta nostra expiẽtur, & qui prius pc̃tis grauabamur, bonis actionibus proficiamus. Hæc autem
Cornelius. omnia præstare poterit fidelis ac syncerae mentis eleemo-
Act. 10 syna. Cornelio Cẽturioni ab angelo de cœlo in terras lapso est dictum: Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderũt in memoriam in conspectu dei. Itaqȝ cum gentilis esset, eleemosynis meruit a Petro apostolo discere Christum, & fidei baptismo purificari: ut in Christo renatus, cum Chri-
Nabuchodonosor sto resurgeret in gloria. Nabuchodonosor quoqȝ rex gentilis erat, quando deo se uoluit æquare fragilitatis humanæ oblitus. Cumqȝ ob hoc prædiceret, q̃ regno eiectus cum bestijs esset uicturus, eleemosynis tamen mutari posse dei iudicium intellexit, Daniele dicente: Peccata tua eleemosynis redime, & ingrates tuas misericordijs pauperum for

fan ignoscet tibi deus. Quod si etiam gentiliũ in pauperes pietatem deus respicit, q̃to magis credentiũ atq; fideliũ? Audi scripturã dicentem. Conclude eleemosynã in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab om̃i malo. Vnde & in psalmo dicitur: Beatus qui intelligit super egenũ & pauperem, in die malo liberabit eum dñs. Quando uidelicet dicturus est: Esuriui & dedistis mihi manducare. Audi & aliam scripturę sententiam: Ignem ardentẽ extinguit aqua & eleemosyna resistit peccatis. Et in euangelio: Date eleemosynam, & ecce om̃ia mũda sunt uobis. Iuxta superiorẽ sententiam, eleemosyna resistit peccatis, ne illa committamus: iuxta sequentẽ, ab ijs quæ iam commisimus, facit ut emundemur. Reliquũ est ut a præteritis expiatos, & a futuris custoditos deo nos offerat pro innocentia suscipiẽdos, pro iustitia præmiandos. Hoc ita futurũ psalmista testatur, dum de beato uiro ait: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculũ seculi, cor eius exaltabitur in gloria: ut intelligamus per charitatis beneficentiæq; opera ad æternã beatitudinẽ peruenire: & illos qui in his uersati fuerint, a Christo audituros: Venite benedicti patris mei, pcipite regnũ a cõstitutiõe mũdi uobis partũ. Regni itaq; cœlestis hęredes erũt, qui rerũ suarum terrenarũ ipsos pauperes fecerint participes. Ab hac sane pietatis uirtute nec ipsi pauperes excusantur. Non habes quã alteri porrigas stipem, da si habes aquæ frigidæ poculũ, & nõ perdes mercedẽ tuam. Duo minuta æra inopis uiduæ in gazophilacio oblata, diuitũ præferunt donarijs. Non pensat dominus q̃tum das, sed de quanto & q̃ libenter. Ille plus offert cui minus quod offerat restat. Illius magis accepta sunt dona, a quo magis prompto exhibent animo. Hinc est præceptum illud Salomonis: Ne dicas amico tuo, uade & reuertere, & cras dabo tibi, cum statim possis dare. Ac ne id tanq̃ inuitus facias, admonet apl's, non tristem, sed hilarẽ datorem a dño diligi. Qui em̃ libenter dat, diligit: ideo & ipse diligitur. Quod si nihil penitus habes quod inopi largiaris, ita miseriæ eius condolescas ut daturus esses si haberes: & pro beneficio computabit pietas miserantis, mul-

Eccle. 29
Psal. 40
Eccle. 3
Luc. 11
Psal. 111
Prouer. 3
2. Cor. 9

tumq; proderit offerre uoluntate, quicquid nō poteris ope re. Consumata uero ac perfecta eleemosyna est, ut cuncta simul distribuanť, nec semper in erogando occupetur animus, potiusq; attendat ut illum imitetur, qui cū diues eēt, factus est pauper, ut nos diuites faceret in regno suo coele-
Matth. 19 sti, cū terrena cōtempserimus. Ipse in euangelio ait: *Si uis* perfectus esse, uade & uende oīa quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurū in cœlo, & ueni sequere me. Eis etiam qui ita secuti sunt ipsum, respondit: Omnis qui reliquerit domum uel fratres, uel sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorē, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit. Itaq; magis grata est deo seruorum suorum uoluntaria paupertas, q̄ diuitum seculi quotidiana munera.

¶ De vitio auaritiæ. Caput. XVII

SEd quid de illorꝫ cupiditate dicemus, qui cumulandis opibus nunq; satiantur, atq; intantū tenaces sunt ut nihil pauperi porrigant, & quibus magis curæ est; pecuniam quæ sibi superat nulli usui recondere, q̄ egestati impartire alienæ? Quā male cum illis agitur, nosse operæpretium erit, ne quis opulentiæ eorum inuidendo, mores imitari decernat, perdatq; dei gratiam, cum diuitias acquisierit. Non est enim amator dei, quem non miseret pau
1. Ioan. 3 peris, dicente Ioanne apostolo: Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necesse habere, & clauserit uiscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in
Ezech. 16 eo? Inter scelera quibus Sodoma interijt, obijcitur, q manum egeno & pauperi non porrigebant. Frustra itaq; illi misericordiam a deo sperāt, qui misericordiam proximis non exhibent. Nec in aduersis eorum exauditur depreca-
Prouer. 21 tio, qui miserorꝫ precibus non mouentur. *Ait* em̄ *scriptura*: Qui obturat aures suas ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. *Minus* est tamen sua non tribuere, aliena quoq; iniuste rapere cogit auaritia, & ne a pauperum quidem fortunis impias continere manus, nullo satiabilis congestu, nulla copia contenta, immo eo cupidior, quo plura rapuerit. Vnde de illis quibus ea dominať

est dictum: Rapiunt non sua, & semper in egestate sunt, Prouer.11
Semper quippe restat, quod sibi uendicare affectent. Eiusmodi iniustitiam damnat dñs in Esaia, dicens. Væ qui Esa.33
prædaris, nonne & ipse prædaberis? & qui spernis, nonne & ipse sperneris? cum consumaueris deprædationẽ depręedaberis, cum fatigatus desieris contemnere, contemneris.
Ad eos maxime ista spectat comminatio, qui in potestatibus uersantur, & pastoris adepti officiũ gregẽ sibi commissum detondere non cessant. Potestas.
Si iumentum stercus fecerit, si extra ædis loturam quis effuderit, si cum altero parũ quid altercatus fuerit, mulctatur pecunia, quasi qui maiestatem leserit: denicꝫ mille causæ habentur despoliandi inopem, nulla miserendi. Et miramur si illorꝫ qui sicagunt, non miseretur deus: si liberis orbantur, si ab inimicis infestantur, si & ipsi a potentioribus despoliantur: quasi uero iustus dñs iustitiæ suæ oblitus tam iniquas exactiones impune abire passurus sit, & non pro merito uindicaturus?
Nunquid uanũ est quod Salomon præcipit, dicens: Nõ facias uiolentiam pauperi, necꝫ conteras egenũ in porta, qa dñs iudicabit causam eius. Prouer. 22
Sed eñ tam fatua est cupiditas ut ne flagellata quidem resipiscat. Aduersitatibus interdũ affliguntur auari, & tamen mala quæ sustinent, non suo uitio imputant, sed fortunæ. Itacꝫ rerum amissione non emẽdantur, sed magis ad prædandum rapiendumcꝫ accensi reparare amissa festinant, donec ipsi uitam amittant, & ad inferos detrusi crimen suum tandem agnoscant. Si quis tamen aures audiendi habet, audiat, & timere discat cum audierit illud quod in Malachia est scriptum: Et accedam ad uos in iudicio, & ero testis uelox maleficis & adulteris & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, & humiliant uiduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me dicit dominus exercituum. Malach.3
Audiat & illud quod in Amos propheta legitur: Pro eo Amos.5
ꝙ diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo, domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis, uineas plantabitis amantissimas, & non bibetis uinum earum, quia cognoui scelera uestra, & for-

tia peccata uestra. Igitur uel illa uobis o diuites quę inique comparastis eripientur, uel uos illis, & spes omnis malæ partæ rei in contrariũ uertetur. Intolerabilior tamẽ erit pœna inferni, q̃ uitæ præsentis calamitas. Cæterũ neq; illorũ inulta erit auaritia, qui dicundi iuris fungentes officio, pecunia donisue corrupti iniustę iudicant, & quæstũ magis, q̃ æquitatem diligunt, eiusq; causam potiorẽ habent qui plus dederit. His per prophetã dicitur: Væ qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Et in Iob est scriptũ: Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. Illi quidem libenter munera accipiunt, quos cupiditas illicit, nõ quos necessitas constringit. Neq; ẽm peccauit Ioseph a Pharaone accipiẽs dona, neq; Daniel a rege Babylonis. Vtrunq; diuina prouidentia contigit, ut populus Israel prius in ægyptũ confugiens principem suæ gentis haberet a quo aleretur. Deinde in Chaldæa captiuus, a quo protegeretur. Ideo isti nec honorem nec dona recusarunt, ut suis in necessitate succurrerent, nõ ut sibi opes aceruarent. Beatus est aũt qui præceptum dñi obseruat dicentis. Non consyderes personã pauperis, nec honores uultum potentis, iuste iudica proximo tuo. Iniustus iudex est iuxta Iacobi apostoli sententiã, qui plus honoris defert diuiti superbo, q̃ pio pauperi & humili. Captator est profecto nõ amicus, qui tantum diuitibus blandiť ac laudat ut stipem eliciat, honorat ut lucretur. Cui aũt uerum diuitijs potius est, nõ dona sequitur, sed iustitiam. Quam quoniã opibus præfert, ipse a dño honorabitur, dicente propheta: Qui excutit manus suas ab omi munere, iste in excelsis habitabit. Munerũ ergo auidus & a recto auersus nõ in excelsis, sed in ima habitabit inferni. Hęc sors etiam illorum erit, qui se dei seruitio ideo dedicant, ut mammonæ, non ut deo seruiant. Quibus ipse in euangelio respondens ait: Quęritis me non quia uidistis signa, sed quia manducastis de panibus & saturati estis. Ab his ẽm episcopatus quæritur, ut nummis arca impleatur, nõ ut bonum opus exerceatur: ut uenter epulis repletus luxuriet, nõ ut Christus in paupere pascatur: ut mens inanis gloriæ uen

Marginal notes: Iudex — Esa. — Iob. 15 — Ioseph — Daniel — Leui. 19 — Iaco. 2 — Esa. 33 — Presbyter. — Ioan. 6

to inflata superbiat nõ ut humilitate deiecta deo placeat. De istis prophetare iussus Ezechiel ait: Væ pasto.ibus isra el, qui pascebant semetipsos: nõne greges a pastoribus pa scuntur? Lac comedebatis & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem aũt meum nõ pascebatis. Et quia magis pecuniæ q̃ animarũ lucro inhiant, qđ in firmum, inquit, fuit no consolidastis, & quod ægrotũ nõ sanastis, quod confractũ non alligastis, & quod abiectũ non reduxistis, & qnod perierat non quæsistis. Taliũ aua ritiam & per os Malachiæ prophetæ arguit, dicens: Quis est in uobis qni claudat ostia & incendat altare meũ gratu ito? non est mihi uoluntas in uobis dicit dñs exercituum, & munus nõ suscipiam de manu uestra. Licet aũt in euan gelio dicat: Dignus est operarius mercede sua, necessaria permittit, non superflua imperat. Si superfluis abundas dispensatio tibi credita est, ut aliorũ inopiam iuues, nõ abu sus concessus ut uoluptatibus perfruaris. Alienũ est, quicquid supra necessitatẽ est: de quo in euangelio dicitur: Si in alieno fideles non fuistis, quod uestrum est, quis dabit uobis? Tibi o sacerdos promissum est regnũ cœlorũ, si mo do tibi credita recte dispensaueris: sin uero quod professus es, implere neglexeris, nec tibi quod a dño promissum erat dabitur, & dum temporalia bona sectaris, amittes æterna. Domũ enim orationis fecisti domũ negotiationis uendendo columbas, hoc est spũsancti dona in quæstum conuertendo, cum Christus clamitet, dicens: Gratis accepistis, gratis date. An ad apostolũ confugies dicentẽ: Qui altario seruit, de altario uiuere debet? sed de altario uiuere tibi permittitur, non luxuriari, cum idem dicat: Habentes uictum & uestitũ, his contenti simus. At tu cũ multa possideas, plura concupiscis; nec tam tibi de salute plæbis cura est, q̃ de exigendis pensionibus, de decimis oblationibusq; colligendis: pro his in ecclesia declamas, pro his exe crationũ elogia ualuis ecclesiæ affigis, ad cætera mutus, et illis simillimus quibus dicitur: Væ uobis scribæ & pharisæi, qui decimatis mentã & anetum et cyminũ, & reliqui stis quæ grauiora sunt legis; iudiciũ & misericordiam &

Ezech. 34
Malahię. 6
Luc. 16
Sacerdos
1. Cor. 9
1. Timo. 6.
Matth. 23.

Episcopi fidem, hæc oportuit facere, & illa non omittere. Scriba es igitur & pharisæus, cum exigis pecuniam & non præstas doctrinã, cum de quæstu tuo cogitas, & eorum saluti qui tibi commissi suntnon consulis. Excolas culicem, quæ leuissima sunt curæ habens, & deglutis camelũ, in uentrem negligentiæ demergens ea quæ maximi momenti esse deberent. Mercenarius non pastor es. Vides lupũ uenientem & fugis Perit ille adulterio, ille usuris, alius furto, alius odio, alius alio flagitio, & in tanto animarꝝ periculo taces obmutescis, hiscere non audes, & illos duntaxat perituros prędicas, qui decimas nõ soluerint qui debitas ecclesię tuę pensiones in tempore nõ attulerint, & eidem legata interuerterint: perinde ac si nõ sit aliud Peccati genus quod perdat hoies, q̃ istud in quo opulentia tua patitur detrimentũ Cum tamẽ ijs qui egestate premunť, non solũ quod debẽt, remitti debeat, sed etiã de rebus quas affatim collegisti, q̃tum opus est impendi.

Hypocritę Detestabilis & illorꝝ cupiditas, qui simulata sanctitate decipiunt, & uel pro ædificando sacello, uel pro peregrinationis uoto perficiẽdo, uel pro aliquo alio pietatis opere exequendo, æra efflagitant, quasi non furti uel rapinæ sit genus, mendacio aliquid elicere, & in alium, q̃ in quem datum est usum conuertere. Hi tanto grauius puniendi erunt, quanto fallacius egerint, dicente dño

Mar. 12 Qui deuorat domos uiduarꝝ sub obtentu prolixæ orationis, hi accipient prolixius iudiciũ.

Negociator. Execranda & negociatorum auaritia, qui nec fœnore abstinent, nec merces adulterare timent: pondere quoq; & mensuris fallunt, alia statera uendentes, alia ementes: neq; eos pœnitet aut pudet dolo ac fraudibus niti ut lucrentur. Aduersus istos iratus do-

Micheæ. 6 minus per Micheam prophetã uociferatur & ait: Adhuc ignis in domo impij, thesauri iniquitatis, & mensura minor iræ plena: nunquid iustificabo stateram impiam & sacelli pondera dolosa? Deniq; minatur facturꝝ se, ut congregatæ tanto flagitio opes fiant hostibus in prædam, & ipsi opum dñi in captiuitatem. Horum etiam in Amos pro-

Amos. 8 pheta dolos ac malignitatẽ detegit, dicens. Audite hoc qui conteritis pauperẽ, & deficere facitis egenos terræ dicẽtes:

quando transibit messis, et uenundabimus merces, & sabbatum, & aperiemus frumentũ, ut minuamus mensurã, & augeamus siclum & supponamus stateras dolosas, ut possideamus in argento egenos, & pauperes pro calciamẽtis, & quisquilias frumenti uendamus. Ac ne frustra talia obiecisse uideatur, iurat ꝙ lugebunt, & dolore supplicij persoluent, quod cum delectatione lucri perpetrarunt.

¶ De vana diuitum spe. Ca. XVIII

NEmo igitur diu se fruiturũ male partis rebus confidat, sed quo plura inique congerit, eo miserabiliorem finem expectet. Timeat pœnam Gezi, timeat exitum Iudæ, alter mendacio munus extorsit, & reuersus est leprosus: alter iustum uendidit pro argento, & laqueo uitam finiuit. Ille quoq; quem purpura tegebat: quem quotidia saginabant conuiuia, in inferno sepultus, in flammis ardens totus, frustra guttam aquæ petijt qua linguam tantum refrigeraret. Diues ille alter, qui frugum ubertate lætatus dilatare cogitabat horrea, & in annos multos opulenter uiuere, statim audiuit, Stulte hac nocte animam tuam repetent a te: quæ autem parasti, cuius erunt? Sic est, inquit qui sibi thesaurizat, & non est in deum diues. De isto in psalmis dicitur: Videbunt iusti & timebunt, & super eũ ridebunt, & dicent. Ecce hõ qui non posuit deum adiutorem suũ, sed sperauit in multitudine diuitiarũ suarũ, & preualuit in uanitate sua. Ideo apostolus ad Timotheum: Diuitibus, inquit, huius seculi præcipe, nõ sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiarũ, sed in deo uiuo, qui præstat nobis omĩa abundæ ad fruendũ bene agere, diuites fieri, in bonis operibus facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonũ in futurum. Qui uult ergo in deum diues esse, non sibi thesaurizet, sed inopiæ aliorũ. In deum diues est, qui charitates operibus abundat, non qui rebus opulentus incedit. Esurientes & sitientes iustitiam, dominus implet bonis, diuites autem auaros dimittit inanes. Quid prosunt auaro diuitiæ, si custos illarũ ẽ nõ dñs? Quid deniq; prosunt diuitiæ stulto, cum sapientiam emere nõ possit? Multæ opes nunq̃ aut raro admodũ que

Gezi
Iudas.
Luc. 12
Psal. 51
1. Timo. 6
Prouer. 17

unt cuiq̃ nisi scelere constare. Nam qui iuste acquirit et moderate expendit, nec diues erit nec pauper. Qui aũt ingentes quæstus faciunt, supraq; modũ locupletantur, & iniq & auari sint necesse est. Quod si tam multa ab aliquo alio sibi relicta possident, hæredes iniqui sunt: & si his male utuntur, ipsi etiam mali sunt. Ex quo colligitur, multũ diuitem, bonũ esse non posse. Quæ igitur amentia est, illa concupiscere, quæ non nisi cum uirtutũ detrimento queãt

Prouer. 15. acquiri? Melius est parum cum timore dñi, q̃ thesauri magni & insatiabiles. Hæc quidẽ sententia sapientissimi Sa-

Prouer. 30. lomonis est: cuius & illa ad deum supplicatio: Nec diuiti-

Rex as, nec paupertates dederis mihi, sed tantũ uictui meo tribue necessaria. Quod aũt reges oĩm semper opulentissimi sunt, hoc ideo fit, quia regum opes nõ tam suæ q̃ populi sunt. Eorum quippe impensis plæbes tute degunt, ab hostium iniuria proteguntur, in rerum uitæ necessariarũ copia conseruantur. Quemadmodũ aũt communi utilitati exposita esse debet principis opulentia, ita & priuatorũ diuitiæ adiumento sint egestati alienæ. Alioquin & ipsi diuites egebunt ac miseri erunt. Quid eñ illo miserius, qui inops uirtutis est? qui cum diues sit, meritis caret liberalitatis, quæ beatos efficiunt, & auaritiæ uel luxuriæ grauatur uitijs, quę mergunt in profundũ. Talium infelicitatem do-

Luc. 6. lenter ingemiscit in euangelio dñs, dicens: Væ uobis diuites, qui habetis consolationẽ uestram. Consolãtur enim, quoties quæstum faciunt, uel cum quæsitis ad uoluptatem

Iaco. 5 abutunť. Hos etiã Iacobus apostolus lugubri uoce aggreditur, & ait: Agite nunc diuites, plorate ululantes in miserijs uestris, quæ aduenient uobis: diuitiæ uestrę putrefactæ sunt, & uestimenta uestra a tineis comesta sunt: aurũ & argentũ uestrum eruginauit, & erugo eorũ in testimoniũ uobis erit, & manducabit carnes uestras sicut ignis. Thesaurizastis uobis iram in nouissimis diebus: ecce merces operariorũ, qui messuerunt regiones uestras, quæ fraudata est uobis: clamat, & clamor eorũ in aures dñi sabaoth introiuit. Epulati estis super terrã, & in luxurijs enutristis corda uestra: in die occisionis adduxistis & occidistis iustum

& non restitit uobis. Talia cōsyderans uas electionis Paulus: Radix, inquit, omnium malorum est cupiditas. Addamus his & alia, si forte diuinæ sapiētiæ ueritate sępius pulsati resipiscant. In psalmo dicitur: Diuites eguerunt & esurierunt: inquirētes aūt dominum, non minuētur omni bono. In Ecclesiaste Salomon ait: Auarus non impletur pecunia: et qui amat diuitias, fructum nō capiet ex eis. Leuius ac tolerabilius esset, fructum non capere, nisi sequeretur supplicium: dicente Ezechiele propheta: Argentum eorū & aurum eorum non ualebit liberare eos in die furoris domini. In Apocalypsi angelo Laoditiæ ecclesiæ dicitur: Dicis, diues sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis: quia tu es miser & miserabilis, & pauper & cæcus & nudus. Quis enim finis luxuriæ diuitum, nisi quem eodem libro scriptū legimus? Quantum glorificauit se & in delitijs fuit, tantū date illi tormētum & luctū. Quanto melius cum isto actū fuisset, nescisse diuitias, inopē mēdicūq; uixisse, & in miserijs potius q̄ in delitijs duxisse ætatem? sed quo diutius in delitijs impune uixit, eo infelicius cecidit. Beatū se putabat, q̄ sibi prospere succederēt omnia, ideoq; licentius peccabat: ideo tenuit eum superbia, opertus est iniquitate & impietate sua: prodijt quasi ex adipe iniqtas eius, transiuit in affectum cordis sui, nunc in tormētis positus audit: Memento quia recepisti bona in uita tua: pauperes aūt quorum non es miseratus, patiebantur mala: tu nunc cruciaris, illi consolantur. Cumq; hoc ita sit, eo tamē processit ista auri sacra fames: ut quæ natura saluti hominis consulens terra occultauerat, ea fossionibus in profundum actis eruere cœperunt: montes cuniculis subruuntur & homo cœlum suspicere genitus, ultro se in ima telluris immergit: nec supra se pendētem metuit molem, nec post se relictum solem quicquā æstimat: per menses plurimos perpetuam noctem sustinet, ut argentum aurumq; in suā ipse pernitiem proferat: si modo quod multis contigit, nō ante fuerit oppressus ruina, seq; repente cum opibus quas collegerat sepeliat. Frumenta, uinum, oleum, linum, lanā, cæteraq; uitæ nostræ necessaria in aperta nobis fruenda

Psal. 33 Eccl. 5 Ezech. 7 Apoc. 3 Apoc. 18 Auaritia

tulerat deus, cætera tanq̃ nocitura latere uolebat. Ideo aũt & ista creauit: ut sicut eorum qui oblatis contenti sunt nota est modestia, ita illorum qui etiam occultata scrutantur, manifesta esset cupiditas: & qui ex parte sui sunt, etiam a nobis dinoscerentur.

Quod auaritia multorum causa sit malorum. Ca. XIX.

QVam autem multorum malorum causa sit immodica cupiditas quis explicet? hominẽ aduersus hominem ire conpulit, hinc insidiæ, hinc latrocinia, hinc bella mutuæq; cædes, dum nostro non contenti aliena concupiscimus: hinc inter coniunctissimos lites, inter amicissimos dissidia, & citius adeundæ hæreditatis gratia ipsorum parentum desyderatæ mortes. Laban Iacob nepotem suum osculatus hospitio susceperat, generum suum fecerat, & ille iam bis septem annos ei seruierat. Fatebatur Laban q̃ propter ipsum a domino sibi auctæ opes fuissent. At uero postq̃ uidit re pecuaria in primis ditatũ, inuidere ei cœpit quem tantopere dilexerat, & discedentẽ persecutus est, manum innocenti iniecisset, amicitiæ propinquitatis officiorumque oblitus, nisi somno deterritus propositũ inhibuisset. Amorẽ ergo quem paupertas conciliauerat, opulentia distraxit. Tabremon quoq; Syriæ rex (ut in libro regum legitur) ex amico inimicus factus Base Israhelitarum regi ab Asa rege Iudæ pecunia corruptus. Ioram uero ne fratribus quidem pepercit, ut eorum bona usurparet, uita ipsos priuauit. Iudas etiam (ut ueteribus noua copulemus) a domino ascitus apostolus, miracula operandi facultate ab eodẽ donatus, sacræ communionis p̃ticeps factus, osculo exceptus: quia tamen pecuniæ auidus fuerat, triginta argenteis illum uendidit, a quo iam tot beneficia acceperat. Neminem itaq; uere diligũt hi, quibus habẽdi cupido dominatur. Si qua enim lucri spes accesserit continuo grassantur in eos, quos uidebantur diligere. Nã & Godolias Ismahelem domi suæ ut amicum excepit conuiuio, & eundẽ inter epulas iugulauit, nec hospitalẽ mensam amici cruore fœdare timuit, q alienа occupare cõcupi

Marginal notes: Laban. Gen. 31 — 3. Reg. 15 — 2. Para. 21 — Hiere. 41 — Godolias

uit. Proferam adhuc magis cruentũ exẽplum, sed minus rationis cõpotis uulgi. Tito Hierosolymã obsidẽte, plurimi ex Iudæis fame cõpulsi ad Romanos transfugiebant (ut Iosephus autor est) pcrebuit fama transfugas auꝝ haustũ uẽtre gestare cũ a suis ne qd efferrent excuterẽtur: ob hoc a militibus Romanis clam excepti laniatiq; exenterabãtur, quærebãtq; auꝝ intra cęsoꝝ uiscera, nec fortasse inueniebatur: hac tamen de causa ad duo milia hominum una nocte perisse constat: plures perissent, nisi re comperta cæsar sceleus ędicto cõpescuisset. Quid hac atrocius immanitate, incertas opes certa ultro se dedentiũ cæde q̃rere Plebis tamẽ mercede militantis ista auaritia, illa uero regum. Hirtacus enim prius, deinde Herodes Iudææ reges aperuisse ferunt sepulchrum Dauidis regis, thesaurum cum illo conditum rati. Scilicet non satis erat humanæ cupiditati prædam capere ex uiuis, uel ex interẽptis spolia, latẽtia quoq; in monumẽtis cadauera excutere cœpit. Sed & hoc quidem minus mirum quando iam nec aris nec templis deo dicatis parcitur. Nostra ætate contigit Christianorum ecclesias a Christianis prophanari, aurum argentumq; deo consecratum per uim auferri, perinde ac si aduersus deum, & non tantum aduersus homines bellum gereretur: quasi uero nõ idẽ Christus sit illoꝝ q oppugnantur & eoꝝ q oppugnãt, cũ utriq; eius q unus est noĩe censeant. Sed profecto nulla ibi religionis ratio ducit, ubi auari animi nihil nisi quod rapiant attẽdunt. Quamuis aũt multa deprædẽtur, multa parent, multa undiq; congerant, nunquam tamen satiantur, semper restat quod aceruo addi cupiunt. Nec minus huic uitio obnoxij sunt, qui liberis nepotibusq; abundat, q̃ qui soli sunt. Qualem Ecclesiastes admiratᷣ, dicẽs: Vnus est & secundum non habet, non filium, non fratrẽ, & tñ laborare non cessat: nec satiantur oculi eius diuitijs, nec cogitat dicens cui laboro, & fraudo animã meã bonis? Sed q eiusmodi sunt, ijs p Esaiam minatur dñs & ait: Væ q coniungitis domum ad domũ, et agrũ agro copulatis usq; ad extremum loci, nunquid habitabitis soli uos in medio terræ? Quid enim nisi solus habitare uelle uidetᷣ in terra, q so

Hirtacus Herodes

Eccle. 4

Esai. 5

lus cūcta possidere cōcupiscit? Hic sane hydropici est mor
bus: q eo plus sitit, quo plus biberit. Sed si accesserit ad Ie-
Iosue.7 sum, curabit, sin contempserit, peribit. Achan quia de ana-
Iudic.8 themate tulerat pallium argētiq; aliquid & auri, dei iussu
3.Reg.21 lapidat. Principes Sochot q Gedeoni panē negauerant, sup
3.Reg.22 spinas & tribulos conterunt. Aduran dum tributa exigit,
2.Mach.3 lapidibus obruitur. Achabi regis, q uineam Naboth ipso interfecto possederat, sagitta interempti sanguinem, iuxta Heliæ uaticinium, linxerunt canes. Heliodorum qui a Seleuco missus templi thesaurum auferre moliebatur, equites diuinitus apparentes flagellis ceciderunt. Ipse Seleucus dum pecunias ab Inobsuestenis (ut Iosephus tradit) cupide exigeret, cum regia cunctis omnibus qui in ea conuenerant, simul concrematur. Cessauit in illo ardere auaritia maiore ignis ardore extincta. Hæc in lege. Illa in euangelio. Iudā cupiditas ad laqueum usq; perduxit. Ananiam & Saphirā morte perdidit repentina, Simonem magum prius maledicto, deinde nece affecit. Porro tam perniciosus est morbus iste, ut non modo corpora spiritu priuet, uerum etiā spiritum ipsum morti obijciat æternæ: dicente Salomone:
Prouer.1 Semitæ omnis auari animas possidentium rapiunt. Quod si camelus facilius transibit per foramen acus, q̄ diues in regnum cœlorum, nullus amanti diuitias sperandæ salutis
Luc.14 relinquitur locus. Vbi est thesaurus eius, ibi & cor eius. Inuitatur quidem ad cœleste conuiuium: sed quia toto animo terrenis rebus inhæret, respondet inuitanti. Villā emi, boues paraui, uxorem duxi, non possum uenire, habe me excusatum. Itaq; indignum se præstat perrenni bono ad quod uocatur, dum pluris æstimat fragilia & caduca, quæ illum de præsentibus delitijs ad futura transferent supplicia: unde iā neq; diuitijs redimi poterit, nec potentia uiriū
Esa.57 suarum liberari. Ideo illi per prophetā dicit: Cum clamaueris liberent te congregati tui, hoc est nummi, quos tā anxie parasti: omnes eos, inquit, auferet uētus, tollet aura: et ne pœnæ causa lateat, iudicis uox audietur dicētis: Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum, & pcussi eum. Nec immerito bonorum largitor deus auaritia nostra irritat, quan

quidem uitij huius hoc præcipuum malũ habet, q̄ a diuinorum cultu nos auertet, & cœlestium bonorũ meminisse non p̄mittat. Hoc testant domini uerba per Esaiam dictis Esai. 8
Verbum dñi proiecerunt, & sapientia nulla est in eis: propterea dabo mulieres eorum exteris, agros eorũ hæredibus: atq; unde impietas contemptusq; eorum oriatur ostẽdens adiecit: Quia a minimo usq; ad maximum omnes auaritiam sequuntur. Per Oseæ quoq; prophetam talibus Oseæ, 13
minat, dicens: Iuxta pascua sua adimpleti sunt, & saturati sunt, & eleuauerunt cor suum, & obliti sunt mei, & ego ero eis quasi leena. Semen quippe uerbi dei in spinis cadit & suffocatur, cum diuitum auribus exceptum, curis huius seculi mentem occupantibus nequit fructum facere. Tunc eñ (ut Ecclesiastes ait) pecuniæ obediunt omnia, actio, oratio, cogitatio, & omnes reliqui sensus ad quæstum intenti, uitæ sanctioris disciplinam non admittunt: quibus dicitur: Non potestis deo seruire & mammonæ. Qui ergo cumulandis opibus incumbit, dei cultum deserat necesse est. Quod siquando opum studiosi ad ecclesiam conueniant, corpe in tẽplo sunt, animo in foro uersantur, totus de mercemonijs sermo est: & dum recitantur dei ueba, illi de nundinis inter se colloquuntur, digni domino flagello eijcientis eos ac dicentis: Domus mea domus orationis est, uos autem fecistis illam speluncam latronum. Hi sunt filij Ephrem, non deum uerum, sed uitulos aureos adorantes, cũ aurum argẽtumq; pro dijs habeant, & de illis quoq; dici queat, quod in Oseæ propheta est scriptum: Aurũ suum & argentum suum fecerunt sibi idola, ut interirent. Vnde etiã Paulus auaritiam simulachrorũ seruitutem appellat. Si eñ illorum qui gulæ indulgent (iuxta eundem apostolum) deus uenter est, cur non pecuniam eorum deum esse diximus, q̄bus nihil charius est pecunia? Nam siquãdo aliq̄s fidelis disciplinæ præceptor in illicitos contractus, in usuras, in immodicam lucrandi cupiditatem inuectus fuerit indignantur, reclamant, in furorem uertuntur, non minus q̄ artifices illi Ephesiorũ, cum Pauli p̄dicationibus idola destrui uidissent, quæ ipsi conficiendo lucrabant. Dolebãt

Eccl. 10 · Luc. 16 · 3 Reg. 12 · Oseæ, 8 · Col. 3

Act.9 em nõ relıogionis uanæ dispẽdium, sed artis suæ detrimẽ
Diuitũ ui tum. Diuitũ præterea uitiũ est, alijs inuidere, inani gloria
tium duci, pro bñficio grariã non referre, mendacijs niti, mortis
recordatione contremiscere, nec tamẽ ideo fieri meliores.
Inuident ditioribus, immo & æqualibus: utq; alios opulentia superẽt, fœnore ac rapinis rem quærere fas putant.
His psalmista imprecať, dicẽs: Præcipita dñe & diuide linguas, eo℞, qm̃ uidi iniqtatem & contra dictionẽ in ciuitate die ac nocte, & non defecit de plateis eius usura & dolus. Præcipitari eos in infernum petit, nõ uoto odij, sed p̃sci
Psa.54 entia futuri. Tunc em̃ & linguæ eo℞ in diuersum diuiden
tur cum præter spem opes illas, in q̃bus confidebant, repẽte derelinquere cogẽtur. Iidẽ gloriæ auidi sardonicatas manus & sericas uestes uulgo ostentant, ut honorentur q̃bus illa Magonis Vergiliani uerba cõueniunt. Est domus ampla iacent penitus defossa talẽta Cælati argẽti, sunt auri põ
Ezechias dera facti infectiq; mihi. Qua iactantiæ uanitate cũ Ezechias quoq;, qui iustus erat, peccauerit: quomodo poterũt iniqui ea carere, q certe magis opibus q̃ uirtute clari esse cupiunt? Sed quantum uolunt glorientur, cum interierint, non sument omnia, neq; descendet cum eis gloria eorum nudos & fortunæ & animi bonis gehenna excipiet, tanto miseriores futuros, quanto sibi uidentur feliciores. Recte
Hiere.9 itaq; admonẽtur a domino per Hieremiam dicente. Non glorietur sapiens in sapientia, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitijs suis, sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum dñs, q facio misericordiam & iudiciũ & iustitiã in terra.
Ingrati Ingratos etiam facit habẽdi auiditas: nõ attẽdunt quantũ acceperũt sed quantum ipsi appetierint: & qm̃ nullum beneficium æquare potest auari hominis cupiditatem, im-
Nabal memores bñficiorum fiunt. Nabal diues pecudum & agri
1.Reg.25 parum quid petẽti Dauidi nihil dedit, oblitus q̃ ille paulo ante & gregem eius & pastores ab aliorum iniuria defendisset. Non p̃pendebat Nabal quid de se meritus esset Dauid dum nequid de opulẽtia sua minuatur timet. Ideoq; illos qui a Dauide missi fuerãt, non solum uacuos rebus di

misit, sed etiam cum probro repulit. Ac fere tales diuites sunt, si quid offers, libenter accipiunt, si quid repetis indignantur. De his in Ecclesiastico dicitur: Donec accipiant, osculantur manus dantis, & in promissionibus humiliāt uocem suam, sed in tempore redditionis loquentur uerba tedij & murmurationum. Ad hæc nihil illis fallacius est: qui enim diuitias amat nec periurare timet, nec alios fraude circumuenire dubitat, nec eum omnino aperte mentiri pudet, si quid ex eo se facturum lucri credit: neq; quisq; est qui in leuissimis etiam rebus tam facile iurat q̄ diues auarus: tunc autem maxime, cum e re sua fore sperat, si uerbis fecerit fidem. Nullum postremo timidius est animal ad expectationem mortis. Putat se statim decessurum, si febriculæ igne correptus incaluerit. Ad medicos curritur, nisi & hoc auaritia uetuerit. Ille interim pauidus ingemiscit, luget, anxiatur, & tristius sibi uidetur a diuitijs q̄ a corpore discedere. Inde scriptum est: O mors q̄ amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis. Torquetur cogitans cui illas relinquat, quis illis post se fruetur, quas ipse tanto labore quæsiuit tanta sollicitudine auxit, tanta parsimonia ne minuerentur sustentauit. Tum si forte in mentem uenerint usuræ, fraudes, rapinæ, quibus in acquirendo usus est, magis nequitiæ suæ conscientia cruciabitur, de salute desperans, seq; iusto dei iudicio mox damnandum uidens. Turbabūtur em̄ (ut psalmista ait) a facie eius patres orphanorum & iudices uiduarū. i. qui miserorum tutelam suscipientes bona eorum per dolum usurpāt. Turbant̄ q̄a se reos esse non ignorant una cū illis q̄ in inferno sunt computandos. Quod si in lege Amonites & Moabites ab ecclesia dn̄i repellunt̄, quia noluerunt succurrere Israchelitis cum pane & aqua, quanto magis isti, qui etiā aliena iniuste possident, hæreditate regni cœlestis indigni erunt? Tot auaritiæ mala consyderans apl's dixit: Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationes & laqueum diaboli, & desyderia multa & nociua, q̄ mergūt hoīes in interitū & pditionē: radix em̄ oīm maloɳ est cupiditas. Quā qdā appetētes errauerūt a fide, & inseruerūt se doloribus multis.

Eccli. 41 · Psal. 67 · Deu. 23 · 1. Timó. 6

Ad diuites exhortatio. Ca. XX.

RESpicite igitur ac perpendite diuitiarum mala diuites, & iam non ad luxuriam his utemini, sed ad liberalitatem. Si diuitiæ affluant nolite cor apponere, si desunt nolite concupiscere. Quæ nam stultitia id est appetere, quod neque seruos repudeat, neque reges satiat, et tot malorum quot diximus, immo plurium q̃ diximus causa sit? Aut si nihil ex opulentia mali metuitis, hoc saltem negare non potestis, quod omnis terrena possessio fluxa, atque fragilis sit, semperque citius de manibus elabitur, quam retinenda speratur. Cuius rei Salomon non ignarus, cum immēsas opes & cuiusque generis uoluptates sibi comparasset, exclamauit: Vanitas uanitatum & omnia uanitas; detestatusque est

Eccl. 1 industriam suam in acquirēdo, incertus de hærede, & certus nihil diu permansurum sub sole. Audite ergo dñm saluti uestræ consulentē. Nolite, inquit, thesaurizare uobis the-

Matt. 6 sauros in terra ubi erugo & tinea demolitur, et ubi fures effodiunt & furātur: thesaurizate autem uobis thesauros in coelo, ubi nec erugo, nec tinea demolitur & ubi fures non effo-

Apostoli diunt nec furantur. Ipsis quos in suū elegit consortium præcepit, ne aurum uel argētum possiderēt, nec pecuniam in zonis nec perā in uia, nec duas tunicas, neque calciamēta, neque uirgam. Et quisnā opes opibus cumulando ei se placiturum cōfidit? Si seruus Christi es, cur ille pauper & tu diues es? Si discipulorum eius locum tenes, cur illorum paupertatem non imitaris? Quid tibi prodest si uniuersum mundum lucreris, & animæ qua nihil pretiosius est detrimētū patiaris? Igitur dilargitis tādē istis caducis labilibusque rebus ad æterna & nūquam

Psal. 118 defitura bona mentē erige, & cū Dauide deū deprecare: Inclina cor meū in testimonia tua, & nō in auaritiā. Atque ita dñi suffragāte grā uinces improbas habēdi appetitiōes, præceptūque implebis in euāgelio dicētis: Videte & cauete ab omni auaritia, quia nō in abundatia, cuiusque uita eius ex his quæ

Luc. 12 possidet. Vt uidelicet aliquis ob hoc quia diues est aut diutius uiuat in terra, aut felicius in coelo. Vitæ enim æternæ premia nō opulētiæ dantur, sed uirtuti. Dissolue colligatiōes impietatis, solue fasciculos deprimentes, ut pondere aua-

ritiæ liberatus, leuis & alacer expansis obseruatæ in paupe-
res benignitatis pennis tollaris in cœlũ, & ab illis in super
na tabernacula recipiaris, quibus hic benefeceris. Et tan-
dem ad dñm conuersus dicas: Quæ est expectatio mea, Psal. 38
nonne dñs? & substantia mea apud te est.

De beneficijs conferendis ut deo similes simus. Caput. XXI.

Post eleemosynarũ dissertationẽ de alijs etiam benefi
cijs restat quærendũ, tam in dando q̃ in accipiendo
gratiaq; referenda. Dare beneficia deũ imitari est, cũ Dei bene-
dei natura maxime benefica atq; benigna sit. Iam primũ ficia
ut in psalmis dicitur, fecit cœlos in intellectu, firmauit ter-
ram super aquas, fecit solem, lunam, stellas, ignem, aera,
uentos, diem, noctem, uer, æstatem, autumnũ, hiemẽ: fœ
cundauit humũ fructibus, herbis, arboribus, distinxit flu-
minibus, ligauit montibus, ditauit metallis, ornauit gem
mis, repleuit bestijs. Oĩs gñis animãtia constituit: alia q̃ Psal. 135
aera peruolarent, aliæ quæ per terram reperent, alia quæ in
aquis natarent. Cuncta deniq; quæ uidemus, & quæ non
uidemus ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata
sunt. Cui aũt ista seruirẽt, quiq; istis præesset atq; dñaretur
hoĩem ipsum formauit. Cuius dignitatẽ & excellentiã pro
pheta contemplatus, & ad autorẽ suũ cõuersus in uocem
prorupit, dicens: Quid est hõ, q̃ memor es eius, aut filius Psal. 8
hoĩs, q̃m uisitas eum? minuisti eum paulominus ab ange-
lis, gloria & honore coronasti eum, & cõstituisti eũ super
opera manuũ tuarũ. Oĩa subiecisti sub pedibus eius oues
& boues uniuersas, insup & pecora campi, uolucres cœli
& pisces maris, qui pambulãt semitas maris. Vt autẽ oĩa
subiecta essent hoĩ intelligẽtia, ratiõe, sapiẽtia, & cogita-
tionũ interprete lingua eũ insigniuit, ac sibi in parte simi
lem reddidit. Eidem leges præceptaq; dedit, per quæ uerã
æternamq; beatitudinẽ cõsequi posset, de terra translatus
in cœlũ, de corruptiõe ad incorruptionẽ, de mortalitate ad
immortalitatẽ. Atq; etiã ut post præuaricationẽ, per quã
a tanto exciderat bono, pristinę gratię statũ eidem repara-
ret, filiũ suũ unigenitũ misit, qui humanę mortalitatis car-

ne assumpta pro homine se deo patri in sacrificium obtulit, omnesq; per primorum parentum culpam sub maledicto uenundatos suo ipse sanguine redemit, etiam in ingratos beneficus, & in delinquentes pius. Primus in se credētibus regnum coeleste promittere coepit. Primus poenitentibus paradisi ianuam aperuit, quo primus deuicta morte cum corpore ascendit, ut sequentibus pararet locum, & post se per sua incedētes uestigia clementer susciperet, omniumq; bonorum quæ homini tribui decens fuit, faceret cōsortes. Tot tantisq; beneficijs dignam referre gratiam non est opis humanæ: quibus etiam propheta se imparem cōfitetur, dicens: Quid retribuam domino pro omnibus quę tribuit mihi? Sed quoniam ipsi melius q̃ nobis nota est inopia nostra, nihil aliud exigit, nisi ut in eum credamus, ei seruiamus, eius mandatis legibusq; pareamus. Hoc si præstabimus, neq; bene fecisse nobis illum poenitebit, neque ea quæ pollicitus est pigebit exhibere: ac tanto quidem libentius hoc faciet, quanto nos magis in impartienda proximis nostris humanitate exerceri uiderit. Is enim proxime ad similitudinem eius accedit, cui potissima cura est operum charitatis. Hunc igitur sequamur, hunc ipsum q̃ possumus diligentissime imitemur, beneficia tribuendo, sicut ipsum & fecisse & facere nouimus, tam petentibus q̃ non petentibus, tam inimicis q̃ amicis, tam ingratis q̃ gratis. Ille Paulum non supplicantem, immo repugnantē & inuitum ad se conuertit, & de persecutore apostolū suum fecit. Alijs uero supplicantibus & sanitates restituit, & peccata donauit. Idem amicis bona largitur æterna: pro inimicis, a quibus crucifigebatur, orauit. Et Iudæ non ingrato solum, sed etiam malum pro beneficio reddenti, sui corporis mysteria obtulit, pedes lauit, osculum non negauit, nulla deniq; beniuolentiæ signa subtraxit. Si ergo similes Christo effici cupimus, ut debemus, omībus si fieri potest benefaciamus, lædamus neminem.

Psal. 115

¶ De beneficijs dispensandis. Caput. XXII

PEtentem obligant beneficia, non petentem prouo-

cant: amicos conseruant, inimicos reconciliant: gratos delectãt, ingratos assiduitate emẽdãt. Non sunt tñ oĩa danda siue illa petantur, siue nõ petanť: sicut etiam de eleemosynis est dictum: beneficiumq; erit nolle dare, quod nociturum esse noueris: licet roget ille, licet instet, licet indigneť, tu pernega. Illud autem da, quod non solum accipere eum delectat, sed etiam accepisse. Si eñ quod male cessurum est dederis, gratias tibi aget donec iudicio officit affectus: cum autem damnum sentire cœperit, execrabitur, & amici gladio se perire clamitabit. Sin uero non dederis, q̃ primum durum te & inexorabilem amicis conquæretur: deinde cum ad se rediens causam negationis iustam fuisse cognouerit, uere se abs te amari fatebitur, & tibi debebit, q posttulata non concedendo eum periculo eripueris, in quod uelut effrenis equus impetu ferebatur. Atque hanc quidem ob rem ipse bonorum omnium distributor deus non omnia orantibus præstat, alius poscit diuitias, alius prosperam corporis ualetudinem, alius magistratum: & ipse qui nouit quem finem singula habitura sint, respondet: nescitis quid petatis. Fit enim sæpe numero ut talia adepti animæ suæ detrimentum patiantur. Quod ergo fortasse concederet iratus, denegat propitius, & nescimus. At uero si in eum qui nihil petit ultro beneficium contuleris, plus tibi gratiæ habebitur, q̃ si roganti non negasses. Bis esse gratum aiunt, quod opus est, si ultro offeras. Eum præterea qui iusta petit, & re ipsa quam petit satis indigere uidetur, promissis ne in longum trahas, cum protinus possis tribuere: dilatum beneficium minuit gratiam, cito datum auget. Hinc est præceptum illud Salomonis: Ne dicas amico tuo, uade & reuertere, & cras dabo tibi, cum statim possis dare. Minus offendes petita, q̃ primum denegando, q̃ postquam promiseris de die in diem producendo. Dum enim quod poscenti pollicitus es, præstare remoraris, ille interim ab aliquo alio fortasse recepisset, sed tibi credens tentare aliorum beniuolentiã supuacaneũ sibi iudicauit: q si nihil tunc demũ cũ datũ oportuit dederis; nõ solũ quod ipe spopõdisti ei dene Prouer. 3

gas, sed etiã quod alius facile tribuisset aufers. Dũ em̃ ille expectat, dum sperat, dũ iam dubitat, atq; de promissoris fide ambigit, & petendę aliunde rei tempus amisit, & occasionẽ fruendæ: deniq; quicquid ex eo sibi incõmodi accessit, tua causa passus est. Aut ergo statim da quod petitur, aut statim nega: aut si tam cito dare nequiueris, diem certum constitue quo daturus es, & ipm ne prætereas: ut ille sciat, an e re sua erit, tantisper expectare. Suspensum aũt tenere expectantẽ, & cras atq; aliud cras absq; promissi satisfactione elabi sinere, nõ beneficiũ est, sed iniuria: & breuiter simulator est, non amicus, qui promittit quod nõ est facturus. Beneficiũ merentibus dare, accipere est. Nemo em̃ non magis illius iudiciũ q̃ beneficiũ laudat, qui digno dedit: atq; in hoc maxime deũ imitatur, cũ deus ipse in optimũ quẽq; maxime beneficus sit, nec nisi bene de se merentes ad beatitudinis gloriã faciat ascendere. Ideo in Ecclesiastico est scriptũ. Benefac iusto, & inuenies retributionem magnã; & si non ab ipso, certe a dño. Eligas igitur oportet, cui præcipue benefacias, ut beneficijs bene recteq; collocatis, & amicos tibi cõpares, & deũ magis demerearis. Vt aũt quisq; maxime indiget, ita & maxime erit adiuuandus. Qui uero ditiorꝫ delectũ facit, quibus beneficia impendat, non amicus est, sed fœnerator. Vsuram em̃ cum sorte simul exigere uidetur, qui locupletioribus donat: dignus decipi, qm̃ de recipiendo cogitauit cum daret. Cæterꝫ inimicis quoq; benefacere iubemur, dicente dño:

Matth. 5 Benefacite ijs qui oderunt uos. Et apostolus. Si esurierit, in

Roma. 12. quit, inimicus tuus, da ei cibum: si sitierit, da ei potũ: hoc faciens congeres carbones super caput eius: ut uidelicet qui odij duritia concretus est, postq; tuo beneficio fuerit superatus, liquescat ardore charitatis, & simultatẽ in beniuolẽtiam conuertat. Ne ingratis quidẽ subtrahenda sunt beneficia: q̃uis em̃ illi non referant gratiã quã debent, referet ille qui nullum bonũ sua fraudat mercede: qui solem suũ oriri facit sup bonos & malos, & pluit sup iustos et iniustos

¶ Qualiter nos gerere debemus in dãdis beneficijs. Ca. XXIII

IN omnes itaque beneficia conferenda sunt, sed tamen ut quo cuique opus fuerit, quodque cuique conuenerit detur, & merita singulorum spectanda erunt & necessitates & ingenia. Dignis non solum uitae subsidia, sed etiam honores atque officia deferantur. Inopes cibo, potu, tegumento tecto iuuentur. Amici & parentur beneficio & foueantur. Inimici ita palpandi demulcendique sunt, ut ad placabilitatem inclinent. Cum ingratis quoque sic agendum, ut in ijs ueteris beneficentiae obliuionem, nouae discutiat refricatio. Nam ueluti arua minus foecunda, si saepius fimum irrigationemque receperint, frugifera efficientur: ita ingratus recentibus admonitus beneficijs, praeterita quoque atque obliterata ad memoriam reuocabit, & uerecundia compulsus de reddenda gratia intentius meditabitur. Quaedam autem beneficia palam, quaedam occulte tribuenda sunt. Quae uirtuti debentur, palam dari conuenit, ut & honorandus appareat qui accipit, & alij eius exemplo ad actiones honore dignas excitentur. Is uero occulte erit adiuuandus, quem inopiae suae pudet: cui si quid in aperto obtuleris, magis proditum se dolebit, quam laetabitur adiutum. Beneficij obliuisci debet qui dedit, semper autem memoriter tenere qui accepit. Ideo saluator noster cum surdum Mar. 7
& mutum curasset, eis a quibus oblatus fuerat, ne cui dicerent praecepit, sed illi tanto magis praedicabant. Hinc igitur discas, & uitare iactantiam si beneficium dederis, & ingrati silentium si acceperis. Illud quod tua causa praestas, non est beneficium, sed seipsum amantis consilium. Non enim praestares, nisi tibi profuturum sperasses. Quod autem & tua & mea causa mihi donaueris, iniustus forem, nisi pro eo me tibi debere faterer: immo eo iucundius esse debet donum quod commodo atque usui est, & tibi dare & mihi accipere. Inuidi est enim suam tantum utilitatem spectare, & cum acceperis, quod alijs quoque profuturum sit, nolle beneficij loco ducere. Recte autem non esse beneficium contenderim, alteri aliquid eripere, ut alteri dones. Nam cum beneficium dare liberalitatis uirtus sit, & aliena rapere auaritiae uitium quomodo potest dici uirtus, quae uitio constat? Quis neget dare eleemosynam pietatis esse munus; & tamen offer

re in templum non licet, quod partũ est inique. Sic eñ in
Esa.61 Esaia legimus: Ego dñs diligens iudiciũ, & odio habens rapinã in holocaustũ. Ergo inquies, si beneficiũ non est quod accepi, nihil debeo illi a quo accepi? Nihil plane ei a quo accepisti, sed cui ablatũ est ut acciperes. Huic redde suum, & ei nihil debebis, qui largitus est alienũ. Ne concupiscere quidẽ iniuste rem proximi tui iuberis, nedũ possidere. Porro nullũ maius beneficiũ hoĩ ab hoĩe præstari potest, q̃ si quis pro aliorũ salute suam uitã periculis obiecerit, cũ inter presentia bona nihil uita charius habeat. Maio
Ioan.15 rem, inquit dñs, charitatẽ nemo habet, q̃ ut aĩam suam ponat quis pro amicis suis. Hanc profecto charitatẽ ipse nobis primus exhibuit, qui nobis sua morte aditũ uitæ æternæ reserauit. Hunc imitati sanctissimi martyres, contra principũ interdicta uiam adipiscendæ salutis alios palam docebãt, semet certæ morti & quidẽ per tormẽta sustinẽdę audacter exponẽtes. Proximi ergo aĩæ periculũ (si possumus) pręsentis uitę nostrę impendio propulsare debemus.
Ionas. Et si Ionas propheta tempestatẽ in mari passus mergi uoluit ne alij mergerent, q̃to magis præferenda est cuiusq; hoĩs aĩæ salus corporis nostri saluti? Oĩe tamẽ beneficiũ nõ tam res ipsa magnũ facit, q̃ uoluntas. Magnũ est, cũ libenter, cum cito offertur, cũ toto animi affectu impendit: displicet si cunctanter, si triste, si superbe, si serius q̃ oportuit præstatur, si deniq; pene a nolente & inuito extorquet. Quemadmodũ igitur rem multi pretij uilitat frigida uoluntas tribuentis, ita exiguum etiam beneficiũ gratũ efficit in conferendo animi promptitudo atq; facilitas. Illi quoq; plus debeo, qui parui modiciq; sui peculij participẽ me fecit, q̃ qui diues multũ donauit. Plus eñ largitus est, cui minus quo ipse fruatur restat. Hanc uerissimã sententiã do
Matth.12 mini confirmat autoritas. Cum eñ quidam diuites in templo grandem offerrent pecuniam, plus oblatum dixit a uidua paupercula, quæ duo tantum minuta æra obtulerat. Satis hæc de tribuendis beneficijs, nunc de accipiendis reddendisq; exponamus.

¶ De beneficijs accipiendis. Ca. XXIIII.

AB illo accipere beneficia oportebit, cui nos debere delectat. Molesta res est, his quibus nolis esse deuinctum. Econtrario aūt iucundissimū est, ei quē nullo etiam intercente beneficio diligeres, accepto obligari, & causam referendæ gratiæ habere. Ab optimo quoque beneficium accipere tam gratum est q̃ testimonium habere ipsorum erga nos amoris. Læto uultu gratoq; animo sicuti dandum ita & accipiendum erit beneficiū: qui contemptim acceperit, iam ingratus est, si sibi beniuole præstitum est. Ille uero qui hilare accipit & libenter, iam persoluit maximam beneficij partem, quæ in animo est. Reddit enim pro beniuolentia beniuolentiam, licet nondum munus pro munere retulerit. Deest interdū referendi copia interdū occasio: & q̃ diu ista desunt, qui accepit beneficium tanq; relaturus, iam retulisse uidet: quia satis est uoluisse, quoties posse non occurrat. Ab illo qui infamia notatus est, & turpiter uiuit, non accipias beneficiū, ne perditis moribus eius fauere uidearis: nisi forte eo accepto, & inita cum hoīe familiaritate spes fuerit, tuis admonitionibus eum reuocandi, sibiq; restituendi, ne in nequitia obduratus pereat, Cunq; etiā malis benefaciendū sit, non est prætermittenda benefaciendi occasio, si tunc se offerat, cū ille qui corrigi debet, munus aliquod porrigit. Tunc etiā a malo accipiendū erit, cū ille deterior futurus timetur, nisi acceperimus. Tyranno eñ aut improbo aliquo domino munus ultro porrigente, si non acceperis, contemni se putabit, & qui prodesse uolebat, mutato animo offendet. Ab hoc genus hominibus non est liberum nolle accipere. Nec tamen illi quicq; pro eo debeo, quod inustus accipio: reddam si repetet: non ut benefactori, sed tanq; creditori. Et si reddidero, gaudebo me ab illius beniuolentia esse solutum, qui dignus est odio. Alia quoq; causa est accipiendi beneficij etiam ab impijs, cum uidelicet eo accepto dat facultas benefaciendi bonis ac iustis. Sic Ioseph accepit a Pharaone, sic Daniel a Nabuchodonosoro: non hoc quidē ut ipsis gratiam deberent, sed ut suis prodessent.

¶ De beneficijs reddendis Ca. XXV

PORro in referenda gratia tales nos praestemus, quales esse decuit in beneficio accipiendo. Cui refertur, sentiat. q̃ꝫ libenter q̃ꝫ iucunde sibi referatur, ut laetus sit: se quoqꝫ prudenter egisse, q in hoie tam grato suum collocarit beneficiũ. Nihilominus soluta etiam gratia, nos ei debere fateamur, quia dignos nos suo beneficio iudicauit, quia prior ad amicitiam uenit, ut merito redametur, qui coeperit amare, Interim si grati esse uolumus, nunq̃ꝫ patiamur excidi memoriã collatoꝝ in nos beneficioꝝ. Ingratus est qui non reddit: audeo dicere non minus ingratus ẽ qui non meminit: qm̃ ne tunc quidẽ gratus fuit, cũ acciperet. Quod em̃ libenti animo accipimus, id nõ facile obliuiscimur. Illa uero facillime obliterari solent, quae minimi aestimãtur. Qui ergo oblitus est, is profecto testatur, se pro uili habuisse quicquid accepit. Referrem, inquis, si accepti memor fuissem: immo memor accepti fuisses, si referri gratiam cogitasses. Ipsa obliuio te ingratitudinis accusat, qua te defendere ab ingratitudine conaris. Quae autẽ res est quae praecipue faciat ingratos? alios certe superbia, alios auaritia. Illi dignos se beneficio existimãt, & dedisse putant cum acceperint: hi uero accepisse se dissimulant, ne reddant: & quanto cupidius acceperunt, tanto in reddẽdo lentiores existunt, nihilqꝫ se fecisse lucri arbitrantur si paria reddiderint: quasi uero gratũ esse non uirtus sit, sed uitium. Quod em̃ turpe est id utile putant: & quod honestum est, hoc sibi incommodo esse existimant. Ideoqꝫ alterum respuunt, alteꝝ affectant, & ingratitudine pro quaestu utuntur. Duo aũt ista, arrogãtia uidelicet & cupiditas, cum omibus uitanda sint, tum ijs maxime qui uel benefici, uel grati esse cupiunt. Non referre gratiã cꝫ possis, turpissimum est: cum nõ possis uelle tm̃ retulisse est. Caeteꝝ illi q non reddere lucrari esse existimãt, multũ quidẽ fallunt. Quis em̃ in eum iterum beneficus erit, cuius ingratitudinem semel fuerit expertus? Itaqꝫ rarius accipiet, qui in reddendo negligentẽ se praestabit. Illi uero qui capessendis uirtutibus operam impendunt, non rerũ emolumenta sequuntur, sed morũ. Eis incumbunt officijs, eoꝝ cura stu-

dioq; distringuntur, in quibus uersantes, non diuitijs, quæ improbis etiam communes sunt, sed quod quod longe beatius est, uitæ sanctimonia proficiunt: Quinimmo contemptus calcatisq; opibus ad solam uirtutem confugiunt, neq; hanc se consequi posse sciunt, nisi alias abiecerint. Et cum nihil pretiosius uirtute sit, quis negauerit eos multũ lucrifacere qui in dando reddendoq; beneficio & liberales imprimis & grati esse student? Hæc enim ea res est, quę amicos comparat, quæ inimicos placat, quæ deum propitiat, quæ immortalitatẽ mortalibus donat, & de terra sublatos cœlo inserit sedibusque sanctorum: ut semper beati sint, qui ut charitatem seruarent, semper munifici liberalesq; fuerunt. Is autem qui in beneficijs compensandis dati acceptiq; ratiões dispungit, nec liberalis profecto, nec gratus est, sed cupiditati seruiens negociator, & terrenis tantum ac perituris inhians bonis, non ad cœlestia animum intendens & æterna. Virtute autem contentus esse debet, & non suum sed alienum respicere commodum, tam ille qui confert beneficium, q̃ qui gratiam refert, atq; uterq; ita se gerere, ut deo magis placeat q̃ hominibus, Quos hominibus placere magis delectat, ab hominibus captant gloriam, & a deo non accipiunt mercedem: debitaq; uirtutis pręmia amittunt, dum quicquid recte laudabiliterq; egerint, uanitati tradũt, & non in eum finem, in quem dedent, dirigunt.

¶ Utrum debemus pro beneficio cui successit iniuria. Ca. XXVI.

QVid inquiet aliquis, si post bñficium acceptum affectus sim iniuria, debeo ne aliquid pro bñficio? Non uidetur mereri gratiærelationem qui bñficium suum consequenti corrupit offensa. Itaq; non eris ingratus, si ei bñficium non reddideris: qui quantũ intulerat boni tantum postea mali irrogauit. Intuendum igitur minor ne an maior sit iniuria q̃ bñficium. Minoris enim iniuriæ obliuisci debes, & memor esse bñficij. Cum uero maior uel par fuerit offensa, obligatione bñficij absolutus est neq; gratiam debes illi, qui gratiæ meritum lædendo ami

sit. Iniuriam tamen omnem, quantacunque fuerit, remittere debemus, nec uindictam appetere, propter eum qui ait: Dimittite & dimittetur uobis. Sed si condonata est iniuria inquies, cur non manet beneficium? Iniuriam remitte ne deum offendas: beneficium reddere supersede, si ita tibi expedire uidebitur, ne homini qui non meretur gratiam referas. Alioquin qui sine causa ingrati sunt, quamuis nulla lege puniantur, deum tamen habent ultorem. Agar ancilla beneficij immemor quod acceperat, dominam suam probro affecit: ob hoc eiecta cum puero quem genuerat, famemque sitim pertulit pro culpa. Absolon patrem, cui charissimus erat, a quo fraternæ cædis ueniam acceperat, regno pellere moliebatur: sed tantæ ingratitudinis scelus merita nece persoluit, telis confossus inimicorum. Nabalis in Dauidem ingratitudo de summis diuitijs ad summam ipsum redegisset paupertatem, nisi uxor eius Abigail multis oblatis muneribus pro illo satisfecisset. Scias igitur deo atque hominibus pariter inuisum eum qui ingratus est, tantoque magis si pro bono malum reddit. Tunc enim non solum ingratus est, sed etiam iniurius.

Agar Gen. 16

Absolon 2. Reg. 18

Nabal 1. Reg. 25

Libri Quinti finis.

EVANGELISTARII MARCI MARVLI LIBER

Sextus, sub charitatis titulo, qui grati sint in deum uel ingrati, quo pacto prædicatorem docere conueniat quomodo labori manuum ut otium euitetur insistendum sit: in quo denique uera & falsa consistat humilitas, diserte edocens.

Utrum deo reddi possit beneficium. Ca. I



ON possumus (qđã aiunt) deo dare bñficiū, cū eius oĩa sint: sic neq; grãm referre, cū nullius rei idigeat, bonorũq; oĩm plenissimus existat. Quid ergo sæpe in scripturis de ingratitudine nr̃a q̃rentẽ audimus. Ingratitudinis aũt non iure argueret qui gratus esse nequiuisset. Quę igiť illa res est, quę nos erga deum aut ingratos reddat, aut gratos faciat? Cuncta nãq; dei sunt: quicquid dare uoluero, de suo dem necesse est: quicquid reddere conabor, ipse dedit quod reddo. Quid habes, inquit apostolus, quod non accepisti? Sed a quo omnia quæ habemus accepimus: ei proculdubio nec dare nec reddere quicq; possumus, nisi quod ipse largitus est. Si tamen esse aliquid beneficij, quod seruus domino suo tribuere possit inuenerimus quamuis omnia quæ seruus possidet, domini sunt, inueniemus & quod homines offerre queant deo, & illi oblatum beneficij loco habeat, offerre uero nolentem ingratitudinis damnet. Quæro igitur si seruus fideliter seruit, si domini iussa nauiter exequitur, si rem gratam domino facturus non dubitat subire capitis periculum, si nec uiuere cum illo, nec mori pro illo, si casus inciderit, recusat, pręstat ne dño bñficium an non? Si negaueris, respondebo tibi, sine causa ergo benignius q̃ reliqui eiusdem conditionis a dño accipitur, sine causa manumittitur, & iam non ut seruus aut libertus sed ut filius diligitur. Immeriro certe ista in seruum conferunť, si nullum dño bñficium pręstitit. Sed qui talia a dño meruit accipere, negari nõ potest: quin pręstiterit aliquid, ob quod talia accipere uisus est dignus. Rursum si erro fugitiuusq; fuerit, si imperium dñi contẽpserit, si furto non abstinuerit, si petulans, si mendax, si ebriosus, si rixosus, si deniq; nequam fuerit, nonne uinculis cõstringetur, stigmate notabitur, furcam ferre cogetur,

flagris uerberibusq; cædetur, & uel uenundabitur uel perimetur? Inique talia passum diceremus malum seruum nisi offendisset: sicut bonum non iure remuneratum, nisi aliquid præstitisset. Cum igitur omnium hominum unus dominus deus sit: & omnia quæ possidemus, ab ipso accepe rimus, beneficium tamen ei præstamus, uel uerius reddimus, quoties mandatis eius paremus, quoties consulta sciscimus, monita implemus, & in omnibus ipsi soli obsequi nitimur. Offendimus autem si his contraria agimus. Ideoq; ab illo, & iusti premium referunt, & pœnam iniqui non q deo ex benefactis hominũ aliquid accedat, aut decedat ex malefactis, cui neq; addi quicq; neq; adimi potest: sed quia idem tum iustissimus, tum optimus sit, non potest non odisse malos, neq; bonos non diligere: & hoc quidem pro beneficio sibi dato æstimat, si quod præcipit facimus, pro offensa si non facimus: atq; ideo alios gratos uocat, alios ingratos: hos punit, illos efficit beatos. De

Mat. 25 ingratis dicturus est, si euangelio credimus: Quodcunq; uni ex minimis meis non fecistis, nec mihi fecistis e cõtrario autem gratos illud beneficium sibi præstitisse fatebitur, quod indigentibus præstiterunt. Ingratos damnabit, dicens: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Gratos uero ad se uocabit & dicet Venite bñdicti patris mei, possidete regnum uobis paratum a constitutione mundi, ab initio æternitatis. Vide igitur qua ratione & demus deo bñficia & accepimus præmia: & quomodo si non dederimus, mulctandi simus.

Atq; ut apertius hoc quod astruimus intelligas, qui in deũ credit, qui deo obtemperat, qui deum diligit, honorat, colit, ueneratur, gratus est. Incredulus, expes, impius, deum hominesq; contemnens, ingratus est. Nullum postremo peccatum quod legi aduersatur diuinæ, ingratitudinis uitio uacat. Illum enim offendimus, quoties peccamus: a quo cuncta bona, quæ homini dari queunt accepimus: accepturi adhuc meliora, si non ingrati decesserimus. Operæpretium erit huiusce rei proponere aliquot exempla: & primo eorum quos dominus gratiam sibi referentes am-

plexatus est: deinde illorum quibus pro ingratitudine intulit mala: ut cum præsentia consyderauerimus, de futuris non ambigamus, beatos uidelicet, & in cœlo fore, qui sic a domino diliguntur in terra: econtrario autem in inferno quoq; cruciandos esse, si non se correxerint: qui anteq̃ eo descendant, pro scelere puniuntur.

De gratis erga deum in testamento veteri. Ca. II.

IGitur ut ab ijs qui ante diluuium fuere initium capiamus, gratus erga deum fuit Abel, qui primogenita & pinguiora quæq; gregis sui offerebat domino: q̃ aũt propterea a dño dilectus fuerit, scriptura testat̃, ait em̃: Respexit deus ad sacrificia Abel, ad Cain aũt sacrificia non respexit. Maledixit quoq; Caino dñs: quia ille ob hoc ipsum fratri inuidens, q̃ sibi præferretur, ad se euocatum interfecerat. Gratus fuit Enos; primus quippe cantica quædam hymnosq; composuit, quibus nomen domini inuocaret: pro quo dedit ei dominus, ut filios gigneret, & nongentos quinq; uitæ annos absq; offensa impleret. Gratus fuit Enoch; neq; enim diceretur ambulasse cum deo, nisi ei semper obsequentissimus fuisset. Morum itaq; sanctimonia meruit, ut uiuens ad beatiora q̃ est mortalium habitatio loca trãsportaretur. Gratus fuit Noe, nam & ipse cum deo ambulasse dicit̃, & ꝑfectus iustusq; fuisse. Proinde dignus fuit, qui mundo ꝑ diluuium pereũte solus cum filijs ac nuribus fieret superstes, & omnium quæ aquis deleta fuere, reparator existeret. Post diluuium uero gratus fuit Abrahã. Posuit em̃ altaria dño, uictimas obtulit, decimus ꝑsoluit, deo credidit, & reputatũ est ei ad iustitiam: deniq; ut dño obediret, filio nõ pepercit: Ob hoc quidẽ cum deo colloq̃t, pater multarum gentium constituit̃, in semine eius quod est Christus benedicendæ omnes nationes deo promittente nascũtur. Gratus fuit Loth; ut enim deo placeret, domi peregrinos acceptauit, quare meruit fieri hospes angeloꝝ, & superesse Sodomitis, iter quos habitabat, igne et sulphure de cœlo pluente ob scelera consumptis. Gratus fuit Isaac

Abel Gẽn. 4
Enos Gẽn. 5
Enoch Gñ. 5
Noe. Gẽn. 6
Abraham Gẽn. 11
Loth. Gẽn. 19

qui cum centum octuaginta uixisset annos, in his omnibus domino suo non peccauit. Per quod digne autem deo gratia refertur, cum innocētia per omne uitæ curriculū inoffensa seruatur. Hic igitur bene de deo meritus cum sementem fecisset, centuplum collegit, geminos genuit, in quibus bñdicendis errare non est permissus, non enim cui uoluit, sed cui debuit benedixit, ut Abraæ patris genus in Christum dirigeretur. Gratus fuit Iacob: in nullo illum scriptura accusat, & deo charissimum fuisse beneficia testantur. Ad eum primogenita fratris Esau, trāsferuntur, dicēte domino: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Cum obdormisset, scalam uidit a terra ad cœlum extentam, & in ea angelos ascendentes & descenēdtes ac dñm cacumini innixum: qui terram in qua quiescebat ei promisit, regnumque eius longe lateque diffundendum prædixit. Inde ille parens efficitur duodecim liberorum, qui duodecim tribubus nomen dederunt, coeptusque est uocari Israel: hoc est deum uidens, & uidi, inquit, dominum facie ad faciem. In Aegyptum transmigrans multiplicatur. Liberis quæ euentura erant moriens prophetauit. Gratus fuit Ioseph. In Aegypto dum seruus esset & iuuenis impudenter se ingerentis dominæ libidini non consensit, maluitque uitam suam periclitari, quam castitatē pollui, cum ab illa irata tentati adulterij insimularetur Magnam deinde fratrum in se iniuriā cum ulcisci posset, magnis rependit beneficijs eos quippe a quibus in seruitutem uenundatus fuerat, in Aegyptum urgente fame profectos benigne suscepit largiterque aluit. Erat enim secundus a rege, cuius uisa obscuritatibus inuoluta spiritui sancto reuelante plana fecerat. Gratus fuit Moyses: filias Raguelis sacerdotis uirgines a pastorū uiolentia tutatus est. Hinc a dño dux electus, Pharonem prodigijs terruit, populum Israel eduxit de Aegypto, quando mare se aperiēs aridum transeuntibus præbuit iter, & eorum persecutores oppressit aquis. Idem deinde in monte leges quas ad populum ferret, a domino accepit: nemo tam familiariter cum deo colloquebatur, nemo tam ardenter ab eo ad idola descisentes puniuit. Ipso saxum percutiente, fluxerunt aquæ:

Iacob Gen. 28

Ioseph. Gen. 39

Moyses Exod. 2

Exo. 32

ipso orante, Amalech superatus est. Gratus fuit Iosue, diuinis enim credens promissionibus populũ reges terræ quã ingressurus erat metuentem, spe uictoriæ animauit. Proinde dignus fuit, qui in demortui Moysi locum sufficeretur, & uictis hostibus regionem a domino promissam obtineret, eãq; per tribus diuideret. Ad hanc transeunti Iordanis refrenato aquarum cursu in sicco alueo uiam cessit. Hierecuntem obsidente muri corruerunt. Inimicos persequente sol & luna steterunt, ne noctis interuẽtu qui fugiebant elaberentur. Tot igitur miraculis testatum est, quantum ei dominus faueret; quia erga se in omnibus gratum fidumq; sciebat. Sed ne cathalogum sanctorũ texere uideat, grati erga deum fuere omnes illi patriarchæ, illi duces, illi sacerdotes, illi iudices, illi reges, illi prophetæ, qui in mandatis dei, in lege, in omnibus cerimonijs constanter pieq; permansere. Tales aũt eligere solitus est dominus, ꝑ quos populum erudiret, a seruitute liberaret, a ꝑiculis erueret, uictoria donaret, & de illis q̃ futura erant admoneret. Quod si benignissimus dominus fideliter sibi seruiẽtes, bñficiorumq; suorũ nõ oblitos, ita ut dictum est fouet, ita amplexaĩ in terris adhuc uiuẽtes, quanto magis ad cœlestis beatitudinis domicilia mansionesq; angelorũ translatos? Hæc de ueteris historiæ fontibus hausta iam exigere uidẽĩ, ut a nouæ salubrius fluẽtibus aquis aliqua deriuemus, ad candẽ gratitudinis uirtutem accommodata. Patriarchæ

De gratis erga deum in testamento nouo. Ca. III.

IEsus Christus dei filius, humani gñis redemptor ac saluator, patribus promissus, nobis exhibitus & datus: non præsentia bona hominibus polliceri cœpit, sed futura: nec terrenum largiri regnum, sed cœleste. Pœnitẽtiã agite, inquit, & appropinquabit regnum cœlorũ. Et ad latronẽ: Hodie mecũ eris in paradiso. Quod si tandem, non ut olĩ ad iferos aĩæ iustorũ descẽdãt, sed ĩ sublime angelorũ sedib9 ĩferãt, iucũdissimo dñi sui cõspectu ꝑ fruiturę, nõne multo nos causati9 q̃ prisci illi, de qb9 paulo añ ẽ dictũ deo seruire debemus, et soli nauare operã, cõtẽptisq; omni Matth. 4

bus ipsum unum, absq; quo nihil est beatum tota mente concupiscere? Merito igitur sequens credentium ætas ad omnia dura atq; aspera perferenda cœpit accingi, mollia uero respuere & delicata: atq; in his præcipue gratiam referre saluatori, per quæ maximum omnium beneficium se accepisse meminit. Quid enim maius aut optabilius esse potuit, quàm paradisum per tot secula primi hominis culpa

Luc. 24 clausum, per ea demum quæ Christus passus est, nobis fuisse reseratum? Oportuit enim pati Christum, & sic intrare in gloriam suam. Oportet igitur pati & nos, ac per uestigia eius incedere, si illo quo ipse præcessit, uolumus peruenire. Hæc est ergo nostrorum erga deum maxima gratitudo, pro amore illius, qui prior dilexit nos, uoluptates, opes otia contemnere, continentiam seruare, modico contentos esse, religiosæ uitę laboribus nunquam defatigari. Talem quippe pro beneficijs gratiam primo deo retulere apostoli, deinde martyres cæteriq; Christi serui, uirgines quoq;

Apostoli & uiduæ, omnesq; illi qui ecclesiæ autoritate in sanctorum collegio numerantur. Pro Christi nomine non dubitauit Petrus crucifigi, Paulus capite truncari, Ioannes in feruentis olei dolium nudus demergi, Bartholomæus uiuus excoriari, Thomas lanceis perfodi, Iacobus maior decollari, minor fusto fullonis, interimi, Stephanus lapidibus obrui, Laurentius igne cremari, omnes deniq; per tor-

Martyres menta consumi. Hoc idem propositum fuit reliquorum sanctorum omnium necem uidelicet a persecutoribus inferendam subire potius, quàm a Christi fide deficere. Illos quibus hoc contigit, apostolus ad Hebæos scribens pulchre

Hebræ. 11 percenset, cum ait. Alij uero ludibria & uerbera experti, insuper & uincula & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Noli expectare ut audias, quid hi prosperitatis in uita perceperint, qui ad quæq; laboriosa sustinenda magno animo se armauerant. Si tamen nosse desyderas, nihil illis prosperius contingere potuit, quam per aduersitatum patientiam ostendere, quali constantia, quantaq; fide Christum diligerent. Adde quòd in illos quoq; a quibus necem suppliciaq; passi sunt, ut

ctores fuerint. Præualuit enim patientium fides impietate persecutorum, & contempto inanium deorum cultu, ab omnibus adorari cœptus est Christus. Nequaquam sancti martyris corona ti triumpharent in cœlo, nisi in terra uicissent. Vera fidelium uictoria est, neque deijci aduersis, neque secundis efferri, deo magis quam hominibus obedire, & carnem spiritui repugnantem in seruitutem redigere. Quæ quidem & illi sancti, quos persecutionis non attigit gladius diligenter obseruarunt. Dum enim uiuerent, non cessabant Christo seruiendo uitæ institutа uel ipsi discere, uel alios docere, uigilijs, precationibus, ieiunijs, lectionibusque uacare, diuitias indigentibus distribuere & paupertate gaudere, uirginitatem uiduitatemque nuptijs præferre. Sic egerunt inter summos pontifices, Syluester, Gregorius, Leo, & Cælestinus. Inter episcopos, Martinus, Nicolaus, Ambrosius & Augustinus. Inter abbates Antonius, Hilarion, Hieronymus & Benedictus. Inter monachos, Dominicus, Vincentius, Franciscus & Bernardinus. Inter eremitas, Paulus, Thebæus, Honophrius, Arsenius, Archebius & Theonas. Inter uirgines, Maria uirgo simul & mater, ipsum enim genuit saluatorem, quem sicut de spiritu sancto concepit, ita sine uirginitatis damno peperit. Hanc secutæ sunt Tecla, Agatha, Agnes, Lucia, Catherina, Cecilia, Margarita, Barbara, aliæque permultæ, quas ad coniugium nulla blandientium promissa, nullæ furentium minæ, nulla sæuientium tormenta inclinare potuerunt. Omnia extrema perpeti malebant, quam domino semel promissam amittere uirginitatem. Inter uiduas uero perpetuam continentiam custodientes fuerunt, Anna, Paula, Galla, Melania, Monicha, & aliæ plurimæ. Talium uitam moresque sequatur oportet, qui cumulatissimam deo gratiam cupit referre, ac post relatam ab ipso suscipi & immortalitatis gloria in cœlestibus uestiri. Proponamus nunc ingratorum exempla: ut quos præmia ad uirtutem parum excitant, saltem pœna a uitijs auocet.

Fidei uictoria.

Pontifices
Episcopi
Abbates
Monachi
Eremitæ
Virgines
Viduæ

De ingratis ante diluuium. Ca. IIII.

PRimi parentes nostri donec beneficiorum memores iussioni diuinæ obtemperarunt, paradisi in quo positi erant, bonis fruebantur. Postquam uero per ingratitu-

Adam & Eua.

dinẽ a mandato recessere ligni uetiti fructũ gustando, eiecti de paradiso, laboribus, erumnis, morti subiacuerunt. Etenim peccauerant (licet postea pœnitentiã egisse credant) a quo corpus, a quo spiritũ, sensum, intellectũ, dei similitudinẽ acceperant: a quo, præesse bestijs terræ, & uolucribus coeli, & piscibus maris iussi erant: ut his quæ terra proferret uescerentur: & simul ligna, lapides, metalla, ignẽ quoque & aquam, tellurem & aëra in usum uitæ necessariũ haberẽt. Merito igitur malis mancipati sunt, cum talem ac tantum

Genesis. 3 benefactorẽ offendissent. Mulier quia prior peccauerat, uiri subditur imperio, & pariẽdi cruciatibus mulctatur: ut uoluptatẽ quã coepit, fructũ interdictũ manducando, filios generando dolore compenset. Merito etiã Adæ est dictũ: Maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus uitæ tuæ: spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ: in sudore uultus tui uesceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerẽ reuerteris. Tot igitur mala passi sunt per reatũ, quod antequam peccassent, bonis fruebãtur. Non esset magnũ eorum crimen nisi & magna essent illius beneficia, in quem commissum est. Non tam enim ex se, & ex meritis eius qui offensus est, ingratitudinis culpa pensari debet. Itaque quam grauiter peccauerint, pœna indicat, quæ quidem ad posteros omnes fuit propagata, propter corruptam radicem, de qua generantur. Et quoniam nihil ab homine nequiter agitur, quod ingratitudini in de-

Cain. um non sit ascribendum, ingratus fuit etiam Cain Adæ fi-

Genesis. 4 lius, qui inuidiæ furore percitus interemit fratrem suum Abel. Ob hoc illum dominus execratus est, dicens: Maledictus eris super terram, quę aperuit os suum, & suscepit sanguinẽ fratris tui de manu tua: cum operatus fueris eam non dabit tibi fructus suos: uagus & profugus eris super terram omnibus diebus uitæ tuæ. Postremo & ipse interfectus esse creditur in septima generatione, ut prius annos multos aduersa sustineret maledictionis. deinde quod fratri intulerat, ipse ab alijs ferret. Neque illa quidem parua fuit ingratitudo, illa malitia, quæ deum ad pœnitentiam

compulit, q̄ hominē fecisset. Nemo qui ei non peccauerat inuentus est. Omnes caro, inquit, corruperat uiam suam, Genesis.6 præter illas octo animas quæ in arca seruatæ sunt, ne cum cæteris diluuio perirent. Porro si quæris quanta tunc fuerit culpa ingratorum, multæ bestiæ cathaclismo superfuerunt illorum nemo. Post diluuium ingratissimos omniū semꝑ fuisse Iudæos comperio: illos excipimus: quorum superius facta est mentio. Etenim cum ab ipso mundi domino multo plura q̄ reliquæ nationes beneficia accepissent, magis etiam constanter illum colere debuerunt.

De bn̄ficijs Iudęis collatis post diluuiū. Caput. V.

Videamus igitur primo, quænam illis ab indulgentissimo rerum largitore deo præstita fuerint bona: deinde q̄ ingrate ipsi ex aduerso se gessere, & simul quæ postea passi sunt mala. Solis unius dei ueritas fuit reuelata, solis leges de cœlo datæ, monstratus cerimoniarum ritus, oracula futurorum indulta, dei uoces palam locutæ, ingētium miraculorum operatio concessa: deo fauente timuit eos ægyptus, & cum dimittere nollet, flagella sustinuit: mare se aperiens siccū euntibus prębuit iter, & aquæ quæ illis hincinde pro muro erāt, ægyptios cū armis hostiliter insequētes operuere. In solitudine māna cœlestis cibus pabulum illis prębuit, & de saxo uirga percusso scaturiens amnis potū. Iordanis ad fontē suū reuersus ꝑstitit donec trāsirēt: terrā deniq; promissiōis lacte et melle manātē, ꝑdomitis eius īcolis possederūt. Quis deniq; explicet tot de hoste uictorias, tot a seruitute liberatiōes, ulꝰ q̄ties a ꝑiculis erut a cladibus protecti moyse orāte (ut añ diximus) uictus est Amalech: buccinis clangētibus Iericuntis mœnia corruerunt. Iosue inimicos ꝑsequēte lapidibus pluit de cœlo suꝑ fugientiū ceruices, ac ne noctis interuentu elaberent̄, sol et luna motū suū continuerūt. Nulla unq̄ fuit lōgior dies, q̄ ista in qua quinq; regū Chananæorum prostratus est exercitus. Balaā pterea prophetes asinę loquētis uoce prohibitus est eis maledicere, & pro maledicto induxit suꝑ illos bn̄dictionē: bn̄dictos a deo eē nō dubitās, pro q̄bus mutū aīal uocē protulerit hūanā. Victi sunt deinde Palęstini tonitru

& fragore de cœlo territi. Holophernes Chaldæorum dux, cum urbes aliorum prouinciasque expugnasset, in Iudæa unius fœminę manu uictus occubuit. Regnante Hierosolymis Asa innumerabiles Aethiopum copias ad internitionem conciderunt. Regnante Iosaphato cum ingentem Ammonitarum Idumæorumque exercitum formidarent, inimicos inter se digladiantes conspexerunt, mutuoque cæsorum tulerunt spolia tam securi, quam paulo ante pauefacti. Regnante Ezechia cum ab Assyrijs duce Senacheribo obsiderentur, angeli manu una nocte centum octuoginta quinque milibus hostium cæsis, obsidione soluti sunt. Omitto nunc Machabæos, Iudam, Simonem, Ionathan: qui dei sui nomine inuocato parua manu ingentes hostium copias plures fudere. Magna quidem et immensa beneficia hæc, maiora tamen accepturi erant, si istorum quæ acceperant largitorem non deseruissent. Nunc ergo quod superest breuiter expediemus, qua ingratitudinę usi sint, quantaque deo ulciscente pati meruere.

¶ De ingratitudine Iudæorum in deum, et quæ pro idolatria passi sint. Ca. VI.

LOngum admodum foret memorare scelera singulorum, qui inter Iudęos impij infidique fuere. Omnium ergo simul in deum suum infidelitas detegatur, pœnaque infidelitatis: ut cum hæc nota fuerint, simul constet & ingratitudinis magnitudo, & iusti domini in ingratos præsens uindicta: quam siquis euitauerit, nec futuræ quidem, quæ omnium acerbissima est, obnoxius erit. Dum Moyses in monte immoratur, donec tabulas digito dei conscriptas acciperet, illi ad idolatriam conuersi uitulum æneum adorauerunt: et hi sunt, inquiunt, dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra ægypti. Ob hoc iratus dominus delere eos uoluit, sed Moysi pro ipsis instanter supplicanti gratiam fecit. Moyses tamen indignos tabularum beneficio testatus, de monte descendens ipsas confregit, uitulumque contriuit: deinde deo iubente leuitę sumptis armis die illo uigintitria milia fere ex ijs qui uitulum adorauerant, occiderunt: ut eum morte dignum esse noueris, qui in deum ingratus est. Post hæc contempto cœlesti cibo cum ægyptias dapes concupissent, aduersus deum &

Exod. 32

Moysen mussitantes, prouocatus in iram dñs multa coturnicum ui castra operuit, ut cupidini eorum satisfaceret. Cæterum dum adhuc carnes dentibus manderent, animas efflabant, plurimiq; desyderati sunt: locus in huiusce ultiõis memoriã, sepulchra concupiscentiæ appellatus. Rursum tamen pollicitationi diuinæ non adhibentes fidem, de obtinenda promissionis regione desperarunt. Ideoq; illam ingredi potius indigni, anteq̃ fines eius attigissent, in deserto mortui sunt, præter Iesum & Caleb & paruulos populi, qui non peccauerant. Quadraginta annos per solitudinem anteq̃ terram incolendã adissent, errauerunt. Choræ quoq; Datani & Abironis castra una cum ipsis terræ hiatu absorpta sunt: atq; inde subitus ignis exhalans ducentos & quinquaginta uiros, qui incensum offerebant, absumpsit: & hoc quidem quia legi diuinæ aduersantes usurpare sibi sacerdotiũ nitebantur. Vide tamẽ inconsultã uulgi audaciam: nihil his quæ acciderant territi Moysen & Aaronem nimis procaciter incessebant, perinde ac si ipsi eos qui perierant interfecissent. Mox igitur ambobus his ad tabernaculũ confugientibus incendiũ repente illatũ uastare cœpit proteruos, Quatuordecim milia ex eis et septingentos concremauit. Omes tunc tunc perissent, ni Aaron iussu Moysi stans inter mortuos & uiuentes deum orasset ad eius preces cessauit ignis. Deus eñi iniuriam illam illatam sibi deputat, quæ seruis suis indigne infertur. Quando quidẽ sic ultus est eos, qui Moysen & Aaronem minaciter impetere ausi fuerant. Post hæc profecti de monte Hor per uiam quæ ducit ad mare rubrum pertesi itineris laborem rursum reclamabant: sed neq; hoc fuit illis impune. Ignitorum serpentũ ictibus percussi moriebant. Hinc tandem humiliatis ac ueniam poscentibus, Moyses dño iubente serpentẽ ex ære formatũ suspendit in ligno, quẽ uulnerati aspiciendo conualescebant. Id aũt portendebat, ꝙ olim in Christum dñm crucifixũ credentes a diaboli morsibus liberandi essent. Ignitus eñi serpẽs diabolus est, Christus æneus, nihil in se ueneni habens, & ueneno peccati infectos clementer sanans. Porro ut quod propofuimus prosequa-

Choræ & Datan.

mur, ijdem Israelitæ cũ appulissent ad Sethim, capti sunt amoribus Moabitidarũ, ita ut deos quoq; illarũ adorarent sed dignas quidẽ scelere isto pœnas dedere. Leuitę quippe iussu dñi uigintiquatuor milia de illis interimunt: tunc demũ deo placato a cædibus cessatũ est, cũ Zambrin uirum & Zochim scortũ, dum simul coissent, Phinees Eleazari sacerdotis filius, pugione in genitalibus confodit. Vt præterea pateret, nõ minori animaduersione dignos esse criminis impulsores q̃ autores, Madianitas quoq; percuti iussit dñs, qui eos callide per mulierũ blandimẽta traxerãt ad cultũ idoli sui Belphegor. Multo tamẽ grauius deliquerũt, qui ad deos alienos conuersi fuerant deo suo derelicto, nec mirabiliũ eius memores, nec erga beneficia grati. Transeamus ad tempora iudicum. Iosue defuncto degenerauit populus. Colere cœpere Baal & Astarot, non numina, sed monstra. Ob hoc passi sunt direptiones rerumq; detrimenta, nec omnino pares esse poterant uiribus aduersariorum. Deinde quoniam Palæstinis & Chananæis alijsq; idolatris cultu & connubijs iungere se ausi fuerant, deo pœnam huiusce flagitij exigente annos octo seruierunt Cusanrasathaim Mesopotamie regi. Cum aũt illos præuaricationis pœnituisset, liberati sunt. Sub liberatoribus quidẽ satis probe se habebant, illis uero uita defunctis ueluti laxato freno quocunq; rationis expers appetitio uocasset, eo ferebant. Itaq; sub Othoniele etiam fidem deo seruarunt: eo autem mortuo statim ad idola desciuere. Quamobrẽ tunc quoq; seruire cumpulii sunt Eglon Moabitarũ regi annos octodecim. Deinde post obitum Aioth ducis cum iterũ idola colere cœpissent, oppressi sunt seruitute a Iabin Chananæorum rege per annos uiginti. Post Delboram quoq; uxorẽ Lapidoth (& ipsa enim præfuit populo) peccauerunt, atq; septem annis a Madianitis uexati sunt, sata frugesq; eorũ uastantibus. Item post Gedeonẽ, & erga familiam eius, a quo de inimicis liberati fuerant, ingrati extitere, & erga deum impij: ideoq; per idem tempus externorũ bello uarie inquietati sunt. Post Abimelech, Tholam & Iair præsides itidem peccauerunt, & a Palæstinis mala passi sunt an

Tempore iudicum.

nis octodecim. Post Iepte, & Abessan & Ahilon & Abdō rursum peccauerunt, & denuo a Palæstinis oppressi sunt seruitutis iugo per annos quadraginta. Post Sansonē uero inter se dissidere cœperunt quādo tribus Beniamin obstupratam cuiusdam leuitæ coniugē & per uim in una nocte multorum coitu lassatam atque extinctā pene interijt, dum a reliquis tribubus indigne id ferentibus impugnatur. Primo tamen de his qui illos oppugnatū uenerant cecidere uigintiduomilia: iterum altero congressu octodecim milia: & ipsi enim offenderant suis uiribus magis quam dei auxilio freti: sed tertio tandē certamine de Beniamin perire uigintiquinque milia: oppidum eorum Gabaa incensum, in quo obsessi erant: idemque factum reliquis urbibus ac uicis tribus huius. Ista de Iudicum libro summatim perstringēdo protulimus: quæ sequuntur, regum continet historia.

¶ Cabala decem tribuum. Caput. VII

OB idolatriā, quæ maxima in deū ingratitudo est, diuisum fuit Iudææ regnū: decē tribus in Samariam secessere sub rege Hieroboam, duæ reliquæ sub Roboam Hierosolymis manserunt. In Samaria quidē perseuerauit impietatis crimen, Hierosolymitæ magis fideles inuenti sunt. Vitulos æneos adorabant Samaritæ, quos pro dijs colendos posuerat Hieroboam primus ex Iudæis Samariæ rex. Eam ob rem Abiæ Hierosolymarum regi in prælio succubuerunt: die uno quinquaginta milia eorum desyderata sunt. Ciuitates tres amissæ, Bethel, Hiesana & Ephron. Deinde regnum de familia Hieroboami ad alios translatum. Postea regnante Achab aduersum Syros profecti, ob hanc ipsam idolatriæ culpam superantur. Achab quoque sagittæ ictu interficitur. Regnante Ioachan seruierunt Azabelo regi Syriæ. Regnante Phacee, Theglatphalasar Assyriorum rex Samariā inuadens magnam quidē populi partem captiuam secum duxit Niniuen. Regnante Osee, una cū rege omes traslati sunt in Assyriā, per Salmanasar Assyriæ regem. Cum enim prophanos gentium ritus imitarentur, & prophetarum arguerentur sermonibus, ad deum Israel reuerti nolebant, colētes Baal, filios filiasque idolis

Tempore regum.

initiantes, inseruientes etiam diuinatiōibus atq; augurijs.

¶ Mahala duarum tribuum Ca. VIII.

NVnc ad Hierosolymitarū immūditias gradus faciendus restat. Sub Roboam rege legem dñi reliquerant, cum Sesac rex Aegypti ciuitates eorum munitissimas debellauit: dixitq; eis per prophetā dñs: Vos reliquistis me, & ego reliqui uos in manu Sesac. Hic captā hierosolymā subdidit seruituti. Templi thesauros regiamq; gazam oēm sustulit & asportauit. Sub Ioram rege, qa gentilium ritus secuti fuerant, Palæstinorū atq; Arabum magna in parte præda facti sunt. Tunc eñ & regis domus direpta, & eius uxores liberiq; capti. Ipse aūt Ioram, quia ab impietate nō recesserat, alui profluuio consumptus est. Ob idem crimen Ioa regnante ingentes militū copias parua Syrorum manu prostratas amisere: ipse Ioas a seruis domi fuit interemptus. Rursum sub Amasia rege deos alienos adorabant, cum a Ioa Samaritarū rege superati sunt: pars hierosolymitani muri diruta, thesauri ablati, ipse Amasias captus, nobilium liberi pro obsidibus abducti. Tunc etiam regnante Achaz colebant Baal cum & a rege Syriæ spoliati sunt, & a rege Samariæ Phacee ingenti bello uicti. Ea eñ pugna centum uiginti milia uirorū cæsa fuisse dicunt, ducenta milia in captiuitatē abducta, cum prę da omis generis prope inæstimabili: q̄uis Phacee ab angelo coargutus restituerit captiuos, quia tamē ab impietate non recedebant, Idumæi illorū fines depopulati sunt, urbes aliquot expugnarunt Palæstini, agrum uastauerūt Assyrij: neq; tamē tot cladibus affecti ad dñm redire uoluerunt, donec in regno successit Ezechias Achazi filius per omnia patri dissimilis. Pie enim ac sancte uixit: & ut intelligas principū mores ciuibus documento esse solere, semper quidē Iudæi sub religiosis regibus religiosi fuere, sub

Mnasses. impijs impij. Post Ezechiam regnat Manasses eius filius, magis impietate q̄ regno nobilis. Captus a Chaldæis addicit seruituti: ab aduersis pulsatus agnouit errorē, pœnitētiam egit, & dño miserante restitutus est regno. Quod si Manassæ pœnitentiam suscepit deus, quis tam impius est,

ut ueniã desperet, si ad illum a quo alienatus est recurrerit. Ioachazo quoq; impio sup impios regnante Nechao rex Aegypti eosdẽ tributa sibi pendere compulit: ea erant, centum argenti talẽta in singulos annos, unum auri. Tunc Ioachazo sublato Eliachimũ ejus fratrẽ præfecit regno. Sed cum neq; isto ad regni gubernacula sedente populus ab erroribus resipuisset, Nabuchodonosoro Babyloniorum regi seruierunt, atq; etiam latronũ infestationes passi sunt: et ne tunc qdem ab idolatriæ cultura desistẽtes Ioachino Ioachimi filio regnante obsessi a Chaldæis una cum rege potestati illorũ sese dedidere. Tunc omnes fere in Chaldæã traducti sunt, præter paupes uulgi agricolationi relictos. Hinc Matharias urbi pene desertæ iussus est præsidere. Cũq; ipsi etiam qui tunc residui erant, nullo dei flagello ab inueterato iam errore reuocari potuissent, totam in illos indignationẽ effudit deus, eosq; grauius q̃ unq; antea afflixit. Cũ enim Mathatias iste q & Sedechias est dictu, Chaldæis defecisset, obsedit eos. Nabuchodonosor Chaldæorũ rex, urbe potitus est, Sedechiam cum liberis fugientem comprehendit, liberos illo spectante trucidari iussit: ei uero neqd deinde iucundi uideret, oculos eruit, & uinctũ secum Babylonem abduxit. Post hæc Nabuzardam ducem cum ualida militum manu misit, qui mœnia urbis demolitus solo æquauit, domos templumq; incendit: ciues in seruitutẽ ad Chaldæam transtulit, & cum illis uasa templi aurea, argentea: ænea, æneasq; columnas templi: primarios urbis ciues deiq; sacerdotes interfecit: & impletũ est q̃d in psalmo prædictum fuerat: Tradidit in captiuitatem uirtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici, & cõclusit in gladio populum, & hæreditatẽ suam spreuit. Denique facta est, quam prophetæ prædixerant, transmigratio Judææ in Chaldæam, ac tanta prophanæ gentis ingratitudo tales quidem pœnas dedit: quæ si solæ proponerentur, & nulla futura esset in inferno, quis adeo temerarius est, ut audeat esse in deum ingratus.

Ioachaz Eliachim Ioachim Mathatias Psal. 77

Mala Judæorum post Christi passionem propter incredulitatem. Ca. IX

b

POstea uero per Cyrum manumissi, postliminioq; reuersi sub Esdra sacerdote instaurarunt urbẽ & tẽplũ, dño fauẽte, postq̃ eos delicti pœnituisset. Fuisse deinceps legis diuinæ satis quidem studiosos, improbos tñ, sempq; uirtuti alienæ inuidos atq; infensos. Christum dei filium, quem lex & prophetæ prædicauerant uenturum saluatorem non receperunt, q̃uis uidissent miracula facientem, & a plæbe laudibus honoreq; affectum: docenti ueritatem, non crediderunt, innocentem falsis criminationibus circunuenerunt, iustum condemnarunt, ludibrio habuerunt, & spinis coronatum, flagellisq; cæsum cruci confixerunt: tantumq; inualuit semel insitum infidis mentibus odium, ut ne tunc quidem ad pœnitentiam tanti sacrilegij mollescere quiuerint, cum illo in cruce pendente, sol obscuraretur, terra tremeret, sepulchra aperirẽtur, templi parietes dissilirent, saxa frangerẽtur. Nam depositum quoq; ac sepultum costodiri iusserunt: cumq; ipsi custodes perendie reuersi eum a mortuis resurrexisse testarentur, pecunia data redemerunt mendacium, ut rursum hi falso assererẽt, se uidelicet nocte præterita dormientibus clam uenisse discipulos, corpusq; ideo furto sustulisse, ut qui sepultus fuerat ad uitam credatur reuersus. Quid autem infelix Iudæa alios cælare iuuat, cuius ipsa conscia es, ueritatem? si non surrexit, cur pecuniam porrigis? si surrexit, cur saluatorem tuum non agnoscis? aut si nihil custodibus donaueris, nihilq; illi prius testati fuerint, q̃ quod postremo dixerunt, nonne sic interrogatos oportuit. Vidistis ne accessisse ad sepulchrum discipulos, an non? si non uidistis multo sopore fortasse oppressi, quõ scire potestis, sin uidistis cur nõ cõprehendistis inermes armati, paucos multi, onere sublati corporis grauatos expediti? Videtis o Iudæi custodiæ uestræ manifestum mendacium, at tamen quæ uestra pertinacia est, uultis potius mendacio credere & perire, q̃ sequi ueritatem & saluari? Quid est aũt q Christum negando multo maiorem experti estis dei iram, diuturnioremq; passi calamitatem, q̃ cum uitulum adorastis, q̃ cum Baal, Astaroh, Acharor, Belphegor, Belzebub, aliorumq; dæmo-

In Christũ impij

Inuidia in Christum resurgentẽ

num simulachris sacrificastis? Nam licet antea quoq; cædes, incendia, rapinas, captiuitates, seruitutem, exilia, patriq; soli miserabilem desolationem pertulistis, quoties tamē uos deum uestrum offendisse pœnituit, toties de malis omnibus liberati fuistis. Longissima illa apud Babylonē seruitus (ut scriptores uestri testantur) septuagesimum annum non excessit: rursum natali solo restituti, rursum in omnibus reparati instauratiq; regnastis: Quæ nam quæso causa est, q̃ post Christum a uobis condemnatum, semel a Romanis uicti euersi, dispersi, nullam unq̃ pristini status faciem, nullam amissæ dignitatis umbram recepistis? Iam mille quadringenti & octuaginta anni sunt, ex quo incerta sede uagi per omnes orbis partes errastis, sine lege, sine sacrificio, sine duce, sine rege, sine propheta dicite si potestis quo crimine, qua culpa id patimini? non idola (ut olim sepe contigit) colitis, non execrandos gentilium ritus exercetis: unum deum, unum cœli terræq; dominum adoratis, & tamē nullus est miseriæ uestræ finis. Cur ita? profecto cū alia causa omnino nulla q̄at afferri, restat ut ea sola sit q̄a saluatorē uobis, imo oībus missū nō recipitis Messiā quē uestræ uobis indicant scripturæ non admittitis. Videte ingratitudinē uestrā in deum uestrū. Ille uobis quē promiserat uitæ doctorē misit, uos ipsum occidistis. Ille dedit redēptorē, q pro culpa primorū parētum uestrorū satisfaceret, & uos ei non creditis, uos eum repudiatis. Quādiu igitur obstinatis mētibus fouetis errorē, negando eum, p quē solum data est mortalibus ad deum accessio? fieri omnino nō pōt, ut ullā sperādę salutis gratiā consequamini. Credite credite, & salui eritis. Hic est em̄ cui dixit propheta: Excita potētiam tuam & ueni, ut saluos facias nos. Conuertimini igitur ad eum, q missus est uobis, & ille q misit, miserebitur uestri. Hic em̄ q missus est, dei uerbū est, dei sapiētia est, dei uirtus est: negat talia esse ī deo q Christū negat. Carnē animāq; hoīs assumpsit, ut pro hoībus pati ac mori posset. Itaq; non inuitus, sed uolēs crucē sustinuit, ut suo sanguine a peccatis credētes lauaret morteq; redimeret. Agnoscite bn̄ficium, & cōfitemini Christum. Venit enim uos, Psa. 79

non de manu regis Babylonis, sed de potestate diaboli liberare: non ad Hierosolymam reducere, nec regno restituere terreno, sed quod longe felicius est, ad paradisum transferre, in supernis cœli sedibus collocare, & sempiternæ suæ gloriæ participes facere. Quod si aduersus tantam dei uestri nostriq; benignitatem, Christum suum non recipiendo ingrati esse pergetis, de temporalibus miserijs istis ad æternas descēdatis necesse est. Nnlla enim maior in deum patrem ingratitudo fieri potest, q̃ in filium ei coæqualem & coæternum & consubstantialem nolle credere. Felices illi qui olim ne ingrati essent, ipsum uobis gentibusq; prædicare non timuerunt: qui ut numen eius denegarent, nec minis, nec tormentis, nec cædibus compelli potuerunt. Veræ quippe beatitudinis in Christo spe firmari tyrannis fortiores erant: occidi poterant, cogi ne Christum confiterētur non poterant. Felices nunc hi, qui ut qualem possunt pro beneficijs deo gratiam referant, Christo seruiunt, Christum adorant, de Christo die ac nocte cogitant, Christi prę cepta totis uiribus exequi contendunt, & contemptis terrenæ luxuriæ delitijs post eum currere nunq̃ desistunt. Sed ne solos Iudæos accusasse uideamur, nostrorum quoq; in Christum infidelitas (ut alia delicta prætermittantur) in medium ueniat, non tam quæ modo sit, q̃ quæ olim fuerit, & ueri assertione uicta desierit.

¶ De ingratitudine hæreticorum & Iudæ proditoris. Ca. X.

CVm enim nullum mēdacium diu stare possit, quia nihil solidi habet in quo innitatur, omnis falsa religio paulatim euanescat necesse est. Itaq; iampridē defecit ille diaboli fraude inductus deorum cultus. Vnus autem deus etiam ab illlis inuocatur qui Christum ignorant. Defecerunt & hæreses, licet falsa ueris mixta in se haberent, nihilominus quæ uera erant, manēt: quæ falsa, una cum suis autoribus interierunt. Arrius ab euangelio alienatus, impieq; de trinitate sentiens uentris profluuio extinctus est Olympus Arrianus dum blasphemias in sanctam trinitatem ore sacrilego proferret, fulmine ictus conflagra

Arrius

Olimpus

uit. Anastasius Augustus Euticetis erroribus implicatus, uerbum dei in carnem mutatum, & in Christo incarnato unam tantum esse naturam asserebat: cumq; ab hac impietate ne Hormisdæ quidem summi pontificis admonitione sollicitatus recederet, ipse etiã fulmine afflatus perijt. Nonne hi omnes tam infelici fine consumpti testantur, nemini tutum esse euangelici ueritati ulla in parte derogare, & ab ecclesia Christi quicq; uel minimum dissentire uelle? Sola quidem adhuc Machumetana hæresis extat, & uiribus aucta, sæuit in Christianos, ut qui Christi sunt, calamitatum patientia probentur, donec & illa sua corruat impietate ac dissoluatur. Quemadmodum autem Iudæorum olim fuit in deum ingratitudo ad idola conuerti, ita nũc nostrorum par flagitium erit, de Christo parum pie sentire. Quod si tam ingrati sint, qui solo errore delinquunt, quid de te dicã perfide Iudas, quibus uerbis tuam accusem ingratitudinẽ, quæ maior est q; ut fando exprimi queat? Non solum quæ uera rectaq; erant, quę salutaria, quæ sancta, quæ perfecta a magistro ac domino tuo didiceras, uerũetiam in consortium ascitus fueras apostolorum, & tanq; cæteris fidelior apostolicæ familiæ oeconomus factus & loculos habens, ut q oĩbus offerebant, solus dispensares: at tu (proh nefas) tantorũ beneficiorum prorsus immemor, & pecunię cupiditate superatus, ut triginta argẽteos acciperes, dominum in mortem tradidisti. Vicisti tuo parricidio Iudæorum ingratitudinem: bonum quod acceperant illi, cõmune cum alijs erat, tu speciali priuilegio dotatus, tu in ordinẽ præcipuorum Christi comitum uocatus, tu singulari quodam honore præditus, in tantam excidisti dementiam, ut eius proditor fieres, cuius fueras discipulus: ut eum crucifigendum inimicis offerres, cuius eras natura famulus, beneficio socius, dilectione frater, promissione cohæres, non terreni patrimonij, sed coelestis. Nunquid tecũ coenaret, a mẽsa te depulit, cum sacramentum corporis & sanguinis sui discumbentibus porrigeret, præterijt? cum ijsdem pedes lauaret, nunquid non se ad tuos inclinauit? nunquid cum amplecti eũ uelles, restitit? cũ osculũ offerres, faciẽ auertit?

Machumetus

Iudas

Omnia q̃dẽ ille tanq̃ sibi charissimo indulsit, sed tu omnium oblitus: tanq̃ hosti insidiabaris, tanq̃ seruũ uẽdebas, tanq̃ parricidam in manus ꝑdere uolẽtium dabas. Porro tam cruẽti facinoris, postq̃ ille crucifixus est, iã & ipse cõscius, peccasse te fatebaris: argẽteos quos acceperas, proijciebas. Pœnitebat te quidem commissi sacrilegij, sed ueniæ spe destitutus, doloreq; superatus, laqueo collum tuũ confregisti, & pẽdens diruptis uisceribus, effluẽtibusq; intestinis infelicẽ animã emisisti. O dirum & crudele mortis genus, nequitiæ tñ tuæ conueniẽs, tuaq; impietate dignũ, non magis q̃a iustum uẽdideris, q̃ q̃ de misericordis misericordia desperaueris. Vtrunq; sane inter crimina grauissimũ, ac nescio quod maius, nisi q̃ alteꝝ remitti poterat si alteꝝ remissionis impetrandæ aditũ non præclusisset. Eo igit̃ tua te ꝑduxit in dominum ingratitudo, ut pro grauissimis criminibus grauissimas quoq; pœnas dare credaris in inferno, quo corruisti. Nũc tu his quidẽ supplicijs terres nos, ne quid sinistrum de saluatore nostro sentiẽdo ingrati simus, & tuis flagitijs ostendis contrarias illis actiones ad gratitudinẽ ꝑtinere. Gratus itaq; erga dñm ac redẽptorẽ suum erit, q̃ non pecuniam ipso, sed ipsum pecunia chariorẽ habuerit, nihil cũ ipso simulauerit, nihil in ipsum impie neq; cogitauerit, neq; fecerit: & nunq̃ de clemẽtia dei diffisus, omnẽ salutis suæ spem in ipso sitam fixamq; semper esse curauerit, & tandem mori potius q̃ deo peccare optauerit. Atq; hæc hactenus: nũc aũt ad reliquas charitatis partes descendere statuens, arbitror non minimam sed præcipuam potius esse, cum bñ uiuẽdi p̃cepta didiceris operam dare ut alios doceas. Igitur prius de illius q̃ docere uult officio disseremus: deinde uidebimus, quantum iuuat, si adsit qui doceat, & quantum nocet, si absit.

¶ De officio catholici prædicatoris. Ca. XI

2. Par. 17 DOcere in ecclesia episcopi officium est, & illorum sacerdotum, qui p̃sidis autoritate probati sunt. Iosaphat Hierosolimarum rex leuitas misisse dicitur & sacerdotes ut peragrando urbes Iudaeæ instruerẽt populũ præceptis legis. Christus ut gẽtibus euangeliũ p̃dicarẽt:

apoſtolos, quos ipſe inſtituerat, deſtinauit. Euntes, inquit, in mundum uniuerſum prædicate euangelium omni creaturæ. Veruntamen qui apoſtolico iſto fungi uoluerit munere, eruditione ac uirtutibus præſtare debet. Alioquin ſi indoctus fuerit facile in errorem labetur, & quorum conſcientiam curare uolet, magis conſautiabit. Diſcat igitur prius, & poſtea doceat, & quod uerbis docuerit operibus cõprobet. Sic egiſſe dicitur Eſdras ſacerdos, cum ad reparandam Hieroſolymam ab Artaxerſe dimiſſus rediſſet. Ita enĩ ſcriptum de illo legimus: Eſdras aũt parauit cor ſuum, ut inueſtigaret legẽ domini, & faceret, & doceret. Et apoſtoli ante ſpiritusſancto replẽtur, deinde pdicatiõis officio fungi iuſſi ſunt. Porro quod alijs præcipiendo ædificabãt, ne aliter agendo deſtruerent, id etiam ipſi præſtare ſtuduerunt, non minus exemplo docentes quam ſermone. Nam impudẽs admodum præſumptio eſt, hoc alios monere, quod ipſe non facias, imponere alijs onera grauia, quibus ipſe dorſum non ſuppoſueris. Aut quõ poteſt aliqs alios reprehendere his de rebus, quas facere ſe non ignorat? Turpiſſimum eſt profecto, cum in corripientem culpa retorquetur cum quis in quo alterum accuſat, ſeipſum damnat. Sic igitur uiue, ut præcipis, & ad uerba mores confer, & ſanus curationem ægris adhibe, ne cum rubore audias, Medice cura teipſum. Vobis qui in eccleſia dei ad populum declamatis, per Eſaiam eſt dictum. Exaltate uocem, leuate manum. ut uidelicet uoci manus conſonet, & pręceptis reſpõdeant opa. Quia qui fecerit & docuerit ſic, hic magnus uocabit in regno cœlorum. Is demum aliorum delicta efficaciter arguit, in quo nõ inuenit, quod alij redarguant. Sit ergo mitis atque ſubmiſſus, qui humilitatem docet, Recedat ab iracundia, qui patiẽtiam ſuadet. Caſtitatẽ illæſam ſeruet, qui ſtupra adulteriaque deteſtat. Nihil improbe agat, qui docet iuſtitiam & inuehit in uitia. Denique cum Samaritana relinquat hydriam mundanæ uanitatis qui paratus eſt populo euangelizare Ieſum. Caueat quoque ne lucri gratia prædicet, ſiue gloriæ ab hominibus captandæ. Non terrenũ lucrũ ſpiritalibus quærẽdum eſt diſciplinis, ſed cor

Matth. 16

1. Eſdræ. 7

Eſai. 13

Matt. 10 leste. Gratis accepistis, inqt dñs, gratis date. Eos aũt q in tẽ
plo uẽdunt columbas, hoc est, dona spiritussancti, eijcit fla
Ioan. 2 gello, ut fidelium consortio indignos. Et nõ est domus dei,
inqt, domus negotiatiõis, sed orationis. Quid ergo? nihil
Mat. 10 ne accipe oportet? immo oportet, sed quantum necessitas
postulauerit: dignus est, inqt, operarius cibo suo, Et in le-
Deut. 25 ge dicitur: Non alligabis os boui trituranti: ut uidelicet &
ipse de tritura sua pascatur & uiuat, seq; sustentet. Ne quid
autem ultra q̃ quod satis est quaeras, ipse doctorum eccle-
1. Timo. 6 siae princeps Paulus ait. Habentes alimenta & quibus tegi
mur, his contenti simus. Vitanda est etiam humanae lau-
dis captatio: ne pro labore doctrinae laudem quae a deo est
amittamus. Ad haec ne illi quidem recte, q ecclesiastici do
ctoris officium professi, dimisso euangelio quaestionibus
nihil ad rem pertinẽtibus occupari solent: qui sillogismos
enthymemataq; proponẽdo philosophãtur, uel poetarum
figmẽta decantant, uel explicandis gentilium historijs im
morantur, uel de coelestium motu syderumq; naturis di-
sputant, non quaerentes quod saluti conferat animarum,
sed quod auditorum aures demulceat atq; delectet: hi cer-
Matt. 23 te a dño audiẽt: Omnia opera sua faciant, ut uideantur ab
hominibus. Plausum enim uulgi quęruut, & docti dici q̃
sancti malunt: nec uident q̃ callidis diaboli suggestioni-
bus supra pinnaculum templi statuuntur: ut quo altius ascẽ
derint, grauius elidantur cum ceciderint. Quid tu ingeniũ
iactas, aut rerum multarum cognitionem ostẽtas: qui nõ
ex his quidẽ, sed ex operibus iudicaris? Magis deo placet
sancti rusticitas, q̃ peccatoris hominum ore laudata scien
tia. Non ergo attendat doctor, quid auditores delectet au-
dire, sed quid se deceat loqui, nec se putet in theatro esse: ut
cum fabulam peregerit, astãtium plausu excipiatur, sed in
ecclesia dei; ut postq̃ pijs ad monitionibus eos qui libẽter
audiunt iuuerit, a dño capiet mercedẽ gloriae sempiternae.
Impigrum quoq; ac sollicitum esse decet salutiferae institu
Matt. 4 tionis doctorem. Circuibat Iesus (ut euangelistae tradunt)
totam Galilaeam docens in synagogis eorum & praedi-
Luc. 15 cans euangelium regni. Et alibi dicitur: Erat quotidie do-

cens in templo. Intuere prӕterea indefessam apſti eius in p̄dicando curam. Scribens ad Romanos affirmat, q̄ ab Hie Roma.15.
rosolymis per circuitū usq; ad Illyricū oīa repleuerit p̄dicationibus euangelij Christi: & neq; persecutionibus deterretur, nec uinctus desistit, in euangelio se laborare dicēs usq; ad uincula. Vide etiam q̄ anxie opus hoc Timotheo 2. Tim.4.
discipulo iniungat, cum ait: Prędica uerbū, insta oportune importune, argue, obsecra, increpa, in oīi patientia & doctrina: ut uidelicet impleat, quod in Esaia de apſtis & ec- Esa.62
clesiӕ doctoribus prӕdictū fuerat: Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, tota die & tota nocte ꝑpetuo non tacebunt. Sed etiam ipsi prophetӕ fuit olim a dn̄o iussum dicente: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta uocē tuā, Esa.58
& annuncia populo meo scelera eorū. Tanto eñ diligentius instandū est doctrinӕ salutari, q̄to peccantibus maius imminet periculū salutis. Nec semel aut iterū admonēdi tibi erunt, sed toties, donec cum psalmista dicere possis: Laboraui clamans, raucӕ factӕ sunt fauces meӕ. Magno Psal.68
aūt animo uerbū dn̄i prӕdicandū est, neq; ub prӕsentiam potentioꝝ subiiceri debet ueritas, dum uitia reprehendun tur. Gloriat̄ Dauid coram dn̄o, dicens: Loquebar de testi- Psal.118
monijs tuis in conspectu regū, & non confundebar. Et in Esaia euangelico doctori prӕcipitur: Super montē excel- Esa.40
sum ascende tu, qui euangelizas sion, noli timere. Ionas Ionas.2
propheta prӕdicare iussus, dum hoīes timet, deo nolebat obedire, & cum naui fugeret, orta tempestate in mari prӕcipitat̄, atq; a pisce uiuus deglutitur. Satius illi tunc fuerat incidere in manus hoīm, q̄ non obedisse deo uiuenti Hieremias uero ipsius dn̄i uerbis animatur ad prӕdicandum dicentis: Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge & loque- Hiere.1
re ad eos oīa quӕ ego prӕcipio tibi, ne timeas a facie eorum: nec eñ timere te faciam uultū eorū. Non timuit Io- Ioānes baptista.
annes arguere Herodē regē, ut ostenderet non esse timendos qui occidunt corpus: sed unum illū, qui corpus & ani- Matth.14
mam simul potest mittere in gehennā. Apostoli ac martyres dn̄i, ne Christū prӕdicarent, nec minis principū deterreri, nec tormētis inhiberi potuerunt. Qui eñ confidit in

domino, sicut mon Sion non commouebitur in æternũ. Paulus cum esset Corinthi, per uisionem nocturnam audiuit
Actu. 18 Christum sibi dicentẽ: Noli timere, sed loquere, & ne taceas: propter quod & ego sum tecum, & nemo apponet tibi, ut nocet te. Protegit igitur uerbi sui prædicatores deus, donec docendi munus impleant: & cum impleuerint, occidi permittit, ut coronet.

Quid potissime prædicandum sit. Ca. XII.

PRædicandũ aũt est euangeliũ, danda pie uiuendi præcepta, disserendũ de beatorum gloria, quatinus fieri potest, pœnaq; damnatorum, ut peccatores ad pœnitentiã excitentur, iusti ad perseuerantiã. Ad apostolos ait salua-
Mar. 16 tor: Prædicate euangeliũ omni creaturæ. Et de ipsomet in
Luc. 8. Luca legimus, q iter faciebat per ciuitates & castella, prædicans et euãgelizans regnũ dei. Hoc idẽ regnũ discipulos
Luc. 10 iussit nũciare, cũ ait: Dicite illis qa appropinquabit in uos regnũ dei. Idẽ in plurimis quidẽ euãgelij locis & tenebras cõmemorat & gehennã & tormentorum locũ, & uermem immortalẽ & ignẽ æternũ. Pœnitentiã etiam pdicauit, di-
Matth. 4 cens: Agite pœnitentiã & appropinquabit regnũ cœlorũ.
Mar. 6 De discipulis quoq; dicit: Exeuntes pdicabant ut pœnitẽtiam agerent. Ad eos aũt qui nõ indigent pœnitentia est di-
Matth. 10 ctum: Qui pseuerauerit usq; in finẽ, hic saluus erit. Præuaricator nõ prædicator est, qui ab his discedens aliqua superflua et nihil profutura docet, multa se nosse ostentãs. Quid aũt prodest multa scire, & deum nescire? Doctor gentium Paulus, missum se dixit euangelizare nõ in sapientia uerbi
1. Cor. 2. ut non euacuetur crux Christi. Non iudicaui, inquit, me scire aliquid inter uos, nisi Iesum Christũ, & hunc crucifixũ. Vtq; doceret aliã eẽ sapiẽtiã carnis, aliã spũs, ait: Sapiẽtiã aũt loquimur inter perfectos, sapientiã uero nõ huius seculi, neq; principũ huius seculi, quæ destruunt: sed loquimur dei sapientiam in mysterio, quę abscondita est. Idcirco sane & Timotheo discipulo ad prædicandũ destinato: For-
2. Timo. 1 mam habe, inquit, sanorum uerborum, quæ a me audisti,
Titum. 3 in fide & dilectione, in Christo Iesu. Et ad Titũ: Tu aũt lo

quere, q̃ decent sanã doctrinã. Non eñ sana, sed languens & infirma est doctrina, quæ pie sancteq; uiuendi studio nihil omnino confert. Mortifera uero & detestabilis, quæ peruertere nititur ueritatem humanæ philosophiæ argutijs. Audi præterea quid tibi sapientiæ antistes Salamon præcipiat, dicens: Erue eos, qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses. Prouer. 24 Obseruare quoq; debet uitæ spiritalis institutor & doctor, qui de thesauro cordis sui profert noua & uetera: ut quicquid ex libris diuinis recitauerit, nõ secundũ literam occidentẽ illud interpretetur, sed secundum spiritum uiuificantem. Sciat aperire sensus uerborum ambage uelatos, & in medium proferre & ad auditorum emolumẽta conuertere: ut sunt uisa dictaq; prophetarum, & cerimoniarum ritus ac sacrificiorum: quæ si spiritaliter & per tropologiam non intelligantur, similia delyramentis anilibus erunt. Ideo autem in Leuitico animalia quæ ruminant & ungulam diuidunt, munda sunt: quia utiq; is ruminare uidetur, qui ĩ lege domini meditatur die ac nocte: & tunc ungulam diuidit, cum mysticum sensum a literali intelligentia separat. Leui. 11 Horum igitur scientiam ille qui populum docet, habeat: ut mundum cibum esurientibus offerre queat, & mentes ad audiendum intentas alere uerbo salutis. Cæterum meminerit eos lacte alendos esse, id est moralibus duntaxat præceptis instruẽdos, qui proficere incipiunt: solidum autem cibum perfectorum esse & ad altiora nitentium: his mysteriorum ardua explananda erunt, ut ad concupiscenda cœlestia magis inardescant, dum diuini eloquij arcana mirant̃. Sic dominus noster montem ascendens docuit discipulos, tanq; sublimioris disciplinę iam capaces. Matth. 5 Matth. 8 Descendisse aũt de mõte dicitur, quãdo cum turba fuit loquendũ. Hoc illud est qđ in psalmo legimus: Ascendunt montes & descendunt campi in locum quem fundasti eis. Montes erant, quibus dictum est: Vobis datum est nosse mysterium regni dei. Cãpi uero descendentes, ad quos dixit apostolus: Facti estis quibus lacte opus est, non solido cibo. Sicut igitur cuiq; cõuenerit, ita doceatur, ut omnes salui fiant. Semper tamen

cauendū est, ne rudis interpres declamet in ecclesia. Male em̄ exponēs dicta scripturarum, periculū est, ne & ipse in errorē incidat, & alios inducat: quod si (ut dicit) cęcus cęco dux
Galath. 1 fuerit, ambo in foueā cadēt. Hoc aplus Galathis, quos ipse docuerat, metuēs ait: Licet nos aut angelus de cœlo euāgelizet uobis, præterquā quod euāgelizauimus uobis, anathema sit. Indocto itaque silere multo satius est, & sua simplicitate contentū esse, quā docti officiū usurpare, & docere uelle quod nō didicit, aut loqui quod nescit, cū periculo suę aliorumque salutis. Plærique tamē postquā eorū qui cōmendantur sermones lectitādo edidicerint, confidēter prædicāt. Tolerandos puto, dūmodo aliquid ultra nō præsumāt. Sed uerendū est, ne post hæc auditorum palpatione deliniti, se esse magistros arbitrent, cum nō fuerint discipuli, & aliquid uel addant arrogāter, uel mutēt incōsulte, uel subtrahāt licenter. Multi me laudāt, inquiet aliquis. Noli multitudini credere. certius paucorum iudiciū est, qui in se habēt, quod in alio laudant. Illud nēpe pictoris optimū est opus, quod pictores cōmendāt, nō quod uarijs fucatū coloribus coriarij mirant. Tunc ergo uulgi de tua eruditione opinionibus fidē adhibe, cum idem senserint & periti.

¶ Qui prætermittendi, et qui docendi, et qualiter corripiendi. Caput. XIII.

AB illis uero quorum nulla sperat correctio, qui cū Pharaone obduruerūt, auertēda uerbi diuini prędicatio
Actu. 13 est. Apostoli Iudæorum obstinatiōe offensi dixerūt: Vobis oportebat primū loqui uerbū dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce cōuertimur ad gētes: sic em̄ uobis pręcepit dn̄s. Ac ne aliter illum pręcepisse credas quā egisse, nullū omnino Pilato dedit responsum, cū ab eo quid esset ueritas interrogaret: quia ueritatis inimicus, de ueritate sermonē audire indignus erat. Ideo
Actu. 16 Paulus et Barnabas (ut in actis aplorum legit) prohibiti sunt a spūsancto loqui uerbū in Asia. Nō sunt igitur mittendæ euāgelij margaritæ ante porcos, ne conculcēt eas pedibus.
Prouerb. 9 Iniuriā sibi ipsi facit, inquit Salomō, qui erudit derisorē, &
Prouer. 23 qui impiū arguit, sibi maculā generat. Et iterū ait: In aur

bus insipientiũ ne loquaris, quia despicient doctrinã eloquij tui. Et fortasse non leuiter peccat, qui diuina mysteria tibi loquitur, ubi non est auditus, dicente propheta: In cor de meo abscondi eloquia tua, ut non peccẽ tibi. Psal. 118 Illos uero qui libenter audiunt, & uitæ præceptis erudiri affectant, nolle docere cum didiceris impiũ est. Cur talentũ tibi a domino ad negociandũ creditũ, abscondis in terra serue nequam? cur otio deditus nihil facis lucri, quam rationẽ red das, cum ad illũ uacuus redieris? Pastorẽ te dñs gregi suo præfecit, uides lupũ uenientẽ & fugis, uides diaboli fraudibus ac dolo corda multorũ subuerti, & negligis, ciuium tuorũ suffodi spiritales domos intueris, & taces, canis mutus non ualens, immo nolens latrare. Speculatorẽ dedi te Ezech. 33 domui Israel, inquit dñs, audiens ergo ex ore meo sermonem annunciabis eis ex me. Si me dicente ad impiũ: Impie morte morieris, non fueris locutus, ut se custodiat impius a uia sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinẽ autẽ eius de manu tua requirã. Abs te ergo requiret perditæ ouis ratio, & negligis? Plebs tibi cõmissa famem non panis sed audiendi uerbũ dei patitur, & tu supprimis uitæ pabulũ? nec attendis quod scriptũ est: Qui absconderit frumẽta, maledicetur in populis: benedictio aũt super Prouer. 11 caput uendẽtium? Esa. 6 Dolet Esaias ꝙ regem impiũ Oziam non corripuerit: Et uæ mihi, inquit, quia tacui. Aplš quoq; Væ mihi est, si non euangelizauero. 1. Cor. 9 At tu otiosus oscitas, & nec maledictione territus, nec benedictione illectus ad docendum inclinaris. Expergiscere tandẽ, aperi os tuũ populo, lucrare dño, docendo, increpando, exhortando. Hoc fecit Christus, hoc apostoli, hoc officiũ episcopi est, quem te esse profiteris. Tibi dictum puta, quod per Esaiam dici Esa. 58 tur: Quasi tuba exalta uocẽ tuam, & annũcia populo meo scelera eorum: uel quod ad Ezechielẽ: Notas fac Hierusalẽ Ezech. 16 abominationes suas. Duriores acerbius tibi increpãdi sunt iam ad pœnitudinẽ inclinati, mollius. Coĩnthios interrogat 1. Cor. 4 aplš: Quid uultis, inquit, in uirga ueniã ad uos, an in charitate & spiritu msuetudinis? Ita aũt moderãda correptio est, ut & mordeat peccatorem, & spe ueniæ consoletur, ne

ille abundantiori tristitia absorbeatur. Fragilitatis tuæ memor, aliorum infirmitatibus medere, & ad mentem reuoca præceptum apostoli dicentis: Si præoccupatus fuerit ho-
Gala. 1 mo in aliquo delicto, uos qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, consyderans teipsum, ne & tu tenteris. Hoc est quod optat sibi psalmista, dicens
Psal. 140 Corripiet me iustus in misericordia, et increpabit me. Optimum in præside temperamentum est, miseratio cum iustitia. Miseratio enim sine iustitia, peccandi præstat audaciã. Iustitia sine miseratione, instar crudelitatis est: altera alterius ope indiget, ut correptio ipsa & corripientem commendet, & emendet peccantem.

¶ Ut prædicator ab adulatione procul sit, et prædicandi tempora obseruet. Ca. XIIII.

AB assentatione aũt procul abesse peccatorũ castigatorem necet: ut nihil ad gratiã audientiũ dicat, sed ad profectum: optimiq; medici more utatur, adhibens uulneribus curationẽ, nan quæ delectet male affectũ
Exod. 34 sed quæ sanet. Vetat lex hœdũ coquere in lacte matris suę hoc est, peccatorem blanditijs fouere. Non debes quærere tu qui prædicatoris officio fungeris, ut hominibus placeas
Gala. 1 sed ut hoĩes ad deũ dirigas. Audi ap'm dicentẽ: Si hoĩbus placerem Christi seruus nõ essem. In eo placeas hoĩbus, in quo places deo. Alioquin nõ dei, sed hoĩm eris seruus. Multo melius est ueris offendere, q̃ placere adulando: & malum incusare ut corrigat, q̃ dissimulare ut inualescat. Tempus etiã prædicationi congruũ quæratur: non semper se-
Luc. 12 culi hoĩbus prædicationes uacat audire. Oportet igitur ut fidelis seruus & prudens, quẽ constituit dñs super familiã suam, det illi in tẽpore tritici mensurã. Vbi obseruandũ ẽ, ꝙ non solum tẽpore apto opus sit, ut data prosint, sed etiã mensura, ut neq; plus neq; minus dicat, q̃ necesse fuerit. Accõmodatissima aũt huic negotio tẽpora erunt, ieiuniorum dies, qui ante festũ dñicæ natiuitatis, dominicæq; resurrectionis solẽnes habent. Tunc tempus acceptabile, tunc dies salutis, tunc messis tempora sunt, in quibus plus
Prouer. 10 frugis colligi solet. Et qui congregat in messe (ut in Prouer

bijs dicitur) filius sapiens est. Siquando alias contigerit: ut uel ad supplicandū uel ad pœnitendū plæbem exhortari opus erit, uel ad sedandas ciuiū inter se seditiones odiaq; tollenda, tunc quoq; prædicationibus erit insistendū, ut in radice reprimat̃ malū ne pullulet, & in morte multorū fruticetur.

¶ De prædicantium meritis. ¶ Ca. XV.

QVisquis in his quæ dicta sunt, diuinæ laudis gr̃a salutisq; proximorū sese pro uiribus exercuerit, multa quidē in terra, sed plurima in cœlo beneficia consequet̃. Sp̃ũsancto illuminabit̃, scientię capiet incremētum, uim in suadēdo dissuadendoq; acquiret. Siquidē ipse unus in trinitate deus, hoc uisibiliter apparere fecit in apostolis, quod postea in eorū successores operaturus erat inuisibiliter. Visæ sunt supra illos, qui ad euangelizandū mittendi erant, igneæ linguæ, & ipsi repletæ sp̃ũsancto cœperunt loqui (ut Lucas inquit) uarijs linguis, prout sp̃ũsctũs dabat eloqui illis. Tu quoq; o sacerdos, qui & ante ut disceres quę dei sunt, oēm curā operāq; adhibuisti, & postea ut doceres, syncero corde feruentiq; in deū ac proximos charitate pulpitū inscendisti, si sapienter, si egregie, si efficaciter uerba feceris, nihil tibi arroges, nihil tuo uel ingenio uel studio plaudas: totū hoc sp̃ũsancti gratia est, totū donum dei est. Nō uos estis, inquit, qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Hoc si habes, iam certissima futuræ beatitudinis spe oppignoratus es, iam beatus dici meruisti: iuxta illud psalmistæ: Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Sic se eruditū confitebat̃ Paulus, licet multa a Gamaliele didicisset, cum diceret: An experimentū eius quęritis q̃ in me loquit̃ Christus? Excusabat immaturā ætatē Hieremias ad populū loqui iussus, imparemq; se huic rei asseuerabat quādo tetigit os eius dñs dicens: Ecce ego dedi uerba mea in ore tuo, ecce ego constitui te hodie super gentes & super regna ut euellas & destruas & disperdas & dissipes, et ædifices & plantes. Tu quoq; si tuis sermonibus auelli uideris uitia, & uirtutes plantari in cordibus eorum quos doces, cōtactum a sp̃ũsancto os tuum esse scias, & de labijs

Actu. 2

Mahtt. 10.

Psal. 93

2. Cor. 13

Hiere. 1

tuis nō tua, sed dei uerba processisse. Deus est qui aperuit os mutorꝝ, & linguas infantiū fecit disertas: deus est cuius uox in uirtute & in magnificentia, superborꝝ cedros confringens & humilibus præstans gratiā. Vox ista euangelicæ prædicationis est, arrogantes destituit, & in deo tm̄ cōfidentibus se cōmodat: ita ut interdū qui minus eruditus est, plus efficaciæ in dicendo habeat, magisq́ satisfaciat
Psal. 67 prudenti auditori. Sic em̄ per prophetam dicitur: Dn̄s dabit uerbū euangelizantibus uirtute multa. Igitur quemad modū uirtus ista (ut in euangelio est dictū) de saluatore nostro exibat, & ægros per tactū uestimentorꝝ eius curabat, ita peccator fidelis ac sancti doctoris uoce in intima cordis contactus ad pœnitentiā operaq́ uirtutis conuertet, & animæ suæ languorē conualuisse sentiet, occulta spūssancti medicatione. Prædicator quippe medicus animarꝝ est. & cum in hoīe nihil pretiosius habeat anima ipsa, præstantissimū diuinæ liberalitatis donū est, animæ languoribus succurrere scire, & uineæ manu dei consitæ operariū esse, atq́ in multā messem mitti a dn̄o messis, ut frugē colligas in horreis cœlestibus reponendā. Magnificū est mensæ diuinæ esse conuiuā, sed magnificētius ab ipso mensæ domino dignū iudicari, ut sis conuiuarꝝ inuitator & ad sponsi nuptias conuocator multorꝝ atq́ collector. Cui hoc fuerit concessum, dici de illo poterit quod de Ioanne bap. fuit di
Luc. 1 ctum: Et tu puer propheta altissimi uocaberis, præibis em̄ ante faciem dn̄i parare uias eius, ad dandā scientiā salutis plebi eius, in remissionē peccatorꝝ eorū. Propheta em̄ altissimi, sacrarꝝ interpres scripturarꝝ est: qui tunc quidē ad cor audientium parat uiam dn̄o, cum illi uerbis eius edocti, a peccatis per pœnitentiā purgant̄, & uirtuti studere incipiunt. Eidem conuenient laudes illæ, quæ aplis a dn̄o datæ
Matth. 5 sunt dicente: Vos estis sal terræ. Vere em̄ sal terrę est, cuius præceptis humana mens conditur, ne corrumpat̄ contagine uitiorꝝ & contabescat. Vos estis lux mundi. Lux mundi est, cuius uerbis & exēplo fugant̄ tenebræ ignorātię alienæ. Ciuitas est etiā prædicator supra montē posita, omniū obiecta oculis, ut oēs ad illam concurrāt, uel discendo quæ

dicuntur, uel ea quæ ab eo qui docet fiunt imitanda. Idem lucerna est super candelabrum, non aliter quàm ciuitas supra montē. Lucet enim omnibus qui in domo sunt, & fideles animas doctrinæ suæ fulgore illustrat, uel qualiter illustrari debeant, morum sanctitate demōstrat. Gaudete igitur omnes euangelicæ disciplinæ doctores: de uobis ista memorant, non de philosophis, nō de oratoribus, non de poetis. Nulla in illis ueræ lucis lux fuit, qui Christum ignorarunt. Vobis data est potestas, quam illi non habuerunt: curandi infirmos, eijciendi dæmonia, mortuos suscitandi. Infirmos enim curatis, quoties eos qui errant, in uiam ueritatis dirigitis: dæmonia expellitis, cum eos qui per peccatum diaboli domicilium erant, ad pœnitētiam uestris exhortationibus cōuersos Christo restituitis: mortuos ad uitam reuocatis, cum de scelerum sepulchro iam fetentes, diuinæ misericordiæ magnitudinem proponēdo, ad ueniæ spem erigitis, & ut in deo uiuere incipiant autores estis. At uero illi scientiæ gentilis professores, quomodo infirmos curarent, cum ipsi infirmi essent, diuersa inter se sentientes? quomodo dæmones eijcerent, ipsi dæmonum cultores, quos pro dijs habuerunt? Quomodo mortuos reuiuiscere facerent, cum Christum, qui uita est, nescierint? Nonne uos illis doctiores estis, quos non homo, sed deus erudiuit, quos dei filius, qui summa ueritas est instruxit? De uestro certe, nō de illorum doctrina est dictum: Aurum & multitudo gemmarum & uas pretiosum labia scientię. Prouer. 20 Nihil enim ea scientia charius, nihil pulchrius, quæ de ore fidelis doctoris emissa uiam ad immortalitatem mortalibus ostendit, & quorum operum passibus ad beatitudinem peruenitur, uerissime docet. Vos ergo uenter estis, de quo flumina fluunt aquæ uiuæ. Vos thesaurus de quo proferuntur noua & uetera. Vos aurum quo Prouer. 16 templum ueri Salomonis linitur. Vos templum dei uiui, qui in uobis manens emittit eloquium suum terræ, & per os uestrū uelociter currit sermo eius. De hoc sermone est scriptū: Fauus mellis uerba cōposita, dulcedo animæ, sanitas ossium. Omnis quippe sermo celestis, animæ fideli & iucūdus est & gratus: quandoquidem & delectat multū, & uirtutum fru

dio plurimũ confert. Quoties aũt altiora repetitis, & men
tis indagine illa quę in mysterio condita sunt, elicitis & in
lucem profertis: uobis conuenit quod in prouerbijs dicit:
Aqua profunda uerba ex ore uiri, & torrẽs inundans fons
Prouer. 18 sciẽtiæ. Quoties uero audacter & intrepide in uitia inuehi
mini, columnæ estis firmæ fulciẽtes ueritatẽ. Ob hoc Pau
Gal. 2 lus apostolus Petrum, Iacobũ & Ioannẽ uocauit colũnas,
quarum stabilimẽtum a domino est, q in psalmo de eccle-
Psal. 74 sia loquẽs ait: Ego confirmaui columnas eius. Ad hęc etiã
montes estis, quos nulla uẽtorum uis concutit, nullus pro-
cellarum turbo commouet: de qbus in psalmo dicit: Mon
Psal. 124 tes in circuitu eius: hoc est, ecclesiæ: & dominus in circuitu
populi sui. Quid ultra dicã? Vos plenæ illæ nubes estis de
Eccl. 11 qbus Ecclesiastes ait: Si repletæ fuerint nubes, imbrẽ sup
terrã effundẽt. Sapiẽtia eñi repleti diuina, non cessatis pce
ptis pluere doctrinarũ. Vos estis cœlum late resonans toni
tru fidelium eloquiorũ: de quo in psalmo prædictum fuit.
Psal. 17 Intonuit de cœlo dñs. Et in alio psalmo: Annunciabũt cœ
Psal. 21 li iustitiã eius. Et rursum in alio: Cœli enarrant gloriã dei.
Psal. 18 Vos denicq non solum montes uel nubes uel cœli, sed q
omniũ nobilissima creatura est, angeli dei estis, nõ naturę
cõmertio sed officij dignitate. Nuncius dei angelus est, nũ
cij dei sancti pdicatores sunt. Vnde sicut de Ioanne bapti-
Malach. 3 sta Malachia dixit deus: Ecce ego mitto angelũ meũ, q p
Apoc. 2 parabit uiã ante faciẽ meã: ita & uobis dicit: Parate uiam
dñi. In Apocalypsi etiam ecclesiarũ prefecti quos nos epi
scopos dicimus, angeli appellantur. Ille aũt uerius ange-
lus est, qui sua doctrina ædificat ecclesiam, quam qui ecclesiæ
tantum præses est, & docendi laborem otio supatus fugit.
Plaudant igitur sibi, qui aurum argẽtumcq lucrantur, qui
magnum pecuniarum quæstum faciunt, qui urbes expu-
gnant, & regna sua subdũt imperio. Vos animas domino
lucramini, quibus nihil est pciosius, nihil in natura huma-
na excellentius: uos ergo melius, qui muros Hierusalem
ædificatis, qui ad cœlestem patriam exules reuocatis, ut cũ
illis, immo & super illos regnetis. Vos enim constituet do
minus sup familiã suam, & super omnia bona sua; tunc

perpetui reges æternique domini eritis omnium illorum, quos uestris prædicationibus uestraq; doctrina conuersos de terra ad coelum transmigrare cõtigerit. Et tunc demum Christus uester rex regum & dominus dominantium erit, cum uos alijs præesse iusserit, tribunos uel chiliarchas animarum, quas ei lucrati estis, constituens.

¶ De prædicantium beatitudine. Ca. XVI

SVmite igitur calciamenta in pedibus ad præparationem euangelij, ut cum coelestia prædicaueritis, terrena non contingatis: & de uobis dici queat: Quam pulchri pedes annunciantium & prædicantium pacẽ, & annunciãtium bonum. Excitet uos dei amor, proximorum charitas, promissaq; uobis beatitudinis merces. Qui em̃ fecerit & docuerit sic, magnus uocabitur in regno coelorum. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in uitam æternam. Et qui talẽtis dñi totidẽ alia lucratus fuerat, dixit dñs: Euge serue bone & fidelis, qa sup pauca fuisti fidelis, sup multa te cõstituã intra in gaudiũ dñi tui. Talẽta q̃ ad negociandũ danť, sciẽtia spiritalis est: talẽta uero q̃ superlucranť, opa sunt, tum nostra secundũ sciẽtiæ donũ facta, tũ eorum quos docẽdo & exhortando ut eadem facerent alleximus. In Esaia etiam beatos uocat dñs doctrinæ sanctæ dispẽsatores. Beati, inqt, qui seminatis super om̃es aquas, immittẽtes pedẽ bouis & asini: hoc est Iudei & gẽtilis: quod qdem ad euangelij tẽpora ptinet. Ante hac em̃ lex uetabat arare in boue & asino simul: dñs quoq; apostolis pceperat. In uiam gẽtium ne abieritis. Nunc aũt seminať sup om̃es aquas & pes bouis & asini simul imittiť postq̃ ipe dñs asinã solui iussit, & asino insidẽs ingressus est ciuitatẽ: mãdauitq; euangeliũ omnibus ubiq; gẽtibus pdicari. Beati igiť erunt, q uerbi dei semẽ, ubicũq; fructus aliqs sperať, studuerint seminare. Qui em̃ conuerterit peccatorẽ (ut Iacobus apostolus ait) saluabit animam eius a morte, & operit multitudinem peccatorum. Quanti autem meriti sit, peccatorem ad poenitentiam inducere, & a uitio ad uirtutem reuocare, ostendit dominus ad

Esa. 52 — Ioan. 4 — Matt. 25 — Esa. 32 — Deu. 22 — Iacob. 5

Hier.16 Hieremiam dicens: Si conuerteris, conuertam te, & ante faciē meam stabis. Quæ sane beatitudo par uideť euangelicæ felicitati, qui & stare dicuntur in conspectu dei patris, et faciē eius ꝑpetuo cernere. Atq̧ hęc sunt bona illa ineffabilia, quæ scientia & probitate præditis debenť præceptoribus, dicēte Salomone: Eruditus in uerbo reperiet bona.

Prouer.6 Dañ.12 Dicēte etiam angelo ad Danielē: Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti; & qui ad iustitiā erudiũt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. In quo uideť maioris præstātiæ fore illorum beatitudinem q̃ alioꝝ sanctorum: quandoquidem ijs rebus comparantur, quæ inter ista nostro aspectui patentia omnium pulcherrima apparent, & terram omnem suo illustrāt lumine. Ad hæc si eos in terra præ cæteris reuereri iubemur, quomodo non etiā in cœlo altiorem honoris gradum adipiscentur? Ait enim

1.Timo.5 apostolus: Qui bene præsunt præsbyteri, duplici honore digni habeantur: maxime qui laborant in uerbo & doctrina.

Quantum prodest habere prædicatorem. Capitulum XVII.

SAtis multa de officio apostolici prædicatoris hactenus dicta sunt, restat nunc uidēdum, quantum populo prosit habere sanctum atq̧ eruditum pie iusteq̧ uiuendi præceptorem, & econtrario quantum noceat si defu

4.Reg.12 Ioas erit. Præsente illo erigimur, stamus, proficimus: absente illo labi atq̧ cadere solemus. Ioas rex Iuda donec Ioiadæ sacerdotis cōsuetudine cōsilijsq̧ usus est, pie probeq̧ uixit: illo morte sublato ad uitia declinauit. Cæteros reges omẽs, q fidei moꝝq̧ sanctitate probanť, educatos institutosq̧ uel a sacerdotibus uel a prophetis fuisse cōstat. Samuel docuit Dauidem, Nathan Salomonem, Micheas Iosaphatum, O-

1.Esdrę.10 see Ioathanum, Esaias Ezechiam, Hieremias Iosiam, Esdras populum, ita ut illo monente repudiarint uxores, filiosq̧ abdicarint, quia contra dei legem alienigenas acceperant, prolemque cum his multam susceperant. Difficile fuit uxores dimittere, difficilius ex se genitos a se separare, utrunq̧ tamen factum sacerdotis adhortationibus histo-

tia sacra testatur. Tantum ergo prodest idoneum habere doctorem, qui uitia increpet & ad uirtutem accendat: ut ipso audito etiam ea quæ incorrigibilia uidentur, corrigantur & quæ uix sperari queunt, eueniant. In prouerbijs a Salomone est dictum: Legatus fidelis, sanitas. Et iterum: Vena uitæ os iusti. Dauid quoq; in psalmis: Docebo, inquit, iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur. Ille sanitas est, quo docente a peccatorum morbo grex infirmus conualescit. Ille uena uitę est, per quem qui in peccato mortui erant, ad uirtutem capessendam uiuificantur. Tunc autem impius ad deū conuertitur, cum sermonibus prædicatoris instructus relicto errore ad uiam sese confert ueritatis. Quid uerbis opus est? experimenta docent, q̃ sit expediēs prædicationes audire. Sæpe uidimus his auditis, Iudæos baptismum poscere Christi, seculares uiros ac mulieres religionis uota suscipere: & quæ perfectionis sunt, libera uoce profiteri. Prædicationes igitur audiendo, homines ex malis boni euadūt, ex bonis meliores, ex melioribus perfecti & ex perfectis beati. Atq; ita demum de terra transferuntur ad cœlum, ut fiant de mortalibus immortales, de terrenis cœlestis; & si fas est dicere, de hominibus dij. Quod si magni emolumenti res est patriam obsidione hostili liberari, inimicorum exercitus profligari, regni fines longe lateq; diffundi, & auctis tandem uiribus ad bellorum tumultu quiescere, tranquilliq; ac peccati flatus optata felicitate frui: nonne utilius est, ut animæ uitiorum oppressæ iugo, in libertatem uendicētur; ut diaboli potestas uirtutum profectu cōteratur, ut caro seruiat spiritui, & homo ipse nō alijs, sed quod multo gloriosius est, sibipsi imperet, sibiq; dominetur? Si eñ nihil prodest homini mundum uniuersum lucrari, & animæ suæ pati detrimentum, consequens est, ut animæ profectus pluris sit, q̃ urbes debellare, q̃ terrarum orbem sibi subdere, & omnibus quæ ubiq; sunt nationibus pręesse atq; dominari. Adde q multi reges ac principes, qui ab hominibus honorant, deo exosi sint; quicūq; autem probe sanctęq; uixerit, siue liber, siue seruus, nō potest ei non esse gratissimus deo atq; charissimus. Quid au

Prouer. 13
Psal. 50

tem iuuat, regnis præsidere, & ab ipso rege regum reprobari? Regnum tibi si hostis non abstulerit, certe auferet mors, quæ semper propinquior est quam creditur. Coelestis uero beatitudinis præmium, perpetuum est & perenne. Nullius minas metuet, qui illud consecutus fuerit, nullos casus formidabit, semperque felix ac beatus erit, quem semel dominus in suum receperit regnum. Et si ad tantum ac tale bonum per sanctorum doctrinam peruenitur, nulli dubium est, quin super omnia conducibile sit, sanctas in ecclesia auscultare prædicationes, & earum institutionibus in uiam dirigi uirtutum. Audisti quantum expedit habere uitæ institutorem, audi e diuerso, quanti detrimenti sit eo carere,

Quantum nocet prædicatorem nõ habere. Ca. XVIII.

Malarum uoluptatum illecebris deliniti hoĩes, in omne nefas licẽter irruent, si nemo sit, qui improbe luxuriantes eloquij uiribus coerceat atque moderetur, & futurorum expectatiõe a præsentium cura auertat: ut uel poenarum metu, uel spe præmiorum a uitijs ad uirtutem transferantur. Hoc Salomon in prouerbijs testat, dicẽs: Cum propheta defecerit, dissipabitur populus: dissipabitur utique populus, non corporum motu, sed quod deterius est, inconstantia morum, carni magis quam spiritui seruiendo. Neque enim fieri potest, ut sit ibi uirtuti locus, ubi non est qui doceat uirtutem. Hinc idem ait: Vbi non sunt boues, presepe uacuum est: ubi autem plurimę segetes, ibi manifesta fortitudo bouis. Nam quemadmodum de labore boum paleis ac foeno impletur præsepe, ita per studiũ prædicationis auditorum corda imbuuntur præceptis iustitiæ exẽplisque uirtutum, & fructum faciunt operando quod didicerunt: atque tunc bouis triturantis, cuius os uinciri lex prohibet, fortitudo apparet, cum in plębe ubi lolium & steriles auenæ erant, bonarum actionũ seges exurgit. Porro ubi non sunt boues isti, ibi præsepe non solum uacuum est, sed etiam immundum: tunc enim luxuriæ frena laxantur, gulæ uentrique indulgetur: tunc impudicitia amittit uerecundiã,

Prouer. 29

Prouer. 14

iniustitia metū, auaritia modestiā: tūc odia cōcipiunt, iræ exardescunt, rixæ sequiunt, & quolibet flagitij genere libere peccat, cum non adest qui peccantes uerbo correptionis castiget, & sermonibus doctrinæ salutaris incitet ad probitatem. Fit autem plærunq; ut plæbs aliqua propter scelerum magnitudinem cordis duritiam indigna sit, cui deus mittat sui uerbi doctorem. Vnde per Amos prophetā ait: Mittam famem in terra, non famem panis, neq; sitim aquæ, sed audiendi uerbum domini. Itaq; uerēdum est, si in ciuitate suis tēporibus non affuerit euangelicæ disciplinæ p̄dicator, ne ad extremum usq; scelerum peruētum sit. Quod cum acciderit, nihil reliquum est, nisi ut funditus euertatur gens illa & pereat, quæ ab eo, cuius nutu cuncta sustentantur, derelicta erit. Sunt p̄terea qui discere, q̄dem uellent, sed non est qui doceat: esuriunt & sitiunt iustitiam, & non inueniūt, a quo præceptis iustitiæ saturent. Hos deplorat Hieremias & ait: Adhæsit lingua lactantis ad palatum eius in siti. Paruuli petierunt panē, & nō erat qui frangeret eis. Hi certe miseratione digni, q̄ dum bonis exaturari cupiūt, malis quō sciūnt, abstinent. Ne quē aūt scrupulū patiant erroris orādū est, ut mittat dn̄s op̄arios in messem suā. Quicquid interim patiunt, pastorū culpa fit, q̄ præsunt ecclesijs & dum seipsos pascunt, gregis esuriētis periculum negligunt. Quod si eorū incuria ouis aliqua perierit, sanguinis eius rei erunt. Dn̄s Iesus redēptor noster aluit turbam in deserto, ne deficiant in uia: ut ostēderet, eos in uia uitæ deficere, qui non habēt ducē, a quo perduci possunt ad uitam Nulla aūt maior homini contingere potest p̄nicies, q̄ a recti honestiq; tramite deuiare. Tam ergo malum est carere uiuæ uocis hortatoribus ad coercenda uitia uirtutesq; capescēdas, q̄ bonum eos habere. Quare uos omnes qui in deserto seculi huius uitam agitis, & terrenarū rerum sollicitudinibus occupamini, quærite pium quęrite sanctum opportunis tēporibus uobis monitorem, quo declamante et modestius discatis uiuere, & meliora possitis sperare. Vos quoq; qui dono dei spiritalis doctrinæ scietiam estis consecuti, incūbite operi officioq; p̄dicandi ac docēdi. Cogita

Amos

Treñ. 4

re quanti apud deum meriti sit, catholicis fidelibusq; pce
ptis erudire indoctos, & uel unũ uel alterũ Christo lucrari.
Quantæ etiã dilectionis argumẽtũ, omnes docere, ut oẽs
nobiscum simul saluetur. Non sit uobis graue, urbes, uicos
regionesq; pcurrere, & illos imitari: de qbus scriptũ est:
Psal. 18 In omnẽ terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ
uerba eorũ. Qui non modo illos q tunc erant, docuerunt,
uerũetiã posteros oẽs q sunt, quiq; deinde erunt, ad quos-
cunq; scripta illorũ puenerint. Ac nequid ex his quæ in ter-
ra fiũt sctõrũ labore doctorũ maius esse credatis, hoc labo
re fundata est Christi eccl̃ia, hoc ædificata, hoc pmanet &
aduersum hæreses inuicta, & aduersum uitia immobilis.
Nisi enim scripsissent illi, qbus datum fuit nosse misteriũ
regni dei, qs nunc quæ uera sunt disceret? quis doceret? A
prophetis, ab apostolis, a reliquis eccl̃iæ sanctæ magistris
didicimus, quæ nunc docemus. Ipsorũ profecto q discipu-
lus non fuerit, nõ poterit esse utilis præceptor aliorum.

¶ De corporis mannumq; labore. Ca. XIX

QVoniam uero prædicãdi ac docendi exercitatio ad
eruditos tantum pertinet, simplicibus & indoctis
eam dabimus exercitationem, quæ corporis ma
nuumq; labore constat. Iuuat ẽm post soluta pcationum sa
crificia operis aliquid facere, ut habeat mens & cogitatio
in quo se occupet, & minus libera sit facultas euagandi p
illas rerum temperalium uanitates, quæ uel inuitis nobis
obrepe interdum et obuersari animo solẽt. Honestus quiq;
labor monacho conuenit, aut legere, aut scribere quæ sctã
sunt: pingere etiam uel fingere sctõrũ imagines, quarũ con
tẽplatione accendatur ad uirtutẽ. Item in horto plantas po
nere, sarculo inutiles herbas excerpe, humum ligone uersa
re, riuulis irrigare, & siquid aliud res exegerit, olitoris opa
Eccle. 7 pficere. Præceptum est ẽm: Non oderis laboriosa opa, &
agricolationẽ creatã ab altissimo. Præterea fiscellas lẽtis ui
minibus texere, ligna dolare, onera ferre, & qcqd dei seruo
nõ illicitũ factu credit pagere: neq; cõmittere, ut inertia ui
ctus qescat, & q̃ pdicatiõi aut lectiõi supsunt tpa otio sibi
pdat. Ista aũt o monache, q̃ tibi faciẽda iniũgimus, ne q̃si

uilia & abiecta contemnas: illi qui talia factitarunt, a domino sublimati sunt. Piscabatur Petrus cum alijs etiã post acceptũ apostolatũ. Paulus funiculos intorquebat, ne quẽ sui uictus impensa grauaret: nunc a regibus terræ ueneran tur. In humili igitur opere exerceri ne asperneris, qui cum Christo cupis in cœlestibus regnare. Non te pudeat pauimenta monasterij ut munda sint uerrere, uasa mappasq; lauare, coquinã facere, esculenta poculentaq; alijs ministrare. Non puduit oĩm dñm seruis suis pedes abluere, tergereq; ablutos. Qui talia detrectat, scias illum nondũ ad humilitatis uirtutẽ peruenisse. Seruilia igitur opera f ac, ut humilieris: laboriosa, ut carnis petulantiã domes: uenalia, ut uictum pares: religiosa quæ pingendo uel fingendo fiunt, ut quod professus es constantius exequaris. Etẽm sanctorum simulachra siue picta, siue ficta si iugiter spectetur, sti muli sunt desidiæ fugiendæ laborisq; subeundi: dum ad mentẽ nobis reuocant, quibus artibus ipsi sancti æternam beatitudinẽ consecuti sint. Hanc certe adepti sunt, Antonius qui sportulas de palmarũ folijs texuit, Hilariõ qui ligna concidit, Seraphion qui cum suis discipulis messis tempore operam locabat, ut inde haberet quod ipsorũ uictui anno sufficeret, Archebius qui suis manibus cellas construebat quas alijs donaret, Pacomius cui cum suis monachis propositũ fuit manuũ labore uictum quærere, Dorotheus qui diuenditis quas texuerat sportulis, pretiũ quod uictui superesset, pauperibus erogabat. Nõ; prauis cupiditatibus resistere, non ad perfectionẽ uitæ peruenire potuissent, si succisiua tempora otio contriuissent. Labore quippe corporis uegetatur intellectus, uoluptatũ appetitio coercetur, superbia frangitur, uirtus retinetur, & quicquid per otiũ corruptum fuerit, per laborẽ instauratur. Denicq; operum orationũq; uicissitudine diaboli tentamenta superantẽ & in proposito uitæ sanctioris in finẽ usq; perseueratur. Si paupertatẽ professus es, magis liber eris cum manuũ labore uictum quæsieris, q̃ cum eleemosynã acceperis. Laboramus, inquit Paulus, manibus nostris. Et si manibus laborabat is, cui ut Christum prædicaret iniunctũ fuerat, quãto

Petrus. Paulus. Antonius Hilarius Serapion Archebius Pacomius Dorotheus Labor corporis 1. Cor. 4

magis ei labor hic necessarius est, qui neminẽ docet, cui post dictas deo laudes otiandũ est, nisi se alicui corporis
2. Thessa. 3 labori accingat. Ad Thessalonicẽses ille scribens, fatet̃ opera manuũ fecisse se, neq̃uẽ grauaret subsidia uitæ poscẽdo pro ministerio uerbi, q̃uis id liceret, uolens potius dare se
Ibidem. in exemplũ operandi uictus gr̃a, q̃ poscendi. Et siquis nõ uult operari, inquit, nec manducet. Cunq; esset Ephesi (ut
Actu. 20 Lucas refert) ad maiores natu locutus est: Argentũ & aurum aut uestẽ nullius cõcupiui sicut ipsi scitis: q̃m ad ea q̃ opus erant mihi, & his qui mecũ sunt ministrauerũt manus istæ. Hunc ergo qui inter apostolos plus oĩbus operæ impendit in p̃dicando & scribendo: si sequi in istis nõ potes, imitare saltẽ in manuũ exercitio ac labore. Sic enim & necessitatibus uitæ tuæ consules, & simul uanis cogitationibus facile dabis repulsam, paratiorq; ac promptior ad soluenda precũ uota redderis. Nam queadmodũ uarius cibus appetentiã edendi prouocat, & cœna placet in q̃ apponunt aliæ dapes diuersæq; ab illis, quæ in prandio fuerunt, ita & orationẽ gratiorẽ faciet magisq; delectabilem
Luc. 12 alterius operis uicissitudo. Quod aũt ait dñs: Nolite solliciti esse animæ uestræ quid manducetis, neq; corpori uestro quid induamini: sollicitudinẽ metuendi ne uitę necessaria desint, tollit: non laborẽ adimit, ut simul quod in te est facias, & oĩm in deo spem habeas firmã atq; stabilem. Otiosi aũt uana est spes. Terra ipsa non reddet fruges, nisi araueris, sementemq; feceris. Primo homini dictũ est: In sudore uultus tui uesceris pane tuo: & tu panem parare tibi posse putas nihil agendo, uel cupidines malas uincere & sensibus imperare? Crede mihi non otium hæc omnia superat, sed labor improbus (ut poeta inquit) & duris urgens in rebus egestas. Monachum itaq; & pauperẽ & laboriosum esse oportet: pauperem, ut in deo diues sit: laboriosum, ut facilius perueniat ad quietem. Vnde dono dei sapientissi-
Prouerb. 6 mus Salomon mittit te ad formicam, ut eius exemplo tibi aliquid pares, quo postea es usurus: hoc est uel uictum, ne esurias, uel in operando occupationem, ne carnis diabolique oppugnationibus per inertiam succumbas. Ingentem

(ut quidam ait) formicæ farris aceruum. Cum populant hyemis memores, tectoq; reponunt, It nigrum campis agmen, prædamq; per herbam Conuectant calle angusto, pars grãdia trudunt Obnixæ frumẽta humeris: pars agmi na cogunt Castigantq; moras, opere omnis semita feruet. Tu ergo istas imitatus futurorum memor, præsentia bene dispone, & callem angustum ingredere, qui ducit ad uitã, non latum qui ducit ad perditionem: suppone humeros la bori, ut aliorum quoq; desidiam somniculosam tuo exci tes exemplo. Nullam interim lassitudinem timeas: laborã tem adiuuabit dominus, & adiuuando consolabitur. La- borabant contra uentum remigando apostoli, quãdo sal uatore in nauiculam ascendente cessauit turba & fluctus quieuere. Vocat quoq; eos dominus qui laborant, dicens: Venite ad me omẽs qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Hanc tu refectionem intra te senties, quoties quicquid agis, ad eũ finẽ direxeris, ut purius dño tuo ser- uias. Omne quodcunq; facitis, inquit apostolus, in uerbo aut in opere, omnia in nomine dñi nostri Iesu Christi faci te, gratias agentes deo patri per ipsum. Facere opus & gra tias agere simul iuberis, ut & manum cum Martha mini sterio occupatam habeas, & mentẽ cum Maria diuini cõ templationi intentam. Operari præterea manibus debes, non modo ut necessaria compares, uel mali tentamenta uincas: uerumetiam ut habere possis quod alijs impartias dicente aplõ: Qui furabatur, iam non furetur: magis autẽ laborat manibus suis quod bonum est, ut habeat commu nicare ei qui indiget. Hoc idẽ suo te exẽplo hortat mulier illa fortis, de qua scriptũ est: Quęsiuit lanã & linũ, & ope- rata est consilio manuũ suarũ. deinde sequit. Manũ suã ape ruit inopi, & palmas suas extendit ad pauperẽ. Grãdis pro fecto charitas, non tam pro sua q; pro aliorum inopia labo rare, & operi propterea libentius incumbere, ut colas pie- tatem. In fine dicit: Date ei de fructu manuũ suarũ, & lau- dent eam in portis opera eius. Ex quo discimus, q; chari- tatẽ sectantis labor, bonis tandẽ compenset sempiternis. Verũtamẽ nequis imprudẽter supponat dorsum suũ oneri

Matth. 8

Matt. 11

Colos. 3

Ephe. 5

Prouer. 31

quod ferre non satis præualet, pensandæ uires sunt, moderateq́ agendũ. Nemo iumentũ suum plus iusto onerat, & si illud uiderit sub fasce gemere, ac titubanti uestigio male incedere, demit aliquid, ut pondus eleuet, & ad mensurã oneratũ ire dimittit. Haud aliter tibi de iumento corporis tui faciendũ erit, alioquin iumẽtis quibusdam minus sapere uideberis. Camelus eñ neq́ ultra solitũ procedit spatium, nec plus instituto onere recipit. Quod si maius ferente fuerit onus, necesse est ut opprimat. Inconsulta effluunt moderata aũt durant. Neq́ eñ qui tulerit laborem, sed qui pertulerit, æternæ quietis beatitudinẽ consequetur.

¶ De otio inutili et infructuoso. Ca. XX.

VT aũt & corporalis & spiritalis operis laborẽ cupidius ardentiusq́ subeamus, inertis otij uitium q̃ detestabile sit consyderemus. Arguitur stultitiæ qui laborem deuitat, dicẽte Salomone: Qui sectatur otium, stultissimus est. Idem pusilli animi esse dicitur: Pigrum, inquit deijcit timor. Somno etiam magis q̃ uigiliæ deditus est. Pigredo, inquit, immittit saporẽ. Idem tam uirtutis q̃ rerum egens erit. Dicitur enim: Egestatẽ operata est manus remissa. Et iterum: Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & non dabitur illi. Otiosus ergo et stultus est, & meticulosus, & somnolentus, & animi fortunæq́ bonorũ egens atq́ inopiosus. Nihil tamẽ in se peius habet otium, q̃ q̃ pateat concupiscentijs. Unde dicitur: In desyderijs est om̃is otiosus. Et rursum: Multam malitiam docuit otiositas. Cum aũt otiosus malitiam didicerit, flagitijsq́ sese onerauerit, iacet in illis, & torpore uictus uix unquã de resurgendo cogitat. Nam si quando ad se rediens culpam agnoscat, impossibile sibi uidetur, ut ab ea desistat. Et interdũ ipse de sua pigritudine conqueritur, intra se cũ propheta dicens: Circumædificauit aduersum me, ut non egrediar, aggrauauit compedẽ meũ. Sed cum liberum sit non peccare, nihil prodest difficultatẽ a peccato cessandi prætendere. Et quoniã animæ otio marcescentis ista imbecillitas est, non naturæ. Viderunt eam hostes (ut in Hieremia est scriptũ) & deriserunt sabbata eius: hoc est, infructu

Prouer. 12
Prouer. 18
Prouer. 19
Prouer. 10
Prouer. 20
Eccle. 33
Tren. 3
Tren. 1

osam quietem eius dæmones intuentes lætati sunt: eo q illam ignauiter torpescentẽ ad quæq turpia facile se pertra cturos, quasi piscem hamo sperarent, donec ad interitum usq deducerent. In hunc eñ interitũ corruit & Sodoma, de qua dicitur: Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, su perbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius. Ezech. 16
Quod si nõ abundas, sed inopia premeris, & tamẽ otio in dulges, non es a periculo perditionis liber, quandoquidẽ nõ solum abundantia & saturitas euerterit Sodomam, sed etiam otium: immo tanto nequius otiatur pauper q̃ diues quanto minus habet causam otiandi. Diues nempe cum otiosus fuerit, uoluptatibus luxuriæq operam dabit. Pau peri aũt necesse erit, furto ac rapinis quærere unde uiuat, et in alios grassari, ne ipse fame pereat. Longe itaq periculo sior est otiositas egentis q̃ abundantis. Quid præterea di cam? Frustra illi natura manus dedit, qui nihil agendo cõ terit ætatem: q si necessariæ forent ad applicanda tantum modo ori alimenta, etiam pecudibus datæ fuissent. Opera ri manibus hoĩs propriũ est. Qui ergo manus suas ad ali quid honesti faciendũ non extendit, pecudi certe similior est q̃ homini, aut etiam pecude deterior. Mutum eñ ani mal in multos usus utile est, homo uero otiosus nulli pro dest, sibi aũt etiam nocet plurimũ: ut ex his quæ dicta sunt satis constat. Idcirco sane et ab hoĩbus male audit, & a deo reprobatur. Alij eum statuam lapideam appellant, alij iner tem asellum, alij fatuam anũ aut nihili hoĩem: atq hunc in modũ petulantibus cauillantiũ uocibus taxatur, illuditur, lacessitur, probro contemptuiq habetur. Leuius tamen hoc ei ab hominibus ferendũ esset, nisi etiam ab illo qui su pra hoĩes est damnaret. Lex uetat eunuchum intrare in ec clesiam dñi. Quisnam iste eunuchus est, nisi otiosus, de q̃ nulla proles oritur uirtutũ? Non potest eunuchus generare neq languori ac socordiæ deditus aliquid boni facere. Re pellitur itaq ab ecclesia, ut cœtu fideliũ indignus. Non est eñ de illo eunuchorũ genere, qui se castrauerunt propter re gnum cœlorũ. Valde quippe diuersum est, castitatem deo uouere, & sterilitatẽ boni operis torpescere: quod nõ deo, Deut. 23

Matth.25 sed diabolo seruire est. Hic est ille qui talentũ ad negotian
dum acceptũ abscondit in terra: & cum nullũ quæstũ fece
rit, eijci iubetur in tenebras exteriores, quarũ horrorẽ fletus
auget & dentiũ stridor. Hic est, quem neq; frigidum neq;
Apoca.3 calidum, sed tepidũ tantũ Apocalypsis appellat. Cui uideli
cet satis uidetur, si peccata cauerit, q̃uis boni nihil operet.
Sed dum in isto tepiditatis proposito insipienter perseue-
rat, nauseam facit dño dicenti: Incipiam te euomere de ore
meo. Præcepit enim dñs non solum discedere a malo, sed
etiam facere bonum. Quod si bonum non feceris, licet a
malis abstineas, non es executus quod iuberis. Nolle autẽ
obedire deo, malum est: tempus etiam ad bene agendum
datum sine fructu elabi sinere, malum est. Non potest igi-
tur fieri ut otiosus mali omnino expers sit, cum etiã ipsum
otium malum sit. Merito itaq; & ab ecclesia propellitur,
& ab ore dñi ueluti mucidus panis expuitur, atq; ad tene
bras relegatur, ut semper patiatur malũ, qui nunq̃ facere
Matth.3 uoluit bonum. Omnis enim arbor quæ non facit fructum
Mar.11 bonũ, excidetur & in ignem mittetur. Ficus etiam habẽs
Luc.13 folia, sed non & fructum a dño, maledicitur & arescit. Il-
lam quoq; ficum dominus uineæ succidi iubebat, ne ter-
ram occuparet, in qua iam per triennium fructum non ui-
derat: sed ad preces cultoris uineæ uolentis arborem ipsam
circumfodere stercoraq; apponere, quarto etiam anno ex-
pectauit, ut fructum faciat. Expectat utiq; clemẽtissimus
dominus ab otioso boni operis fructum in pueritia, expe-
ctat in iuuentute, expectat in ætate uirili, deniq; ecclesiæ
præpositi alicuius uerbis exoratus expectat usq; in sene-
ctam: ut ille tandem eiusdem præpositi uel increpatione
impulsus, uel præceptis eruditus, ab ignauia mollitieq; a-
nimi ad studiũ honesti laboris excitetur et exurgat. Quod
si ne tunc quidem desidiam infructuosam reliquerit, quid
aliud restat, nisi ut demittatur damnationis iustę securi suc
cidendus? Ne igitur tibi placeas otiose, q; nihil boni agẽs
adhuc non plecteris, dilatio pœnæ est istud, non uitij im-
Psal.136 punitas. Quanto diutius otiatus fueris, si te saltem in fine
non correxeris, tanto acrius punieris. In salicibus infructu

osis, in medio Babylonis, quæ est mentis in delitijs perdi-
tæ confusio, suspendisti organa sensuum tuorum, turpi uolu-
ptati deditus, & ad flagitia indies magis declinans. Quo
usque abutere patientia dñi emendationẽ tuam expectan-
tis? Non uides, non animũ aduertis, quod cito transeant dies
& labantur anni, quod unaquæque hora non ita uitæ longioris
ut præsentis mortis certa sit? Nullus est eñ temporis pun-
ctus, quo non arctant̃ uitæ nostræ spatia, & quo mors no-
bis nõ propior sit. Quid ergo moraris? quid procrastinas?
Rumpe tandem somnolentiã istam & expergiscere, ac tã
supinæ oscitationis tarditatem recte factorum sollicitudine
discutere festina, antequam rationẽ uillicationis tuæ redde
re cogaris. Vel si usque adeo totus obstupuisti, ut uirtutis
operibus te parem fore diffidas, uoto saltem aut lingua pe
te languori remedium, aridamque ostentans manũ ad do-
minũ suppliciter accede: & ipse postquam te pigritiæ tuæ pœ
nitere conspexerit, dicet tibi: Surge in medium, extẽde ma Luc. 6
num tuam. Tunc tu ope adiutus diuina, protinus exurges
qui hactenus iacueras, & in medium stabis in quo locus
uirtutis est. Nam extrema uitiosa sunt, dexteramque diu cõ
tractam extendere incipies, ut opereris bonum. Atque itaque
qui tua culpa inutilis otij languorem patiebare, diuinę gra
tiæ curatione saluus euades.

De humilitatis uirtute. Caput. XXI.

PORro qm̃ ad acquirendã diuinę benignitatis gratiam
opus est humilitatis uirtute, tempestiuũ uidetur, ut
nunc de ipsa differamus. Dñs eñ qui in altis habitat Psal. 112
(ut in psalmo dicitur) humilia respicit in cœlo & in terra.
Superbis resistit, humilibus aũt dat gratiã. Et in alio psal-
mo: Excelsus, inquit dñs, humilia rẽspicit, alta autẽ a lon- Psal. 137
ge cognoscit. Longe est enim ab eo qui inflatur, qui fastũ
fouet, seque super alios erigit: & quanto magis insolescit,
tanto longius a deo recedit, ad quem nõ est nobis accessus
nisi per humilitatẽ, iuxta illud: Suscipiẽs mãsuetos dñs, hu Psal. 46
milians aũt pctõres usque ad terrã. Quod & Salomõ ĩ pro- Prouerb. 3
uerbijs cõfirmat, dicẽs: Ipse deludet illusores, & mãsuetis Esa. 57
dabit gratiã. & Esaias propheta: Deus, inquit, in sancto

habitans, & cum contrito & humili spū, ut uiuificet spiritum humiliū, & uiuificet cor contritorū. In eodē propheta
Esa.66 dñm audimus dicentē: Ad quē respiciam nisi ad pauperculum & contritum spū, & trementē sermones meos? Et in
Zacha.13 Zacharia: Conuertā manum meā ad paruulos. Quæ autē maior gratia humilibus in uita dari potuit, q̃ ueræ religionis cognitio? quæ in arcano latebat, & quā ne philosophi quidē inuenire poterant, eam nos Christo monstrante didicimus. Vnde ipse ad patrem conuersus:
Matth.11 Confiteor tibi, inq̄t, pater dñe cœli, & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Paruuli sane atq; humiles erant apostoli, qui primi didicerunt ut alios docerent mysteriū dei: de quibus in psalmo fuerat prædictū a
Psal.8 propheta ad deum dicente: Ex ore infantiū & lactentium hoc est sermonibus & prædicatione simpliciū & uulgarium hoim, perfecisti laudē: laudem ueritatis, laudē euangelij, disciplinæq; salutaris. Vt quā mundanæ sapientiæ acumen inuestigare nequiuit, eam piscatorū hebetudo docere
1.Cor.1 inciperet. Hinc est illud quod Paulus apostolus ait: Stulta mundi elegit deus, ut confunderet sapientes: & infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia. Idem dñs humilium precibus facilem se præbet, arrogantes uero non exau-
Soph.2 dit. Ideo Sophonias propheta hortatur & ait: Quærite dominū oēs mansueti terræ, qui iudicium eius estis operati, quærite iustum, quærite mansuetū. Sciebat eñ, ut iustus & mansuetus dñs exoretur, ad seruos iustos mansuetosq; spectare. Seruum quippe qui gratus charusq; dño suo fieri desyderat, mores eius imitari oportet. Nam queadmodū dissimiles inter se dissident ac disseparantur, ita similium summa semper concordia est: & dum paribus nitunť studijs mutua beniuolentia incalescunt. Quod aūt humiles exaudiat deus, per oēs fere diuinæ scripturæ historias patet:
Iudith.9 Sācta uidua Iudith cum Holopherne congressura cilitium induit, ieiunat, orat, & ait: Nec superbi ab initio placuerunt tibi, sed humiliū & mansuetorū semper tibi placuit deprecatio: & illa quidē sicut humiliter orauerat, ita quod
Matth.8 uolebat, perfecit. Clamat in euangelio Centurio: Domine

non sum dignus ut intres sub tectũ meũ: & eadẽ hora qua sic humiliatus est, quod petierat, impetrauit. Necq; enĩ frustra scriptum est: Oratio humiliantis se, nubes penetrabit. Ecclе.35
Chananaea mulier iã repulsam passa, iã in canũ cõparatiõe contẽpta, qa ab humilitate non recessit, meruit tandẽ exaudiri. Filius prodigus cõsumpto patrimonio ad patrẽ cũ humilitate reuersus inuenit ueniã. Peccaui, inqt, i cœlo & coram te, iam non sum dignus uocari filius tuus: atq; ita humiliatus amplexum meruit patris, osculũ, indumẽta, annulum, cõuiuium. Quod ergo luxuria exhauserat, humilitas reparauit. Publicanus pectus pcutit, consciusq; delictorum oculos in cœlum non audet attollere, & iustior redit pharisæo, q ieiunabat, q decimas soluebat, qui bona multa faciebat. Illius enĩ peccata deleuit humilitas, huius merita corrupit mẽtis elatio. Non sum sicut cæteri hoĩes, inqt, & qui se cæteris præferre non dubitauit, publicano etiam postponendus iudicatur. Matt.15 Luc.15 Luc.18

De exaltatione humilium in lege. Ca. XXII

NOn solum aũt quæ poposcerint humiles cõsequuntur, sed etiam mirabilium operum gratia donant, & post hæc præmia beatitudinis æternæ cumulatius capiunt. Abraam puluerem & cinerem se esse dixit loquens cũ deo: benediciturq; ei, & semini ejus. Iacob submittit se fratri Esau, atq; illum dominum suum uocat, per nuncios ab eo captat beneuolentiam, mittit munera, ut leniat iratum: & post hæc gloriatur, dicens: Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea: & tamẽ adhuc submissius agit. Obuiam enĩ factus fratri, septies pronus in terram adorat, donec proxime accederet. Atq; hac tanta subiectiõe ab indignato fratre extorsit pietatẽ: ita ut ille quem pdere decreuerat, in eius collum ruẽs ipsum amplexaret osculareturq; dulcius q̃ dici queat, & fraterna teneritudine superatus fleret. Vnde rursum benedictionem accipit a domino, & indit ei nomen Israel, id est, uir uidẽs deum. Deũ ergo uidere meret, qui se propter deum hominibus humiliat atq; submittit. Loquẽte dño de rubo cornu it Moyses in faciẽ, & cũ mitteret ad Pharaonẽ, educẽdiq; Gñ.18 Abraam Gen.32 Iacob Gen.33 Exod.3 Moyses

de ægypto populi dux constitueretur, indignum se fatebat eo munere, atq; id inire recusabat: pro illis etiam a quibus passus fuerat iniuriam, suppliciter deum deprecatus est Quas ob res meruit fieri populi Israelitici liberator de ęgyptiaca seruitute, legisq; diuinæ lator, & multorum mirabiliū autor, atq; alijs præferri dei iudicio dicentis: Siquis fuerit inter uos propheta domini in uisione apparebo ei, uel per somnium loquar ad illum. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore em̄ ad os loquar ei, palam & non per enygmata & figuras deum uidet. Hinc est illud in ecclesiastico scriptū: Dilectus deo & hoībus Moyses. Et post pauca: In fide, inqt, & lenitate ipsius sanctū fecit illū, & elegit eum ex omni carne. Dauid quoq; mansuetus & mitis uel si mauis dicere humilis, psecutionē Saulus odiumq; capitale maluit uitare fugiēdo q̄ uindicando: cū illū semel atq; iterum occidere potuisset, noluit. Ab inimicis profligatū & interemptū fleuit. Ideoq; dignus iudicatus est, q ei succederet in regno. Absalonis etiā filij necē lachrymis & lametationibus prosecutus est, in eo bello interempti, quo ille nitebat patri regnum eripere. Qua quidem pietate Dauid, uel patientia, uel humilitate, quodcunq; horum dixeris, recte dictum erit: promeruit ad decrepitam usq; ætatem regnare, inimicorum uictor, & ipse inuictus, omniumq; regū Iudęæ deo charissimus. Vnde futuræ beatitudinis spe plenus: Placebo, inquit, domino in regione uiuorum. Credidi propter q̄d locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis. Quanto maiora sperat, tanto magis humiliatur. Non enim euehit mortales ad cœlum superbia, sed humilitas. Iob patientissimus cum fortunæ simul & corporis bona amisisset, ad extremā redactus miseriam, humilitatis uirtutem non amisit. Folium se q̄d uento rapitur & stipulam siccam uocat, dum dominum alloquit, & tot tantisq; calamitatibus affectus nihil stultū locutus est. Post hæc sibi restitutus duplicia recepisse dicit, ut quantum se humiliauerat, tantum exaltatum, uel duplo magis intelligas. Duos quinquagenarios ab Ochozia rege missos, ut Heliam prophetam comprehenderent, ignis

Num. 11 · Eccli. 45 · Dauid · Psal. 114 · Psal. 115 · Iob.

de cœlo lapsus absumpsit: tertium humilitas reddidit tutum. Flexis coram Helia genibus ueniam precatus uitę periculum euasit. Superbi ergo prouocant iram dei, humiles autem prouocatam placant. Amos pastor quia mitis mansuetiq; ingenij fuerat, spiru sancto repletus, prædixit Samariç mala futura, & prophetis meruit annumerari. At etiam prophetali dignitate præditus non insolescit, sed magis humiliat. Nō sum propheta, inqt, nec prophetæ filius, sed armentarius uellicans sycomoros, & dominus misit me prophetare ad Israel. Dum exaggerat domini beneficium, suę conditionis confitetur obscuritatem, de armētario factus propheta: si dissimulasset, & ingratus quidem haberetur, & humilis parum. Quid multa? sic habe, neminem in uirtutibus profecisse, neminem sanctum uel deo charum fuisse, cui defuit uirtus humilitatis. Fundamentum custosq; uirtutum, & de terrra ad cœlum ascendendi uia est humilitas. Per hanc om̄es prorsus ingressi sunt, q nunc in supnis sedibus habitant, facti domestici dei ciuesq; sanctoꝶ.

4. Reg. 1

Amos

Amos. 7

De exaltatione humilium in euangelio. Capitulum XXIII.

NE tamen nouoꝶ exempla omnino pterijsse uideat^r Ioannis baptistæ Petriq; & Pauli apostoloꝶ humilitatem in medium proponā: de his em̄ differtius expressum in scripturis comperio. Ioannes interrogatus quis esset, negauit se esse Christum, malēs ueritate submitti, q̄ efferri mendacio, & neq; Heliā atq; prophetā se esse asseruit dum humiliatur: proinde Christi testimonio extollitur q; uidelicet in spiritu Heliæ uenisset, q; plusquā propheta esset, q; deniq; inter natos mulierum nemo illo maior surrexisset. Ille tamen modis omnibus deijcere se et humiliare non destitit, cum de Christo diceret: Ipse est qui post me uenit, qui ante me factus est, cuius ego non sum dignus, ut soluā corrigiam calciamēti. Petrus piscator erat & in Christū credens indignum se eius cōsortio iudicauit: Exi a me, inquit, dn̄e: quia ego homo pc̄tōr sum. Ob hoc ad apostolatū uocari meruit, ut q retibus pisces capiebat,

Iohan. bap

Ioan. 1

Petrus

Luc. 5

Iohan.13 prædicatione ueritatis hoĩes caperet. Solus nõ sinebat sibi
a dño lauari pedes, postq̃ aũt se cũ illo partẽ non habiturũ
nisi lauaret intellexit: nõ solum, inqt, pedes, sed & manus
& caput: prima uox humilitatis fuit, secunda charitatis. A
Mat.16 quo nolebat lauari, ab eo separari ptimuit. Porro qm̃ et hu
Paulus miliabat plurimum, & uehemẽtius q̃ cæteri diligebat, de
dit ei dominus claues regni, & principem constituit apo-
stolorum. Paulus de uase iræ uas factus est electionis, quan
tum antea furore aduersus Christum intumuerat, tantum
1.Cor.15 deinde propter Christum humilitate se deiecit. Ego, inqt,
sum minimus apostolorum, qui non sum dignus uocari
apostolus, quoniã psecutus sum ecclesiam dei: gratia aũt
dei sum id quod sum, & gratia eius in me uacua non fuit,
sed abundantius illis omnibus laboraui. Ac ne laboris lau
Ephe.3 dem sibi tribuere uideretur subdit: Non ego autem, sed gra
Act.14 tia dei mecum. Alibi etiam omnium infimum se fatetur,
dicens: Mihi enim omnium sanctorum minimo data est
gratia hæc, in gẽtibus euãgelizare inuestigabiles diuitias
Christi. Dum Lystris cum Barnaba prædicationis officio
fungerẽt, dij crediti, diuinũ sibi exhiberi honorẽ usq̃ adeo
respuerũt, ut scissis uestibus mortales se esse clamarẽt, &
ob hoc qdẽ missos, ut falsorũ deorũ cultoribus ueri dei noti
tiã insinuẽt, salutiq̃ eorũ qui credituri sunt consulant. Et hi
sane de qbus locuti sumus, cæteriq̃ eiusdẽ ordinis hoĩes,
si nosse uis, ad quantam gloriam in cœlo exaltati sint: con-
sydera qualem dum in terra uiuerẽt, gratiã acceperint. Cæ
cos illuminare, leprosos mundare, mortuos uiuificare nul
la possunt medicamenta, isti potuerunt. Si magna gratia
hæc, haud dubium, quin etiam magna quæ gratiam secu-
ta est merces fuerit. Quanto igitur humiliores deo seruien
do erimus, tanto gloriam celsiorem consequemur. Cæterũ
cum multos hoc loco breuitatis causa prætererim, quorũ
exemplis uti magnifice poteram, Mariam tamen dei ma-
trem, eiusq̃ filium saluatorem nostrum silentio prætermit
tere nullo modo possum. Hæc fabro desponsata fuerat, in
turba pauperum incognita latebat: intantum autem humi-
litate placuit, ut a deo electa sit, quæ dei filium generaret

Vnde ipsa gloriatur dicens: Magnificat anima mea domi num: & exultauit spiritus meus in deo salutari meo: quia respexit humilitatem ancillę suę, ecce enim ex hoc beatam me dicēt omnes generationes: quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Quid enim maius uirgini conferri potuit, q̃ ut creatorem suum pariat, q̃ ut domini sui mater sit: & hoc quidem non uiolata uirginitate, sed sanctificata: ut purius niteat in fœcunda, q̃ nitebat in sterili. Luc. 1

De humilitate Christi. Ca. XXIIII.

DEi uero filius factus est hominis filius. Verbum caro factum est, et habitauit in nobis. Quid deinde? & uidimus, inquit, gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiæ & ueritatis. Qui eius gloriæ consors esse desyderas, eius humilitatis prius te sociū ac participem exhibeas oportet. Non est discipulus supra magistrum, neq; seruus domino suo maior, ut exaltari uelit sicut dominus, & humiliari nolit sicut seruus. Hunc aūt omnium autorem, omnium saluandorꝝ doctorē ac redēptorem, Paulus Philippēsibus in exēplum proponens ait: Hoc sentite in uobis, quod & in Christo Iesu, q cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualē deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiēs: in similitudinem hoim factus, & habitu inuētus ut homo humiliauit semetipsum, factus obediens usq; ad mortem, mortem aūt crucis. Audisti humilitatem, attēde gloriam. Propter quod, inquit, & deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est sup omne nomē: ut in nomine Iesu omē genu flectat, cœlestium, terrestriū & infernorꝝ, & omnis lingua confiteatur, quia dñs Iesus Christus in gloria est dei patris. Neq; humilius diuinitas inclinare se potuit, q̃ ut hominē assumeret, seq; hominū potestati submitteret, ad flagella & mortē per ludibria sustinendam: neq; sublimius attolli quit humanitas, q̃ ut diuinitati unita, unus Christus & deus esset & homo, sedēs ad dexteram patris, a spiritibus angelicis omniumq; sanctorum cœtu uenerandus mortuos & uiuos iudicaturus in eadē humanitate, in qua

Iesus Chrs
Iohan. 1
Phil. 2
Phil. 2

uoluit ab homine iudicari: tunc humilis quidem, nunc gloriosus: tunc mortalis, nunc immortalis & impassibilis: tũc seruus, nunc dominus: tunc iufirmus,, nunc ponens inimicos scabellum pedum suorum in uirga uirtutis suæ. Tunc nõ erat ei species neque decor, nunc dicitur ei: *Specie tua & pulchritudine tua intende prosperre, procede & regna, propter ueritatem & mansuetudinẽ et iustitiam*, nunc regnũ eius regnum omnium seculorum. Sed paulo distinctius uideamus, a qua humilitate ad hãc sublimitatẽ peruenerit, quã tñ semper habuit a patre & cũ patre cõmunẽ. Cum igitur deus esset, hominẽ quem ipse fecit assumpsit nunquam dimissurus, ut & homo fieret, & deus esse non desineret: de paupercula matre nasci uoluit, non in urbe regali, sed in paruo oppidulo Bethleem: non saltẽ in domo uulgari, sed in iumẽtorum stabulo, ubi reclinatus in presepio uagit. Ab angelis nunciabatur, a pastoribus quærebatur, a magis adorabatur, & tamen ipse cõtemptibilis & despectus apparere uolebat. Adultus non habuit ubi caput reclinet suum: alienis impẽsis sustentatus est, alieno usus hospitio. Qui cœlum terramque fecerat, & quæ in eis sunt, hic die ac nocte in laboribus fuit, docendo, sanando, orando: miracula operabatur & latere uolebat. Super asinam sedens intrauit Hierosolymam cuius sedes cœlum, & terra scabellum pedum erat. Lauit discipulorum suorum pedes, cui angeli seruiebant. Cum innocens esset, pro peccatis nostris ab incredulis, quos ipse saluare uenerat, comprehendi, ligari, conspui, cædi, occidi uoluit. Atque ita se submisit obtulit ultro omnibus impiorum iniurijs, qui mundum pugillo continet, qui terram respicit & facit eam tremere, in quem angeli intueri gaudent, qui uita est omnium quæ uiuunt, & autor quæ subsistunt. Quid ergo uel magnificentia eius maius, uel humilitate abiectius? Nemo æquare potest eius humilitatem, quia nemo habet tantam de qua descẽdat sublimitatem. Satis est si uestigia eius obseruãtes, quantum possumus nos humiliter submisseque geramus: ipso admonente ac dicente: *Discite a me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiẽ aĩabus uestris*. Sit igitur nobis curæ, ut minimi simus

Psal. 44

ĩoībus patiẽtes i oib9 mites et mãsueti: nulli malũ pro ma lo reddẽtes, paruo contẽti, in laboribus assidui, seruire ma gis ꝙ̃ praeesse cupientes: nunꝙ̃ captemus hoim gloriam, sed semp dei laudem, & proximoꝝ profectum. Parati simus omnia supplicia, omẽ mortis genus perpeti prius ꝙ̃ deo peccare. Per hanc humilitatẽ aditũ nobis parabimus in cœlum, & gaudijs perfrui merebimur sempiternis, participes facti gloriæ domini nostri, cuius humilitatem in terra fuerimus imitati,

❡De humilitate vitiosa. Ca. XXV.

SCiendum tamen, esse alias quasdam humilitates, ex qbus aliæ qdem nihil ad hanc pertinent, de qua locuti sumus: aliꝫ uero ipsam reddunt uitiosam. Quid em̃ ad uirtutẽ illa humilitas, qua obscuro loco natos designamus humiles appellando demissi generis in plæbe uulgaria uiros, uel illa quam etiam rebus inanimatis insensibilibusꝙ damus: nam et locum humilem dicimus, q pressior iacet inter eminentes atꝙ demissior, & humilem arborẽ, quæ non multũ ab humo erecta sit. Sunt & alia duo humilitatis genera in scripturis obseruata: alteꝝ cum quis alioꝝ iniqtate opprimitur affligiturꝙ, iuxta illud: Populum tuũ domine humiliauerunt, & hæreditatẽ tuam uexauerũt: alteꝝ cũ quis ob suã culpã pœnis aut calamitate aliqua graua-, secũdũ illud: Propter iiustitias em̃ suas humiliati sunt. Vtrũꝙ hoc in inuitũ fit atꝙ nolentẽ, uirtutis aũt humilitas uoluntaria est: proinde etiã illã quæ uitij est uolũtariã esse cõstat. Illa itaꝙ nõ uirtutis, sed neqtiꝫ malignitatisꝙ erit humilitas, cũ quis ea de causa præ se feret humilitatẽ, siue ut inter sanctos ponendus uideatur, siue ut facilius eleemosynã eliciat & lucretᷣ. Tales erant, quos in euangelio taxauit dñs dicens: Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, q mundatis qd foris est calicis & parapsidis, intus aũt pleni estis rapina & immunditia. Exterius qppe cilitio se tegũt, nudis pedibus ambulãt, horridi, inculti, squalẽtes, illuuiosi inter loquẽdũ suspirãt, ingemiscũt, fatetᷣ se esse pctõres, crebro ad orãdũ procũbũt, sed intus uᷣianis gꝛĩꝫ cupidiẽ flagrãt, uel qrẽdꝫ pecuniæ cura sollicitãtᷣ, sepulchris dealbatis

Psal. 93

Psal. 106

Matt. 23

similes: foris qdem mūdi puriq́;, sed intus pleni sordibus atq; spurcitia. Perniciosa est ergo humilitas, fingere quod non es, & esse q̃d non debes. Nam licet callida simulatiōe falli possint homines, deus tamē nunq̃; fallit: omnia nuda & apta sunt oculis eius, ipse cordis & renū scrutator, unicuiq; reddet iuxta opa eius, quæ tunc qdem iudicāda exponentur, cum nihil erit occultū q̃d non sciat, neq; abscon ditū quod nō reuelet. Quid ergo proderit, humilē, sanctū, mansuetum ab hoībus fuisse iudicatum, cū etiam hoībus manifestū erit, qualis reuera fueris? Neq; eñ ex p̃terius ali orum rumoribus, sed ex consciētia tua præsenti iudicaberis. Cętera uerę quoq; ac sanctę humilitatis ualde studiosis cauendū erit, ne forte humilitatem putent eos qbus propo siti sunt, non corripere si deliquerint, non castigare si pseue rarint: negligētia est istud non humilitas, & charitatis quā proximo debes obliuio. Debes enim curare, ut eos q tibi commissi sunt efficias meliores, docēdo, sollicitando, incre pando, puniendo: quod si per ignauiā teneritudinēue, ani mi omiseris, non mitis, neq; mansuetus, neq; humilis, sed econtrario inhumanus & a charitate alienus fuisse argueris, creditiq; tibi gregis non pastor, sed desertor. Quæris forrasse cur ergo p̃cipiat dñs: Qui maior ē uestrū, fiat sicut minor: & q præcessor est, sicut ministrator? Non hoc dicit ut peccantes non arguas, quos & ipse flagello de tēplo expulit, sed ut in laboribus opereq; seruili cum ipsis qbus p̃si des communices, & in spiritalibus negocijs grauiora one ra tuis q̃ alior; humeris imponas, necessitatibusq; domesticor; tuorum pro uiribus prospicias, & tanq; filijs mini stres, indulgentissimiq; patris fungaris officio, nihil prætermittendo quod uel ad humilitatem p̃tinere uidebit, uel ad charitatē. Definiamus igitur uitiosam fore humilitatē quæ charitati alijsq; uirtutibus non fuerit copulata. Nam neq; libidinosis proderit hūilitas, neq; gulæ uētriq; seruiē tibus, neq; alij alicui flagitio subnixis. Prima humilitas esse debet deo obedire, deinde præpositorum iussa exequi, postremo facilem se oībus pręstare, neminē offende re, & pati potius iniuriā q̃ inferre: nihil terrenū appetere,

Matt. 20

Humilitatis ordo

sed cœlestium desyderio semper inhærere. Quicunque ita se humiliauerit, exaltabitur, & una cum illis quos in exemplum proposuimus, gaudebit in æternũ gloriosus. In psalmo enim dicitur: Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Et in euangelio: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Et in alio psalmo: Mansueti hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Possidebunt ergo humiles terrã, non hanc erumnarum & inquietudinis plenam, sed illam in qua iugis tranquillitas & pax est perennis, quæ etiam terra uiuentium dicitur, iuxta illud: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Humiliemur igitur (ut Petrus apostolus præcipit) sub potenti manu dei, ut nos exaltet in tempore uisitationis. Nihil est uera humilitate præstantius, nihil trãquillius, & a perturbationibus animi magis remotũ. Humilitas patiens est, benigna est, nec contempta irascitur, nec laudata se extollit, nec aduersis concutitur, nec prosperis delinitur, in utraque fortuna æquabilis perseuerat. Vulgi quidem opinione despicitur, sed sapientissimi cuiusque iudicio commendatur, summique dei benignitate ad cœleste regnum sustollitur & coronatur. Expediens nunc uidetur, ut de contrario humilitati uitio, superbia disseramus. Nã uirtutem ardentius amplectemur, cum nequitię turpitudinem magis plene cognouerimus. Libri Sexti finis.

Psal. 33
Matth. 5
Psal. 36
Psal. 26
1. Pe. 5

EVANGELISTARII MARCI MARVLI LIBER

Septimus, sub Charitatis titulo, de uitio Superbiæ, de uirtutibus obedientiæ ac patientiæ, earumque oppositis uitijs. Item de uitio iræ ac linguæ, edisserens.

De superbiæ uitio. Caput. I.

Eccle. 10



Vare scriptum est, Initium omis peccati est superbia, nisi quia ome peccatū, a uolūtate diuina nostræ uolūtatis auersio est: ut faciat seruus quod uetat dñs, uel facere nolit quod ille iussit. Hoc autem propriū superborꝝ esse negari nō potest. Quamuis igitur uariȩ sint peccati species, una tamē oim mr̄ est superbia: ita ut cū ipsis peccatis quȩ genuit, simul uiuat, simul moriat. Nemo quippe desinit esse superbus, nisi cū desierit esse peccator. Peccata tamē quȩ plus in se superbiæ habent, hæc sunt: Sui confidentia, inanis gloriȩ appetitio, aliorꝝ contemptus, de se iactatio ostentatioq́ꝫ, neminē pati sibi superiorē, & ne æqualibus quidē facilem se præstare. Præterea gestus habitusq́ꝫ corporis immodestus, proterua atq́ꝫ aspera uerborꝝ prolatio, temerariaq́ꝫ confidentia actionū, erecta ceruix, contumax aspectus, lentus tardusq́ꝫ incessus, & uecordiā potius q́ꝫ grauitatē præ se ferens uultus. Verūtamē quo magis arroganter coram hoibus sese cōposuerint superbi, eo minoris existimatiōis apud deū erunt, dicente Esaia propheta: Dixit dñs deus, pro eo q̄ eleuatæ sunt filiæ sion, & ambulauerūt extento collo, & nutibus oculorꝝ ibant, & plaudebant & ambulabant, & pedibus suis cōposito gradu incedebant, decaluabit dñs uertices filiarꝝ sion, & dñs crinem earū nudabit, & pro ornatu erit ignominia. Nihil em̄ secum feret superbus, cum hinc decesserit, omni pomparū suarꝝ ornatu fastuq́ꝫ decaluabitur nudus ad inferos descendet, inglorius, contēptibilis, despectus: tanto alijs magis infimus, quanto sibi uidebatur sublimior. Hoc etiam per Sophoniā minatur dñs, dicens: Visitabo omnem qui arrogāter ingreditur super limen: hoc est, siue priuatas ædes siue dei templū cum superbia ingredientȩ uisitabo iusta ultione atq́ꝫ uindicta. Sunt em̄ quibus non est satis in foro,

Esa. 3

Soph. 1

in campis, in hoīm frequentia supinos elatosq; incedere, sed etiā domū dn̄i ingressi cum maxime se submittere deberent ante altare cœlestis regis, eundē uultū seruant, eandem supcilij elationē, quasi iam ei æquales, cuius nō multo post iudiciū uelint nolint subituri sunt: & tunc demū fiet, quod ad deū psalmista ait: Oculos superborū humiliabis. Nihil em̄ oculi iam ad inferos damnatorꝝ quod eos delectet uidere poterunt, sed cuncta tristia & acerba misc ri illi & cernere & pati cōpellent: quiq; se olim supra homines esse arbitrabant, sub immundorꝝ spirituū potestate erunt. Quod quidē metuēs Iesus Sirachi filius orabat, dicens: Dn̄e pater & deus uitæ meæ extollentiā oculorꝝ meorum ne dederis mihi: hoc est, ne permittas, ut me superet superbia, & me aliquid esse credā, supra id quod sum. Psal. 17 Eccle. 23

¶ Quanta mala pariat superbia Ca. II.

SCriptū est prēterea: Vbi fuerit superbia, ibi erit & cōtumelia. Necesse est igit ut elati superbia toruoq; aspectu hoīes, prorumpant in contumeliā & probra & cōuitium. Sicut em̄ nubilosa ac tristis cœli facies raro cum silentio soluitur, ciet tonitrua, cogit micare fulgura, fulmina cum fragore decidere, terramq; imbribus repente inundare: ita uentosæ superbiæ tumor, nisi ratione coerceat, irarū austros proflabit, & obuium quēq; maledictis, petulanter lacesset. Vnde alibi dicitur: Inter superbos semper sunt iurgia. Intantum quidem superbi iurgijs assuescunt, ut ipsa iurgia superbiam appellet psalmista, dicens: Os eorum locutum est superbiam. Superbi erant Iudæi, ideo neq; contra deum murmurare timuerunt, nec Moysi & Aaroni cōtumaciter insultare. Roboamum Salomonis filium ad cōtumeliæ uerba regalis impulit dignitas, & populo poscenti aliquod pensionum leuamen, addā respondit super iugum uestrum: pater meus cæcidit uos flagellis, ego cædā scorpionibus. Tantum hac animi elatione profecit, ut duodecim tribuum rex, mox duarum tantummodo fieret, reliquis ab eo secedentibus. Nemo enim superbo domino libenter seruit Nemo etiam impune aduersus deum superbit. Etenim Senacherib rex Assyriorum captis aliquot Prouer. 11. Prouer. 13. Psal. 16 Roboam 3. Reg. 12 Senacherib

Iudææ oppidis Hierosolymã obsidione premere cœpit, blasphemias in deũ Israel dixit, seq; dijs potentiorẽ asseruit. Ex quo hierosolymarum rex Ezechias perterritus, deposita regali purpura saccũ induit, & supplex dñm orauit. Præ
4. Reg. 19. ualuerunt preces humiliantis se aduersus furorẽ impotentiamq; superbi. Angelus dñi maiore parte Assyrij exercitus prostrata, regẽ cum reliquis Niniuen redire coegit Quo ille perueniens filiorum suorum manu interemptus occubuit. Hinc plane satis patet, q̃ fragiles, q̃ nullæ sint humanę uires si cum deo contẽderint. Ad hæc superbus post iurgia illos cum quibus iurgatus est, re atq; opere lædere affectat, ut uim roburq; suũ ostentet, seq; ex illis esse probet, de qbus
Amos. 2. Amos propheta ait: Conterunt super puluerẽ terræ capita
Sedechias pauperum, & uiam humiliũ declinant. Sedechias quoq; fili
3. Reg. 22. us Chanaã uolens uideri propheta, cũ prospera regi Samarię Achabo prędixisset, Micheæ contraria, quę & euenerũt prophetanti colaphũ infregit, dicens: Me ne ergo dimisit spũs dñi, & locutus est tibi? Vir arrogans igitur & inani gloria tumens, dum persuadere nititur se esse quod nõ est, siquis contradixerit, impatiens iræ, ne manibus quidem tẽperat, nihilq; pẽsi habet meliores se atq; honorabiliores
Ioab. afficere iniuria. Ioab Dauitici exercitus ductor, nõ potuit
2. Reg. 20 pati præfecturæ honorẽ laudemq; militiæ cũ alijs partiri, & Amasam collegã suũ amice alloquẽs incautũ interemit Nullo itaq; scelere abstinet superbia, nec rapinis, nec cædibus parcit, dum supra omẽs eminere atq; excellere appetit
Abacuc. 2 Aduersus hanc per os Abacuc prophetæ spũssanctus clamat: Væ qui congregat auaritiam malã domui suæ, ut sit in excelso nidus eius. Ad superbię aũt uitium alios uirium confidentia stimulat, alios rerum prosperitas hortat, alijs audaciam longus peccandi usus præstat, qui retuso iam cõscientiæ aculeo delictorum assiduitate, neq; hoim pudore ne
Abd. 1 q; ullo dei metu cohibent. In Abdia propheta Idumæã increpat dñs & ait: Valde superbia cordis tui extulit te habitantem in scissuris petræ, exaltantẽ solium tuũ, qui dicis in corde tuo: quis detrahet me in terrã? Et qm̃ supra q̃ decuit efferebatur Idumæus, consequenter dicitur ei: Si exaltatus

ueris ut aquila, & si inter sydera posueris nidum tuū, inde te detraham dicit dñs Vt qui se oim fortissimū credidit omniū imbecillimus euadat: & de illo quoq; dicatur: Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore. 1. Reg. 2
Quod autem & superbi humilientur, & humiles exaltentur, Benedab quoq; Syriç rex nobis exemplo est: qui Samariam cum innumera militum multitudine inuadēs gloriabatur q̄ puluis Samariæ non sufficeret pusillis populi, qui ipsum secutus fuerat. Deo autem arrogantiam eius ulciscente, egressus rex Achab tantum cum septem milibus uirorum, & ducentis trigintaduobus fudit fugauitq; eū, qui iam in manibus uictoriam se gerere credebat. In sequēti anno Israelitarum parua manus centum milia Syrorum in prælio conciderunt, reliquos fuga elapsos in oppido Aphec murus ruina oppressit. Benedab captus, qui sibi insuperabilis uidebatur, pro uita supplicauit. Niniuen etiam Assyriorū Metropolim, cui dñs pœnitenti & humiliatæ pepercerat: postremo tamē insolenter elatam repenti ruina concidere permisit. Ideo illi per Sophoniā superbiæ crimē obijcitur dicentē: Hæc est ciuitas gloriosa, habitans in confidentia, quæ dicebat in corde suo: ego sum, & extra me nō est alia amplius, quō facta est in desertū, cubile bestiç, omnis qui transit per eam, sibilabit & mouebit manum: quasi dolens eam quæ fuerat iam non esse. sicut & psalmista ait: Vidi impium superexaltatum ut cedros lybani, trāsiui & ecce non erat.

Benedab — 3. Reg. 20 — Niniue — Psal. 36

In illos qui sanctitatis ostentatione alios carpūt. Caput. III.

SVnt qui de morū sanctitate sibi plaudētes aliorū uitā carpunt, ut illis quos improbant, meliores uideantur Talibus in Esaia minatur dñs, dicēs: Qui dicunt recede a me, non appropinques mihi, quia immundus es, isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die, ecce scriptū est coram me. Qui se igitur q̄uis bonus suo ore extollit, dei damnabit iudicio, saluatore in euangelio dicēte Vos estis qui iustificastis uos, coram hominibus, deus autem nouit corda uestra; quia quod hoibus altum est, abo- Esa. 65 — Luc. 16

minatio ē apud deū. Huiusce rei nobis pharisei quoq; propo
Luc.18 nitur exemplū, q templū ingressus dū se iustificat, & pub-
licanū iuxta orantē accusat, publicano ipo nequior de tem
plo exijt. Modicū itaq; arrogātiæ fermentū, totā corrūpit
massam uirtutū: & siquid boni supædificat, corruit. Quid
Prouer.15. est em̄ quod Salomō in prouerbijs ait: Domos supborꝫ de-
molit dn̄s: nisi qa supbi licet ope interdū nō peccent, aīo
Ibidem tn̄ delinquūt, donū dei nō dei laudi sed suæ tribuēdo? Vn-
de idē: Abominatio est dn̄i, inqt, oīs arrogās: etiā si manus
Psal.118 ad manū fuerit, nō erit innocēs. Et ī psalmo ē scriptū: Sup-
bi inique agebāt usq;quaq;. Ceterꝫ impossibile est, ne qn̄ etiā
actiōe delinquāt q p arrogantiā in se cōfidūt. Sibi qppe de
relicti, absq; grāæ diuinę fulcimēto stare nullo mō poterūt.
Semp aūt prius est, ut ī corde superbiat pctōr q̄ in ope: &
Prouer.16 hāc reor Salomōis esse sententiā, dicētis: Cōtritionē pcedit
supbia, & an̄ ruinā exaltaī spūs. Quod si iā affectiōe mali
interius cecidit, nisi repente culpā agnoscat & doleat, quō
nō etiā exterius iniqua opatiōe labet? quō dū multos pro
bitatis laude anteire se existimat, nō de alijs oblo quet, nō
alioꝝ uitā carpet, & insectatiōe lacesset? Quāobrē iterum
Prouer.17 Salomō ait: Expedit magis ursæ occurrere raptis fœtibus,
q̄ fatuo confidēti sibi in iustitia sua. Non em̄ fama honesti
deperit, si a fera mordearis: sed si linguæ petulantis iaculo
ictus fueris, periculū est ne inter infames cōputeris. Et li-
cet mala hoim opinio de te innocēte tibi nō noceat, nocet
tn̄ alijs, qui te sibi similē rati sese corrigere negligūt, et qua
si te autore in malo pseuerant. Incipiet aūt & tibi detrimē
to esse, si in tua infamia contēnes lapsum proximoꝝ. Ideo
Prouer.22 dicitur. Qui negligit famā suā, crudelis est. Melius est bo-
1.Cor.10 num nomē, q̄ diuitiæ multæ. In sua uero iustitia confidē-
Gala.6 ti ab aplō dicit: Qui se existimat stare, uideat ne cadat. Et
alibi: Si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipē se
seducit. opus aūt suū probet unusquisq; & sic in semetipō
tantū gloriā habebit & non in altero. Illi quippe in altero
habēt gl'iam, qui malunt laudari ab hoībus, q̄ a deo proba
ri. His quidē nō tam uirtus ipā placet, q̄ umbra quædā si-
mulatioq; uirtutis; nō habētes curæ ut boni sint, sed ut esse

uideanť. Et hoc quidē in causa est, ut se aliquis arrogāter ia
ctet, & alios cōtemnat, & parui reputet. Sed talē condēnat
propheta dicēs. Væ q prædaris, nōne & ipē prędaberis? et Esa.33
q spernis, nōne & ipē sperneris? Certissimū quippe est, q
malū a iusto iudice recipiet, q malū proximo suo machi
nabiť. Spreuerunt Hieremiā Ioannam & q cū illo erāt, cō- Hiere.42
temptoq eius consilio abierunt in Aegyptū: & gladius
regis Babylonis, quē fugiebant, ibi concidit illos: cum in
terra Iuda si prophetā audissent, a periculo tuti forent. Sper
nunt etiā superbi eos q in monasterijs deo seruiūt: & q se
culo renunciarint, irridēt, ipi mox ridiculi futuri dęmonijs
Sic fatua Michol uirū suū Dauidē derisit, ante arcam dñi Paralip.15
saltantē atq ludentē, & Ephot lineo indutū. Hoc aūt regis Michol
seruitiū q gratū esset dño. supbæ mulieris mulcta ostēdit.
Eam em̄ ob rem sterilitate damnať, ne de illo habeat libe-
ros quē deo deuotū despexit. Sic & impius Nicanor cum Nicanor
exercitu missus a Demetrio Antiochiæ rege, ascendēs mō 1.Mach.7
tem Sion, ludibrio habuit sacerdotes, ipa sibilauit sacrifi-
cia, & minatus est ferro se igni cuncta uastaturū, nisi Iudā
& oēs qui ipm sequebantur sibi traderent. Occurrit illi
Iudas cum trium miliū manu tantum, castraq eius cōtri-
uit: cecidit Nicanor plurimi de suis desyderati sunt, caput
& dextera superbissimi ducis ante portā hierosolymæ ur-
bis suspensa: ut oībus pateret, spes eorum in contrarium
uerti qui diuina incessere præsumunt, psalmista dicente:
Confundanť & conuertantur retrorsum omnes qui oderūt Psal.128
Sion: fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam euel-
latur exaruit. Ab his liberari precatur iustus, cum ait: Mise Psal.122
rere nostri domine, miserere nostri, quia multum repleti su
mus despectione: multum repleta est anima nostra, oppro
brium abundantibus & despectio superbis.

¶ Quod superbi succumbāt passionibus, et quæ sint illa per quæ notantur superbi. ¶ Ca. IIII.

PAssionibus pterea seruit superbus, immoderate gau-
det, intemperanter tristatur, supra modū sperat, infra
modum metuit: nihil ei temperamento constat
rationis quoniam in omnibus appetitum sequitur carnis.

Psal. 17 Quamobrē in psalmo dicit: Fundamēta montiū cōmota sunt, & conturbata sunt, qm̄ iratus est eis deus. Alias mōtes intelligunt sancti propter diuinæ contemplationis altitudinē: hinc superbos accipimus propter arrogantię elatio nē. Superbi ergo conturbant, qm̄ iratus est eis deus. Quēadmodū enim humilibus placatur, ita irascitur superbis. Quos aūt deus abnuit & auersat, fieri omnino non potest quin suæ imbecillitati relicti conturbent animis, & insipienter cōmoueant, curisq; superuacuis incessentur. Hinc est
Aman. ꝙ secundus a rege Persarꝝ Asuero Aman pati non poterat
Hester. 3 ꝙ Mardochæus Iudæus non sibi assurgeret, seq; nō adoraret. Ideo furore accensus a rege apud quē plurimū poterat exegit: ut Iudæi qui in regno eius erant, internitione delerentur, & cum his ipse Mardochæus in crucē actus periret. Sed uide quomodo deus deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Rex edoctus per reginā coniugē suam Hester, ꝙ bene de illo meritus fuerit Mardochæus, detectis olim insidijs coniuratorꝝ in ipsum, mutauit edictum, Iudæosq; liberæ conditionis esse iussit. Mardochæū uero post se primū fecit: Aman aūt in crucē, quam ipse Mardo
Hester. 7 chæo parauerat actus est. Atq; ita oīa superbi uota in cōtrarium uersa sunt: & pernicies quā alijs inferre cogitarat, ipsi contigit. I nunc superbe, preme alios ut te extollas, insidiare, machinas oēs intende, ut per aliorꝝ erumnas ad fastigiū alicuius dignitatis ascendas, dummodo scias iustissimū simul & potentissimū esse illum, quem offendis. Quod si præsentiū honorꝝ cupidine duceris, quis erit finis concupiscendi? regnū adeptus aliud desyderabis, terræ marisq; imperio potitus quæres si quis ultra alius lateat orbis cuius nondū dn̄s factus sis, & quo maior fueris, magis ex altari affectabis: ut de te quoq; propheta ad dn̄m conuersus conquerat & dicat: Superbia eorū qui te oderunt, ascē
Psal. 73 dit semper. Ascenderat & Nabuchodonosor, factus arbor
Nabuchodonosor. fortis & procera usq; ad coelū, & lata nimis, expandēs ramos usq; ad terminos terræ, folijs fructibusq; referta: non ꝙ esset, sed ꝙ tam magnus sibi uideretur. Et cum præ uiribus imperij sui neminē timeret, repente corruit, dicēte per

angelum suum dño ac iubēte: Succidite arborē, præcidite ramos, excutite folia, dispergite fructus. Itaq; cum omniū orientis regum potentissimus esset, ob supbiæ fastum ita deiectus est, ut ab hominum quoq; cœtu pulsus, cū bestijs in solitudine uitā ageret. Postea uero humiliatus deo miserante regnum recepit, pristinæq; fortunæ restitui meruit. Quāobrem in hoc uno qdē pspicue discimus, tum quantū displiceat dño nostra arrogantia, tum rursum quantū placeat humilitas: de qbus in euangelio dicit. Omnis uallis implebit, & omnis mons et collis humiliabit. Mōtes hoc loco supbi intelligunt, ut est illud in psalmo: Montes sicut cæra fluxerunt a facie dñi. Et in alio psalmo: Tange montes & fumigabunt. Superbor; quippe gloria in fumo uanitatis laborat, humiles aūt in luce resplendent ueritatis, cū exaltantur. Superbi uolucres cœli sunt, de qbus dicit: Omia subiecisti sub pedibus eius, uolucres cœli & pisces maris ut Christi iudicio subiecti sint & hi qui mentis elatione insolescunt, & illi quorum uita inter mundanas fluctuat uanitates; & ut utrosque Christo inuisos intelligas, ipse in euangelio dixit. Vulpes foueas habēt, & uolucres cœli nidos, filius aūt hois non habet ubi caput reclinet suum. Alteri em̄ terrenis negotijs dediti, auaritiæ student: alteri nihil magis curant, q̄ ut fama honoribusq; emineāt: utq; id assequant, neq; hoies neq; deū offendere uerent. Destituit em̄ eos ratio, ac ueluti pecora præsentia tm̄ aspiciunt, & futura quæ æterna sunt nō recogitant. Quod si quid etiā bñfecerint, suæ uirtuti non diuinæ gratiæ tribuūnt. Cōtra quos clamat Esaias, dicēs: Nunqd gloriabit securis contra eū q secat in ea? aut exaltabit serra cōtra eū a q̄ trahit, quasi diceret: Ista instrumēta nō uēdicant sibi laudē opis, q̄ propria opificis est, & uos de bono illo, quod non tam a uobis q̄ per uos gestum est, totam gloriam uobis usurpatis? Cum omne bonum de sursum sit, & omne donum perfectū a patre luminum descendat in hominibus: ut quod ille iubeat, ipsi possint perficere.

Dan. 4
Luc. 3
Psal. 96
Psal. 143
Volucres
Psal. 8
Luc. 9
Esai. 10

¶ Quod alij dignitate, alij humilitate laudari appetunt, alij deo quoq; se audent comparare. Ca. V.

Mat. 23 ALij sane per ambitionẽ magni apparere uolunt, et sicut saluator ait: Amant primos recubitus in coenis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & uocari ab hominibus rabbi. Qui ergo talia amat, peccat, non ꝙ nõ liceat homini primo loco sedere, si id dignitas ipsa in qua est exigit: sed ꝙ ex eo uoluptatem capere, arrogantiæ uitium sit. Itaq; non erit nefas ei q iussus est præsidere, primã tenere cathedram: sed hoc affectare inanis gloriæ gratia, nefas erit. Quinimmo si etiam in infimo loco sedendo ab alijs commẽdari concupieris, humilitatis bonũ hũanæ laudis desyderio corrũpes, & de uirtute facies uitium. Et qm̃ (ut diximus) mens animusq; supborꝝ neqt quiescere, sempq; se magis ac magis erigẽs eo quosdã prouexit uecordiæ, ut se deo cõparare ausi sint,
Dan. 3 deumq; contẽptui habere. Nabuchodonosor rex, cuius insaniam paulo ante retulimus: hoc tñ prętermisso quod nũc dicemus, auream statuam erexerat, se in ea ueluti deũ adorari iubẽs. Et qm̃ se supra hominem extulit, regno deposi
Ezech. 28 tus cũ bestijs uixit. Ad principẽ Tyrii Ezechiele dicit: Hęc dicit dominus deus, eo ꝙ eleuatum est cor tuum, & dixisti deus ego sum: & in cathedra dei sedi in corde maris, cũ sis hõ & non deus. Hinc demũ post cõmemoratas tãtæ elationis causas infert, ꝙ tradendus elienigenis esset, spoli
Gen. 11 andus atq; interficiẽdus. Illorꝝ quoq; supbia deo se conferentium fuit, q̃ primũ ab oriente uenientes posuerant sibi sedem in terra Sanaar. Turrim em̃ ædificarunt, cuius altitudinẽ ad coelũ usq; educere decreuerant. Tam igit stulta est supbia, ut etiam nulli mortalium possibilia præsumat. Inter ædificandum linguis confusi sunt, deinde per orbẽ dispersi, ita ut neq; intelligere alter alterꝝ, neq; simul consiste
4. Reg. 19 re quiuerint. Senacherib Assyriorꝝ rex (ut ante est dictũ) deum Israel blasphemare ausus, una nocte cæsis ab angelo exercitibus, fugere coactus ẽ a moenibus Hierosolymæ urbis quã obsederat: & cum Niniuen peruenisset, a filijs fuit interemptus. Balthasar Chaldæorꝝ rex, quia uasis sacris, q̃
Dan. 5 de Hierosolymis translata fuerãt, bibit in cõuiuio, & idola uana colẽs laudes dixit dijs, ante manu supra parietẽ scribẽ

te territus, deinde ipsius interptatione scripturæ, postremo nocte insequente interfectus est. Antiochus epiphanes & ipse in deũ blasphemus, iraq; tumẽs minabat urbẽ Hierosolymã supra Iudæorũ corpora diruiturũ se, & quæ habitantium erat locus, facturũ ut sit cæsorũ sepultura mox uiscerũ dolore correptus, ac toto tabefacto corpore sero pœnitẽs, æquum esse ait, ut homo mortalis deo immortali sit subiectus: talia fatus uita decessit, de dolore traductus ad acriores gehenne dolores, inferorũq; supplicia. Documento est φ omnino nihil sit regũ terræ potestas, si cœlestis regis potẽtiæ comparet. Non ab simili fine consumptus est Herodes Agrippa. Sedens eñ pro tribunali dũ concionaret, magno plausu exceptus dicentiũ, non humana uerba, sed diuina de ore eius fluere: non egit gratias deo, sed laudẽ illã totam sibi uẽdicauit, φ deo conferẽdus uideret: ob hoc ab angelo pcussus uermibus scaturire cœpit, ac tam infelici exitu is qui sibi felicissimus uidebatur, uitã obijt, adhuc deterius ab immortali uerme in inferno carpendus q̃ a quibus cõsumptus est. Caius cæsar (ut Iosephus refert) cultũ sibi tãq; deo exhiberi iussit, statuam in capitolio posuit, se Ioui parẽ dictitans, deinde in senatu interẽptus deus esse desijt, ita ut ne hominis qdem in eo facies aliqua superesset toto tandem in cineres conuerso. Talibus imprecat Ecclesiasticus dicens: Cõtere dñe caput principum & inimicorũ dicẽtiũ, non est alius præter nos. Grandis arrogantia stultaq; præsumptio, putare se singularem, & ab ijs qui prudenter iudidicant, non ita magni haberi. Vnde præceptum est: Non te extollas in cogitatione animæ tuæ uelut taurus, neforte elidatur uirtus tua per stultitiã. Et alibi: Odibilis, inquit, corã deo est & hominibus superbia. Et rursum: Quid superbis terra & cinis? Quid est enim de quo gloriari possit aliquis, nisi de sola animi uirtute? qui autem gloriatur, in domino glorietur.

Act. 12
Herodes
Eccl. 36
Eccl. 6
Ibidem
Ibidem.

¶ Quod sancti qñq; lapsi sint per superbiam. Ca. VI

NIhil aliud habemus, quod non sit cum brutis cõmune præter ipsam animi rationem atq; sapiẽtiã. Difficile est tñ nequando in ipsam labamur mẽtis

elationem, neue aliqua laudis cupiditate interdum perstringamur, quandoquidem sanctissimis quoque uiris hoc contigisse scripturarum monumenta nobis testantur. Peccaui, inquit Dauid, ualde in hoc facto, cum numerare iussisset Israelem & Iudam, censique fuissent de Israele octingenta milia uirorum fortium de Iuda quingenta milia. Cumque se peccasse fateretur subiunxit: Sed precor domine, ut transferas iniquitatem serui tui, quia stulte egi nimis. Quamuis autem eum poeniteret, de tribus tamen poenę generibus datur unius optio, hoc est, uel septenis famis, uel trimestris fugæ persequentibus inimicis, uel triduanæ pestilentiæ. Qua electa septingenta milia uirorum, qui eius ditionis erant, morte consumpta sunt. Lugenti & in humilitate supplicanti uenia tandem data: cessauitque internitio ac uastitas plæbis. Hinc ille gratias agens dixit: Audiuit dominus & misertus est mei, dominus factus est adiutor meus. Quoties igitur nos aliquo rerum successu quicquam efferri contigerit, toties ad nos reuersi humiliemur ueniamque precemur poenitendo: ne forte totam iram effundat deus in obstinatos, qui uindictam tempe rat aduersus poenitentes, misereturque supplicibus & ignoscit. Peccauit & Ezechias rex alioquin erga deum pietate notissimus, eleuatum est cor eius, postquam graui obsidione Assyriorum fuit liberatus, additique sint uitæ suæ quindecim anni, dato ne id futurum dubitaret signo per decem horarum spacium retro ducti solis. Et tunc quidem iactabundus regis Babylonij legatis ostentauit omnem domus suę opulentiam: propterea per prophetam audiuit diuitias illas ad Babylonem transferendas una cum liberis nepotibusque suis. Sed quoniam submisit se domino, dilata est calamitas ad regni successores. Ipse uero mali huius expers decessit, non tamen absque dolore eorum quæ post se nouerat esse uentura. Peccauerunt & discipuli Christi, orta inter se contentione, quis eorum uideretur esse maior? Sed ab ipso ueræ uirtutis praeceptore reprehensi sunt dicente, Gentilium non Christianorum esse ambire honores, & se magnificos aparere uelle. Vos autem non sic, inquit, sed qui maior est in uobis, fiat sicut minor: & qui praecessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? ego autem in medio uestrum sum, si

2. Reg. 23 Dauid

Psal. 29

Ezechias Esai. 39

Apostoli Luc. 22

eut qui ministrat. Is igitur qui præferri alijs concupiscit, gẽtilitatem sapit: qui uero uel indignitate positus minoribus ministrat ea quæ ad cõsequendam salutem necessaria sunt uirtutum præcepta, siue ad sustẽtationem uitæ opportuna subsidia, hic Christi discipulus est, humilitate deiectus, dignitate præstãs, non q̃rens q̃ sua sunt, sed quæ alior℞.

De superbia diaboli, & superbor℞ dãnatiõe. Ca. VII

Ille præterea q̃ tumide arrogãterq; sese gerere non desierit, hic diaboli discipulus simul & seruit erit. Diabolus quippe (ut in Iob legimus) rex est sup uniuersos filios supbiæ. Quid aũt uilius, despectius, miserius, infelicius, q̃ eius esse mancipium, qui & ipse propter supbiã cœlo deturbatus lucem amisit, & in infernũ corruens tenebris & igni est addictus? Quid inquam dici aut cogitari fœdius potest, q̃ ut homo ad similitudinẽ dei factus, conditionis suæ oblitus, immundum imitet̃ spm̃, teterrimã sequat̃ beluam, immanissimoq; sese subdat serpẽti? Qui licet sæuissimus insolentissimusq; sit, a sanctis tamẽ humilibusq; dei seruis conculcandus & conterendus est in die iudicij: dicẽte Michea propheta: Calcabitis impios, cũ fuerint cinis sub planta pedum uestror℞ in die quã ego facio dicit dñs exercituũ: ut uidelicet tanto despicabilior appareat malignus hic spiritus, quanto arrogantius contra deum creatorẽ suũ & dñm insurrexit. Dixit em̃, ut in Esaia est scriptũ: Ascendam super sydera dei, exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aq̃lonis: ascendam sup altitudinẽ nubium, & ero similis altissimo. O insatiabile malũ supbia. In cœlo erat, & adhuc altius prouehi cupiebat. Nam supra illud etiam cœlũ se ascensur℞ iactabat: de quo dicitur: Cœlum cœli dño, terrã aũt dedit filijs hoĩm, supra sydera dei, supra altitudinẽ nubiũ, hoc est supra omnes angelicas uirtutes & potestates. In monte testamenti, in lateribus aq̃lonis: iuxta illud quod in psalmo legimus. Mons sion latera aquilonis, ciuitas regis magni: mons sion & mons testamenti sancta ecclesia est: latera aquilonis in cœlo puriora nobis apparent: ideo sub hac metaphora signat̃ locus in cœlesti gloria cæteris purior atq; sanctior, in quo

Iob. 41
Michea. 4
Esai. 14
Psal. 47

summæ maiestatis principale habitaculum est. Illo igitur mens elata & temeraria cogitabat ascendere. Quãobrem ne ibi qdẽ ubi erat quiuit pmanere. Ad ima terræ corruit, dũ se ad fastigia usq; coeloꝝ extẽdit, diciturq; ei: Quõ cecidisti de coelo Lucifer, q mane oriebaris? corruisti in terrã.
Luc. 10 Hoc in euangelio testat̃ dominus, dicẽs: Videbam Sathanã sicut fulgur de coelo cadentẽ. Et Ioannes in Apocalypsi
Apoc. 9 Vidi stellã de coelo cecidisse in terram, & data est ei clauis putei abyssi. Idem alibi: Factum est, inqt, præliũ magnũ
Apoc. 12 in coelo, Michael & angeli eius præliabant̃ cum dracone, & draco pugnabat & angeli eius, & non ualuerunt, neq; locus inuentus est eoꝝ amplius in coelo, & proiectus est draco ille magnus, serpẽs antiquus, q uocatur diabolus & sathanas, qui seducit uniuersum orbem, et proiectus est in
Iob 4 terrã, & angeli eius cũ illo missi sunt. De qbus in Iob dicit̃ Et in angelis suis deus reperit prauitatẽ: in his uidelicet, q una cum dracone in profundum deciderunt. Itaq; etiam illi, qui eum sequuntur supbe & elate se gerẽdo, & sub potenti manu dei humiliari contẽnendo, eodem loci corruãt necesse est. Sordet em̃ uita eorum nauseãq; facit domino, qui in superbiam eriguntur. Iohele propheta teste qui ait:
Iohe. 2 Ascendet foetor eius, & ascẽdet putredo eius, quia superbe egit. Superboꝝ igit̃ foetor ascẽdit, quia dereliquerunt odorẽ humilitatis fragrantiamq; uirtutis, & elato incedẽtes supercilio aduersarij sequunt̃ uestigia, ut cũ eo damnẽt̃ in die
Esai. 27 illa, qñ uisitabit dñs (ut Esaias inqt) in gladio suo duro & grãdi & forti sup Leuiathan serpẽtẽ ueterẽ & sup Leuiathã serpẽtẽ tortuosũ, & occidet coetũ q in mari est. Qui em̃ nũc uel circa aera istum nubilosum, uel circa terrã hanc mortaliũ sedẽ uersant̃, tunc omnes in baratro tartari terribili atq; horrẽdo concludentur. At tu si nolis cum his habere sortẽ, cõsortiũ quoq; fuge supboꝝ. Raꝝ est em̃ ut quis illoꝝ mo
Psal. 100 res non imitetur, quoꝝ consuetudine utitur. Vnde psalmista: Superbo oculo, inquit, & insatiabili corde, cum hoc non edebam. Et scripturarum præcipuus illustrator Hieronymus noster: Nihil, inquit, a pueritia magis uitare cona-

tus sum, q̃ tumentem animum & erectam ceruicem dei contra se odia prouocantem. Ob hoc quoq; sup̃bos fuge, ne forte dum illis iungeris, cum ipsis simul turbine diuinæ uindictæ inuoluaris. Qui em̃ uitiosis libenter copulatur, licet moribus dissimilis sit, fauere tamen uitijs eorũ uidetur: & sicut a societate malorum non abhorret, ita minime mirum erit, si pœnæ quoq; eorũ particeps efficiet.

¶De superborum pena. Ca. VIII.

QValis aũt superborũ pœna futura sit, præsẽtia demõstrant. Nam si in uita quoq; interdum grauissime plectuntur, haud dubiũ quin multo acerbiora passuri sint post mortem ĩ inferno, nisi decedẽtium comes fuerit humilitas. Id quanq; ex his quæ diximus perspicue apparet, addamus tamen & alia quædam de scripturis, ut quo plures aduersus uitium istud sententias didicerimus, in euitando efficiamur diligentiores. Per Esaiam superbis minatur dominus, dicẽs: Quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. Et per Ezechielẽ: Adducam, inquit, pessimos de gẽtibus, & possidebunt domos eorum, & quiescere faciam sup̃biam potẽtiũ & possidebunt sanctuaria eorũ. Vtinam non de nobis ista exponi queant, quorum infideles Turci uicos, oppida, prouincias occuparunt, aras focosq; prophanantes, nullo die cessant in reliqua Christianorũ regna debachari, captiuos abducere, pecora deprædari, uastare agros, cædibus grassari, & in nomen Christianũ magis q̃ dici queat impie furere. Hoc perpetuo flagello nostra percutitur sup̃bia, & tamẽ adhuc humiliari negligimus. Infidelium arma sine intermissione sęuiunt, & sæuiendo prosperãtur: quia Christiani principes inter se diffidẽt, inter se digladiant, & cũ iunctis uiribus cõmuni p̃iculo simul occurrere deberẽt: id agũt, ut facilius quicq̃d reliquũ est, Christiani imperij dissipet, et in impiæ infidæq; gẽtis ueniat potestatẽ. Cæterũ si quis hanc quã imminere cernimus calamitatẽ effugerit, & tñ scelere atq; sup̃bia sese efferre nõ desierit, neq̃q; illã m̃lto horribiliorẽ ærũnã effugiet, quã futurã Malachias denũciat dicẽs: Ecce dies ueniet succẽsa quasi camin9, & erũt oẽs sup̃bi et

Esa. 13
Ezech. 7
Malac. 4

omes faciētes impietatē stipula, & inflammabit eos dies ueniens, dicit dn̄s exercituum: q̄ non relinquet eis radicē & germen, id est, ullā conuersationis pristinæ spem: dicet em̄ eis: Ite maledicti in ignē æternū, q paratus est diabolo & angelis eius. Vt uidelicet supbi hoies cum ipsis supbię spiritibus crucientur simul, omni prorsus quiescēdi expectatione sublata. Plurimi tamen, & ante in hoc seculo magnis afficiuntur incommodis atq; angustijs, quo uel ipsorum superbia castigata submittat ceruices, uel alioꝝ territa in humilitatem conuertatur. Quē superbum tunc nō terruit Hierosolyma, uel cum olim a Chaldæis euersa est, uel cum postea a Rhomanis? de qua Esaias prophetauit, dicens: Dominus deus fortis incuruabit habitantes in excelso, ciuitatē sublimē humiliabit: humiliabit eā usq; ad terrā detrahet eam usq; ad puluerē. Postremo a Saluatore coarguta q; occideret prophetas, & ad se corripiendam missos lapidaret, audit: Ecce inimici tui circundabunt te uallo, & coangustabunt te undiq;, & ad terram prosternent te & filios qui in te sunt, & non reliquent in te lapidē sup lapidē. Quem arrogantem non pauefecit Babylon a Medis Persisq; destructa? quod qdem immanitate eius atq; supbia offensus dn̄s futuꝝ prædixit, cū ait: Visitabo sup regē Babylonis, & super gentē illā iniqtatem eoꝝ, & sup terram Chaldæoꝝ, & ponā illam in solitudines sempiternas. Hāc & Esaias lugere uidet, dicens: Descende, sede in puluere filia Babylon, sede in terra, non est solium filiæ Chaldæoꝝ. Idem alibi: Et erit Babylon, inquit, illa ciuitas gloriosa, in regnis inclyta, in supbia Chaldæorum subuersa, sicut subuertit dominus Sodomam & Gomorrham, non habitabitur usq; in finem, & non fundabitur usq; in generationes. & generationes. Chaldæorum hæc metropolis erat, inter septem mundi spectacula a scriptoribus numerata, tanta ædificioꝝ magnificentia, ut pene incredibilia sint, quæ de illa narrantur. Muris coctilibus cincta, Semiramis reginæ opus, cuiꝰ ambitus (ut Herodotus prodidit) sexagintaquatuor miliū passuum erat: ut Strabo, trecentoꝝ & octuaginta stadioꝝ, quod pene idem est. Multo Babylone maiorē

Margin notes: Hierusalē (beside "ruit Hierosolyma"); Esa. 26 (beside "cens: Dominus deus fortis"); Lucæ. 19 (beside "lapidaret, audit"); Babylon (beside "Quem arrogantem"); Hier. 25 (beside "offensus dn̄s"); Esa. 47 (beside "regnis inclyta"); Esa. 13 (beside "uertit dominus")

fuisse Ninum aiunt, quã nos Niniuen dicimus: cuius ambitum trium dierũ itinere constitisse, Ionæ prophetæ liber testatur: quam cum ille subuertendã prædixisset, Niniuitę pœnitentiæ humilitate ueniam impetrarunt: Postea uero cum ad pristinas superbiæ sordes reuerterent, quod ante timuerant, passi sunt a Cyaraxe Medorũ rege regnante hierosolymis Iosia filio regis Amon a seruis interempti. De ista Niniuæ uastatione prophetauerat Zacharias, dicens: Humiliabitur superbia Assur. Et Sophonias: Extendet dñs manũ suam super aquilonẽ & perdet Assur, & ponet speciosam in solitudinẽ & in inuiũ, & quasi desertũ. Paulo post: Hæc est, inquit, ciuitas gloriosa, habitans in confidẽtia, quæ dicebat in corde suo: ego sum, & extra me non est alia amplius, quõ facta est in desertũ, cubile bestię? Igitur ut taceam Moabitas & Amonitas, & quosdã alios potentia atq; opibus quondã claros ob hoc ipsum superbiæ crimen pene deletos, omẽs terrarũ dños hortor, cum talia legerint de his, qui ipsis fortiores, opulentiores, uirorũ armorũq; & rerum oĩm copia maiores extitere, tam subito cecidisse ne sibi insolenter superbeq; confidant, sed summi dei scita legesq; contemnere metuant: semperq; meminerint solo illius nutu cœlum terramq; posse deficere, qui solus ut essent potuit facere. Non eos extollat successus rerum, non erigant contra inimicos uictoriæ, non inflet imperij amplιatio. Audiant psalmistam dño dicentẽ: Non em̃ in gladio suo possederunt terrã, & brachiũ eorũ non saluauit eos sed dextera tua & brachiũ tuum & illuminatio faciei tuę. Nunquid igitur qui dare potuit, non poterit auferre cũ uoluerit? Nunquid quisq; ualebit resistere illi terribili, qui aufert spm̃ principũ, terribili apud reges terræ? Erit, inquit Esaias, fortitudo uestra ut fauilla stuppæ, & opus uestrum quasi scintilla, & succendeẽ utrunq; simul. Potentissimus olim fuit Ozias Iudææ rex, Geth oppidũ destruxit, Iamniam & Azotũ ædificauit, domuit Palæstinos, Amonitas pendere uectigal coegit: erat exercitus eius duorũ milium & sexcentorũ principũ, & sub his trecenta & septẽ milia uirorum bello fortiũ. Cum tamẽ insolenter elatus, & tem-

Niniuæ | Zacha. 10. | Sopho. 2 | Ibidem. | Psal. 43 | Psal. 75 | Esa. 1 | Ozias | 2. Para. 26

plum ingressus adolere incensum uellet, quod officiū sacerdotū erat, continuo lepra perfundit, redditurq; ineptus curę & gubernaculo regni. In eius locum suffecto filio uitam morte acerbiorē duxit. Sic igitur oculos superborū humiliat dn̄s: sic superbi ascendunt usq; ad cœlos, & descēdunt usq; ad abyssos: sic humiliat dn̄s peccatores usq; ad

Esa. 10 terrā. Excelsi ergo statura (ut Esaias ait) succident, & subli

Esa. 23 mes humiliabunt. Iterū ait: Dn̄s exercituū cogitauit hoc, ut detraheret superbia om̄is glorię, & ad ignominiā dedu

Esa. 28 ceret uniuersos inclytos terrae. Et rursum: Væ, inquit, coronæ superbiæ, ebrijs Ephraim & flori decedenti, glorię exultationis eius. Quid est em̄ aliud humanæ potentię ostentatio, nisi florum gloria, mane florens, uesperi arescens ac defluens, & oēm penitus amittens decorē. Nullū terræ regnum perpetuū, neq; diuitiæ stabiles, neq; honor firmus. Cuncta caduca, fragilia, uaria atq; mutabilia: in quibus hominū superbia dū caput attollere nititur: dum se stare pu-

Hiere. 13 tat, corruit: Hoc est illud Hieremiæ lumbare, quo cū se præcingere uellet, nequiuit: cōputruerat em̄ & nulli iam usui aptum erat: atq; hinc captata occasione dn̄s, Sic, inquit, putrescere faciā superbiā Iuda, & superbiā Hierusalē multā. Nemo igitur superbiat, quia om̄ipotēs est qui aduersat superbis. Vnusquisq; humiliet, quia deus est q̄ humilibus

Baruch. 3 dat grām, dicente Baruch propheta: Constituit deus humiliare oēm montē excelsum & rupes perennes, & conualles replere in æqualitatē terræ: Dicente etiam deo ipso in

Ezech. 17. Ezechiele propheta: Ego dn̄s humiliaui lignū sublime, et exaltaui lignū humile, & siccaui lignū uiride, & frondere feci lignū aridū. Hoc idē alijs uerbis expressum est in euā-

Luc. 3 gelio, ubi dicitur: Om̄is mons & collis humiliabit, & oīs uallis implebit. Et iterū: Dispersit superbos dn̄s mente cordis sui, deposuit potētes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Cæterū ibi quoq; terribiliter minatur sup̄bis dn̄s, ubi ait: Et tu Ca-

Matth. 11 pharnaū nūquid usq; in cœlū exaltaberis? usq; in infernū descendes, ut uidelicet pœna delicto respōdeat, & q̄to q̄s altius erigitur, tanto inferius labat & corruat. Hinc est ille

angeli in Apocalypsi clamor: Quantũ glorificauit se & in delitijs fuit, tantũ date illi tormentũ & luctũ. Et cũ hæc ita sint, nõne fidelissimo cuiq; ab arrogantia fastu atq; superbia maxime abhorrendũ sit, & enitendũ, ut humilitatem mãsuetudinẽ humanitatẽq; sequat? Id demũ ita seruare poterit, si in omĩbus ei qui omĩbus præsidet parebit. Quam rem ut impensius præstet, nunc de ipsa obediẽtiæ uirtute tractationem spiritu sancto fauente aggrediemur. Apoca. 18.

¶ De obedientia deo præstanda. Ca. IX

PRimum omnium deo obediendum est, deinde alijs propter deum. Nemini aũt in eo gerendus mos est, in quo offenditur deus. Omĩa extrema prius perpetienda sunt, q̃ contra dei iussa, mandata, leges aliquid agendum. Nec unq̃ dubitandum, quin illud bonũ æquum q; sit, quod iussum a deo atq; constitutum fuerit. Cuius uni us sapientia nunq̃ errat, & bonitas nunq̃ a sui perfectione deflectitur. Cuicunq; igitur ita ut oportet de deo persua sum fuerit, non inquiret quare sic aut sic aliquid ille iubeat siue mandet: sed tantum quod imperatum est, id persequi atq; perficere curabit. Abraam filium immolare iussus, non respondit q; in illo sibi promissum esset semen, q; in illo benedicendæ erant gentes. Credidit enim cuncta euentura quæ deus promiserat, etiam ipso mactato, in quo promissa ista implenda erant. Ideo tacitus maturabat, quod iussum fuerat perficere. Deniq; filium unigenitũ unice dilectum, ut deo obtemperaret, suis interfecisset manibus, nisi is qui iusserat, rursum inhibuisset. Sic probatus, cũ unius tantũ esset genitor, omnium in Christo credentiũ constitui meruit pater: stellas numerare iubet, in earũ cõparatione filios habiturus. Amalechitarũ regẽ Samuel propheta in frustra discidit, cui uicto Saul rex pepcerat, maiorisq; pietatis exemplũ præbuit Samuel, quia hoĩ non pepercit ut deo obediret: a Saule aũt tollitur regnũ, & alteri datur: quia illũ quẽ iussus erat interficere, uiuere permisit. Nõ ita q; pius, sed impius est habendus, qui dñi transgreditur legem, ut seruo indulgeat & blandiatur, magisq; hominem offendere metuit, mortalẽ, fragilem, caducũ, q̃ deũ immor

Abraam Gene. 22

Samuel. 1. Reg. 15

talem, æternũ, oĩpotentẽ, oĩm quæ ubiq; sunt opificem, oĩm dñm ac moderatorẽ. Quid uxore, quid liberis in uita
1. Esdre. 10 charius? legimus tamẽ illos qui de Babylone cum Esdra sacerdote postliminio redierant, cum didicissent ex lege diuina non licere sibi alienigenis mulieribus copulari: cum illis quas duxerant, diuortiũ fecisse, ac de ipis genitos abdicasse. Vincere eñ debet oẽm erga alios amoris affectũ sola deo parendi atq; obsequendi sedulitas. Quæ profecto si nobis contigerit, nullus hoĩm timor obstabit, nullus pudor, quin agamus, quicquid uel a dño, uel a pontifice, uel a collegij nostri præposito iniunctũ fuerit. Non timuerunt sancti prophetæ magnos reges coram arguere, neq; populo plæbiq; aduersa denunciare, cum a dño mitterent. Non
Esa. 20 erubuit Esaias deposito quo indutus erat cilitio nudus per
Esaias. urbem incedere, & regũ necessitudine nobilis pudendum de semetipo detectis natibus spectaculũ publice præbere quia ille qui super oĩes est iusserat, ut per hoc Aegyptum & Aethiopiã ab Assyrijs despoliandã significaret. Magno igitur animo omnibus in rebus diuinæ obtemperandum
Apostoli. est iussioni. Cõtempserunt apostoli impiorũ contumelias,
Actuum. 5 uerbera, minas oẽs: & cum compellerent ne Christũ prædicarent, respõderunt, deo magis q̃ hoĩbus obedire oportere. Et nisi dño nostro obedierimus, ne diligere quidẽ illũ
Ioan. 14 conuincemur. Si diligitis me, inquit, mandata mea seruate. Et iterum: Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Idem rursum ait: Qui nõ diligit, me sermones meos nõ seruat. Mentitur igitur qui se deũ diligere dicit: & quod ille imperauit, hoc exequi negligit. Quod uerbis profiteris, operibus comproba: & quod promittendo iactitas, uerum esse obediendo ostende. Ad testandã erga deum charitatẽ nihil magis necessariũ est, q̃ ipa obedientiæ uirtus: ut uidelicet facere studeamus quod ille imperat & eo quod prohibet abstineamus. Cuncta quæcunq; sunt autorẽ suum agnoscunt, & ei obtemperant. Cœlũ terra, mare, uolucres, pecora, pisces, nec animãtia tantũ, uerumetiã inanimata eandẽ naturã seruant, quæ illis ab initio est collata, & nunq̃ ordinẽ suũ, quẽ a conditore acceperunt trãs-

grediuntur. Vnde psalmista dñm alloquit̃ & ait: Fundasti terram et permanet, ordinatione tua perseuerant dies, quo niam om̃ia seruiunt tibi. Et in alio psalmo dicitur: Ignis, grando, nix, glacies, spũs procellarũ, quæ faciunt uerbum eius, montes & oẽs colles, ligna fructifera & oẽs cedri, be stiæ & uniuersa pecora, serpentes & uolucres pẽnatæ. Cun cta igitur quæ subsistunt, uerbũ dei faciunt, bruta utiq; ra tione carentia, sensibilia atq; insensibilia: & nos quos ille intellectu donauit, ueritatis cognitione illuminauit, æter- nis bonis dignos reddidit, nõ faciemus? Creatori, redem- ptori, saluatori nostro nõ parebimus? Non ille nostra indi- get obedientia, sed nos illius indigemus imperio: qui ideo imperat aliquid, ut bona conferat obedientibus. Quæ aũt his qui obediunt conferenda sunt, obedire nolentes mere- ri non poterunt. Qualia uero uel quanta sint obedientiũ bo na, docebo: si prius quibus post deũ obediendũ sit, uideri- mus.

Psal. 118

Psal. 148

¶ Quorum imperio parendũ sit. Ca. X

OMnibus illis qui nobis iure præsunt, obedire nos o- portet, dũmodo id iubeant, quod diuinæ nõ aduer satur iussioni, neq; eorũ qui præsidibus pręsunt im perio. Vt semper maioribus honor deferat̃ in obediendo: dicẽte apostolo: Omnis anima potestatibus sublimiori- bus subdita sit: nõ est eñ potestas nisi a deo, quæ aũt sunt a deo, ordinata sunt: itaq; qui resistit potestati, dei ordina- tioni resistit: qui aũt resistunt, ipsi sibi, inquit, damnationẽ acquirunt. Quoties ergo imperatũ est, quod potestati quæ a deo est, conuenit, parere debemus ut deo. At uero cũ ma le, impie, iniuste aliquid iussum fuerit, malignitati eius q̃ iussit resistendũ est, neq; quod fieri uoluit faciendũ. Talis quippe iussio nequaq; sequit̃ ordinẽ a deo datę potestatis sed eius qui abutitur potestate, prauitatẽ atq; nequitiã. Id circo idem apl's ad Titũ scribens non satis habuit dicere: Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, sed subiunxit, ad omne opus bonũ paratos esse. Cum itaq; potestas aliquid iusserit, subditi mens ma- ture perpendat, utrum bonũ an malũ sit quod iubetur. si bonũ fuerit, pareat; si malũ, parere caueat, ne deũ offendat

Roma. 13

Titum. 3

Quod si nec bonũ nec malũ uidebitur, perinde ac si bonũ esset obtẽperet. Satis est enĩ si malũ non est quod iubetur. Bonum aũt etiam si iussum nõ fuerit, agere expediens erit. Bene enĩ agendo mala iubentẽ poteris cõtemnere. Vis, inquit, nõ timere potestatẽ? bene fac. Fieri quidẽ potest ut potestas male officio suo fungens aduersus innocentẽ sæuiat: sed dñm audimus dicentẽ: Nolite timere eos q occidunt corpus, animã aũt nõ possunt occidere, sed eũ potius timere, qui potest corpus & animã perdere in gehennã. Quid nocuit sanctis tyrannorꝝ impietas deos eorũ contemnẽtibus? Quibus illi uitam hanc breuẽ & caducã abstulerunt, ijs deus dedit stabilem & ęternã. Quos illi supplicijs affecerunt, eos deus perennis gloriæ immensiqꝫ gaudij corona insigniuit. Igitur sicut recta honestaqꝫ iubentis præsidis imperiũ totis uiribus exequi debemus, ita iniqua turpiaqꝫ imperantis minas intrepide cõtemnere. Sed rursum apostoli pręceptũ est: Serui obedite dñis carnalibus cum timore & tremore & synceritate cordis uestri, sicut Christo, nõ ad oculum seruientes, quasi hoibus placentes, id est laudẽ, fauoremue hoim aucupantes, sed ut serui Christi facientes uoluntatem dei ex animo, seruiẽtes sicut dño & non hominibus. Dominis igitur fideliter ut deo seruiendũ est, promptecqꝫ obtemperandũ, quãdiu iussa eorũ cum dei cõcordent uoluntate, nec ab æquo honestoqꝫ uideanť discrepare. Et si carnalibus dominis tanta animi sollicitudine obediendum sit, quãto magis dño spiritali, qui animarꝝ nostrarꝝ curam gerit, & illa duntaxat iubet quæ magis ad consequẽdam pertinẽt salutem? Recte itaqꝫ hortatur nos apostolus & ait: Obedite præpositis uestris & subiacete eis: ipsi enĩ peruigilãt, quasi rationẽ pro animabus uestris reddituri. Pontifici maximo ante alios parendũ est, Christi enĩ uicẽ gerit in terra. Deinde ab illo ut nr̃o cõuentui præsint constitutis: omnibus deniqꝫ q ex eius autoritate ius habent quod uolũt nobis imperãdi, ut deo erit obediendũ, semper tamen habita superiorꝝ ratione, ne forte dum minoribus obedimus, eos quibus & ipsi obedire debent offendamus. Deinde parẽtibus nostris obedire nos & natura suadet, & di

Matth. 10 — Ephe. 6 — Hebræ. 13

uina lex iubet. Vnde apls: Filij, inquit, obedite parentibus Ephe.
uris in dño, hoc em̄ est iustũ: honora prem tuũ & matrē
tuã, quod est mandatũ primũ in promissione, ut bene tibi
sit, & longęuus sis sup terrã. Non utiq; sup hanc terram, in
qua & obedientes possunt cito mori, & inobedientes diu
uiuere: sed sup illã de qua propheta dixit: Credo uidere bõ P sal. 26
na dñi in terra uiuẽtiũ. Quod etiã filijs Ionadab a dño prõ Filij Iona-
missum fuisse credimus. Vt em̄ pceptũ pris pficerent, ui- dab.
ni potu abstinebãt, & meruerũt audire dño dicẽte: Nõ de Hiere. 35
ficiet uir de stirpe Ionadab filij Rechab stans in conspectu
meo cũctis diebus. Tunc aũt conspectũ dñi merebimur,
cũ totius obedẽtiæ nræ unus finis fuerit, ut uidelicet hoĩ-
bus obediẽdo deo placeamus. Qui em̄ ideo alicuius iussis
obtẽperant, ut ab eo mercedẽ capiant, mercenarij sunt: et q
parẽt metuẽdo, nequid mali patiant, serui sunt. Is uero qui
neq; spe pmij, neq; timore supplicij, sed solo dei amore se
subijcit ad obediendũ alijs, nõ mercenarius neq; seruus est
sed potius filius pri æterno perpetua charitate deuinctus.
Atq; ideo quidẽ uolũtarie seruit, sponte obtẽperat, nihil in
quo deo gratificari se censet, agit inuitus. Hic certe cũ psal
mista sancto cõcinere poterit: Vt faciã uoluntatẽ tuã deus
meus uolui. Tunc demũ uera pfectaq; obediẽtia est, cum Psal. 39
nostra uolũtas ex dei pẽdet uolũtate. Cũ uidelicet quod ipse
pręcepit, facimus, nõ quod caro ad malũ prona suggerit.
De isto obediẽtiæ genere est dictũ: Melior est obediẽtia q̃ 1. Reg. 15
uictima, & auscultare magis q̃ offerre adipem arietũ. Et Eccle. 35
alibi: Sacrificiũ salutare est, attendere mãdatis, & discede
re ab om̄i iniquitate. Quoniã aũt nihil mali est, quod lex
diuina non prohibeat, neq; boni quod nõ imperet uel præ
cipiat, omniũ prorsus abstinẽtia uitiorũ, omniumq; exer-
citatio uirtutũ obedientia est, ita ut ne fidei quidẽ sacramẽ
ta proderunt nobis, nisi ipsam obedientiæ coluerimus uir
tutem. Vnde gentium apls Paulus: Circuncisio, inquit, ni- 1. Cor. 7
hil est, & præputiũ nihil est, sed obseruatio mandatorum.
Et Iacobus apostolus: Fides si non habeat opera, mortua Iacob. 2
est in semetipsa.

De obedientium præmio. Ca. XI.

Videamus nunc quænã bona pollicetur obedientibus dñs. Obediens inter aduersa securus est: dicente dei sapientia: Qui me audierit, absq; terrore quiescet, & abundantia perfruetur, maloꝝ timore sublato. In Ecclesiaste quoq; dicitur: Qui custodit præceptũ, nõ experietur quicq; mali. Iustis em̃ & aduersa bene cędũt, dum ea ferendo superant. Huic simile est quod in Esaia loquit̃ dñs & ait. Si me audieritis, bona terræ comedetis. At uero apl̃i & sancti martyres quos obedientes fuisse negare non possumus, angustias, persecutiones & supplicia passi sunt, quõ ergo bona terræ comederunt, cum tribulatiões in uita tolerarint? Bona igitur terræ illa esse reor, quęcunq; nobis materiã prebent exercendæ uirtutis. Multa aũt uulgò bona putant̃, quæ potius mala sunt, quia peccandi occasionem, licentiamq; suppeditant: ut sunt diuitiæ quæ luxuriã alunt, & dignitates mundi atq; honores, quæ superbiæ fomenta sunt. Post hæc in eodẽ propheta dñs ait ad domum Iacob: Vtinã attendisses mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris. Sed q̃ pax erat discipulis Christi? quibus ipe dixit: Ite, ecce ego mitto uos uelut agnos inter lupos. Item inijciẽt uobis manus suas & persequent̃, tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges & præsides propter nomẽ meum. Postremo ait: Eritis odio om̃ibus hominibus propter nomen meũ. Quæ est igitur pax ista? quæ obedientibus promittitur, si Christi discipulis non pax sed odia hoim offeruntur? De interiori ergo pace intelligendũ est, qm̃ obediẽtes mandatis nõ perturbant̃ animo, sed semper in spe futuri boni conquiescũt, ac tanto magis iustitiæ operibus proficiunt, q̃to minus præsentibus bonis deliniunt̃. Longæuitas etiam promissa est dicto audiẽtibus: quã quidẽ beatioris uitæ æternitatẽ interpretari possumus. Nulla em̃ felicitas est, in hac lachrymaꝝ ualle diu cõmorari. Illa ergo dierum longitudo, quæ finẽ non habet, ipsis qui obediunt proponit̃, dicente ad Salomonẽ dño: Si ambulaueris in uiis meis, & custodieris præcepta mea & mandata mea, sicut ambulauit pater tuus, longos faciã dies tuos. Victoria

Prouer.1 — Eccle.8 — Esa.1 — Esa.48 — Luc.10 — Luc.21 — 3.Reg.3

quoq; aduersus inimicos obedienti spondet in Leuitico, Leui.26
ubi cuncta eis ex sententia successura recensentur, qui dei mandata obseruarint, atq; inter multa. Persequimini, inquit, inimicos uestros, & corruent corã uobis: eadem repetuntur in Deuteronomio. Et in Paralipomenon libro legimus: Deut.7
Amasiam regem Iuda cum syris congressurum centum talentis centum milia militum conduxisse: deinde ut 2.Para.25 Amasias
uiri dei iussis obediret, dimisisse conductitios, & cum paruo suorum numero ingẽtes hostium copias fudisse, uictoriaq; potitum. Itaq; qui cum paucis uicit, uictus cum multis fuisset si non obedisset. Dei quippe est (ut ibidem dicitur) & adiuuare & in fugã conuertere. Qui in psalmo ait: Si populus meus audisset me. Israel si in uijs meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem, & Psal.80
sup tribulãtes eos misissem manũ meã. Preterea in prouerbijs est dictũ: Vir obediẽs cõsequet uictoriã. Porro præstãtissima uictoria illa est, qua spiritales prosternuntur nequitiæ, caro inimica spiritui, & utriq; diabolus, a qbus uinci pniciosissimum qdẽ est. Cæterũ hos etiã facile subiugabimus, si obediẽtiæ sanctæ armis muniti fuerimus. Discant nunc reges terræ, cui & ipsi parere debeant. Regni stabilimentũ est obseruatio mandatorũ dei. Sic em̃ ait dñs ad Heroboam: Si audieris oĩa q̃ pcepero tibi, & ambulaueris ĩ uijs meis, & feceris q̃d rectũ ẽ corã me, custodiẽs mãdata mea et pcepta mea, sicut fecit Dauid seru9 me9, ero tecũ et ædificabo tibi domũ fidelẽ, quõ ædificaui Dauid domũ, et tradã tibi Israel. Ad Iehu q̃q; regẽ Israel locutus ẽ: Quia studiose egisti quod rectũ erat, & placebat in oculis meis: & omnia quæ erant in corde meo fecisti contra domum Achab, filij tui usq; ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel. Magis tamen necessarium est hominis regnum, nosse se ipsum regere, & animi motibus cum ratione imperare. Nec mirũ q obediẽtiæ merito regna cõseruẽtur, quãdoqdem nihil est, quod obediẽtium precibus denegetur. In psalmo legimus: Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomẽ eius inuocabãt dñm, & ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebat̃ ad eos. Quare aũt hæc, cõtinuo subiũxit: Custo-

Prouer.22

3.Reg.11

4.Reg.10

Psal.98

diebant testimonia eius, & præceptum quod dedit illis. Eadem Ioannis apostoli sententia est in epistola dicentis:
1.Iohan.3 Quicqd petierimus, accipiemus ab eo, qm mandata eius custodimus,& ea quę sunt placita coram eo,facimus. Obedietia postremo facit,ut inter amicos & discipulos Christi censeri mereamur,postea tandem cum Christo quoq; beati futuri.
Ioan.15 Vos,inquit,amici mei estis, si feceritis quæ præcipio uobis.
Ioan.8 Alibi aūt ait: Si manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis.
Matt.12 Vis audire maius his? Quicunq; fecerit uolūtatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater & soror & mater est. Ad beatitudinis autem promissionem pertinet,quod in Hieremia clamans ait:
Hiere.7 Audite uocem meam,& ero uobis deus,& uos eritis mihi populus: & ambulate in uia quam mandaui uobis, ut bene sit uobis. Hoc apertius discimus in euangelio, dicēte saluatore:
Ioan.8 Si quis sermonem meum seruauerit,mortē non uidebit in æternum.
Ioan.10 Et iterū: Oues meæ, inqt,uocē meam audiunt, & ego cognosco eas,& sequuntur me,& ego uitam æternam do eis,& non peribunt in ęternum,& non rapiet eas quisq; de manu mea. Cauillabitur aliquis & dicet: Deo & Christo obediētibus talia promittunt, non his qui episcopis uel sibi præfectis parent. Audiat ergo ipsum dn̄m ad
Luc.10 illos quibus ecclesiam commēdabat dicētem: Qui uos audit,me audit:& q uos spernit,me spernit: qui aūt me spernit, spernit eum qui misit me. Deo igitur patri te o monache obedisse existima,cum seniori tuo obedieris:& bonorum quæ hactenus dicta sunt,te compotem fore spera, securitatis,pacis,iustitiæ,longeuitatis, uictoriæ,regni,exauditionis, cum Christo amoris, in deo beatitudinis.

¶ De inobedientiæ pena. Cap. XII

ET cum tot bona obediētium sint,haud dubium,qn totidem mala eorum, qui obedire contemnunt,habeantur. Ex his aliqua nunc breuiter perstringenda sunt, quo diligentius ad obedientiæ opus accingamur,cū cognouerimus q̄ acerbe cōtumacium atq; proteruorū inobedietia plectat. De illis qui mandata dei contempserunt,
Gen.3 primi Adam & Eua de paradiso eiecti, laboribus, miserijs,morti subduntur:non solum ipsi, sed etiam om̄is eorū

posteritas penitus perisset, nisi pro illorum inobedientia Christi saluatoris obedientia satisfecisset. Israelitico populo exitio fugere gentes, quas dno deleri iubente, ipsi p inobedientiā reseruarant, neque ut iussi fuerunt interfecerant. Regnum Iudeæ a Saul ad aliam transfertur domum, quia contra mandatum dni Agago Amalechitarum regi capto pepercit: mox enim ipso a Palestinis uicto atque interempto Dauid dni iussu rex creatus est. Propheta missus in Bethel ut aduersa denunciaret domui Hieroboam: & antequam hierosolymam redisset, ne quid gustaret iussus, comedit & bibit: cumque iter suum arripuisset, a leone oppressus in uia suffocatur, dicente dno: Quoniā non obedisti sermoni meo, non inferereris in sepulchrum patrum tuorum. Anathemate interdictum fuerat, ne quis hiericuntē solo equatam rursum erigeret. Ahiel de Bethel quoniam id præsumpsit, una cum liberis repētina morte sublatus est. In Assyrios qui Samariæ resederāt, leonum feritas grassabatur, quia deum Israel contempserant. Idcirco in Esaia dicitur: Ve qui cōtradicit factori suo. Et in euangelio ipse factor noster ac dns: Qui spernit me, & non recipit uerba mea, habet qui iudicet eum, hoc est condemnet: iuxta illud, linguis suis dolose agebant, iudica illos deus: & in multis alijs scripturæ locis iudicare positum est pro damnare. Sedechias etiam quē Nabuchodonosor uictis hierosolymis regē constituerat, domino non obediuit, neque serui eius, neque populus terræ, & a rege quoque defecit: ob hoc Chaldæi capta urbe, ipsoque cū suis cōphēso & ad regē perducto, liberos eius trucidarūt, & ipsi oculos eruerunt, atque cathenis uinctū Babylonē una cum reliquis omnibus abduxerunt: tantæ illi calamitati fuit, domini monitis non obedisse. Cæterum non minoris criminis reus est, qui non paret illis, qui a deo destinantur uel constituuntur, ut instruant nos aliquid ac doceant, siue ut præsint nobis atque imperent. Hi sunt primo angelici de cœlo spiritus: deinde pontifices, prophetæ, principes, genitores, mariti, & omnes qui uel publico uel priuato iure præferunt atque pstant. Angelis non obediuit uxor Loth, cū de Sodomis fugerēt: admonita em̄ ne post se respiceret, respexit et cōuersa ē i statuā salis, nō q ipa sapiēs esset (sal em̄

Iudic. 2
1. Reg. 15
1. Reg. 31
3. Reg. 13
3. Reg. 16
4. Reg. 17
Esai. 45
Ioan. 12
Hier. 37
Gen. 19

pictiam designat) sed q̃ alijs ad cauendũ inobediẽtiæ uitiũ sapiẽtiam ministraret, suo casu oẽs deterrendo. Pontifici aũt & principi dicto audientes non fuere illi, quos ulcisci
Num.16 uolẽs dñs ait. Separeť omnis multitudo a tabernaculis Choræ, Dathan & Abyron, q̃m uocati a Moyse & Aaron rñderunt non uenimus: tunc illi uiui, terræ hiatu absorpti
Deut.17 sunt. In lege quoq; q uoluerit exequi sacerdotis imperiũ,
Matt.18 morte affici iubeť. Et in euangelio non acquiescẽs iussis ec
Matt.10 clesiæ pro ethnico habẽdus est & publicano. Apostolis itẽ præcipit dñs, dicens: Quicunq; non receperit uos, neq; audierit sermones uestros, exeuntes foras de domo uel ciuitate, excutite puluerẽ de pedibus uestris. Amen dico uobis, tolerabilius erit terræ Sodomoꝝ & Gomorrheoꝝ ĩ die iudicij q̃ illi ciuitati. Hi quippe q prædicationes audierunt, miracula uiderunt, religionẽ receperunt, si carni magis q̃ spiritui obsequẽtes fuerint, grauius punienť, q̃ illi qbus nõ est p̄dicatum. Prophetis etiã uł doctoribus probatis ac sanctis, qui nos recte atq; fideliter instruunt, nolle obedire dã
3.Reg.20 nabile est. Quendã dũ iter ageret, & prophetæ iubẽti uulnus infligere recusaret, protinus leonis morsibus perẽptũ legimus: quod futuꝝ ipse propheta docuerat, dicẽs: Quia
2.Para.24 noluisti audire uocẽ domini, ecce recedes, & percutiet te leo. Ad Ioam regem & populũ Iuda, qa post gẽtilium ritũ conuersi fuerant, mittebat dñs prophetas, ut reuerterẽť: tm̃ aut abfuit ut obedirent, ut etiam ad se missis necẽ inferrẽt. Etem̃ Zachariã Ioiadæ sacerdotis filium propherantẽ lapidibus in atrio tẽpli obruerũt, rege ipso iubẽte. Sed nõ multo post maxima pars illorum in prælio a Syris prostrata, et
2.Para.25 rex a seruis suis domi interẽptus pœnas dedere. Amasias rex Iuda cum obediuit prophetæ, de hostibus triũphauit: cũ obedire noluit, uictus est. Deinde suoꝝ etiam insidijs exceptus atq; p̄ẽptus. Et nos profecto si nostris prophetis id est diuini uerbi præceptoribus non paruerimus, deo ulciscente perire necesse erit: & isti q nunc nostræ salutis cõ
Math.11 sultores sunt, in die iudicij erũt accusatores. Cecinimus uobis dicent, & non saltastis, lamẽtauimus & nõ planxistis: neq; uirtutis exhortatiões admittẽdo, neq; post pctm̃ pœnitẽtiã suscipiẽdo. Dñis p̄terea siue p̄fectis nõ iniqua iubentibus obtẽperare nolle p̄niciosum est. Saul regis filius

Ionatas nescius regij edicti, quo cautũ erat, ne qs prius ali qd gustaret, q̃ cum inimicis confligeret, de fauo mellis ca su repto comedit: & cũ ob hoc regi de euẽtu belli consulẽti dñs nõ daret rñsum, Ionathas morti addicit, sed qm̃ igno ratiõe excusabat, pplo intercedẽte liberatus ẽ. Quod si etiã ignorãter peccãti irascit deus, quãto magis ei, q sciẽs pru dẽsq; delinqt, & ꝑsidũ suoꝝ cõtumaciter spernit impia? Spernẽda tñ sunt, si impia fuerint, sicuti fuere Pharaonis re gis, cũ obstetricibus imponeret, ut hebræaꝝ mulieꝝ mas culos fœtus inter obstetricãdum ꝑfocarẽt, qbus (ut ait scri ptura) qm̃ regi non paruerunt, bñfecit dñs. Cũ em̃ illicita iubẽtur, tunc deo, non hominibus erit obediẽdum. Parẽti bus quoq; non inhonesta imperantibus obsequm obediẽ tiamq; denegare, mortiferũ habetur: iubẽte lege: Filium cõ tumacem, proteruum, monita patris & matris non audiẽ tem, lapidibus obrui. Ad hæc si longitudo uitæ promittit reuerenti patrem ac matrẽ, nonne mors manet illum, qui per inobediẽtiam parẽtes offendit? Vnde Salomon in pro uerbijs ait: Qui affligit patrem & fugit matrem, ignomi niosus erit & infelix. Vxor etiam si mariti iussionibus nõ indignis renuerit obtẽperare, peccabit. Cui a domino est dictum: Sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Hoc Paulus apls affirmat ad Corinthios, dicẽs: Omnis uiri caput Christus est: caput aũt mulieris, uir. Et ad Ephesios: Mulieres uiris suis sint sicut dño. Et ad Colossenses: Mu lieres subditæ estote uiris subditę, sicut oportet in dño. Idẽ astruit ipse apostoloꝝ princeps Petrus: Et mulieres, inqt, subditæ sint uiris suis. Certe non aliam ob causam ab Asue ro Persarum rege Vasthim repudiatam legimus, nisi quia per internuncios ab illo uocatã uenire contempsit: & hoc quidẽ egit ille sapiẽtum consilium secutus: ut oẽs mulieres discant deferre honorẽ uiris, & non minus obediẽtiã q̃ fi dẽ ꝑstare. Quod si omniũ de qbus locuti sumus, iussioni ac mandatis nos parere atq; obsequi diuina lex iubet: pro fecto q illis non obedierit, ne deo qdẽ obedisse conuincet. Et cũ dictum sit: Si uis ad uitã ingredi, serua mandata: nõ ne obedientiã minus seruans ingrediet ad mortẽ, & uitæ

1. Reg. 14
Exo. 1
Deu. 21
Prouer. 19
Gñ. 3
1. Corin. 7
Ephe. 5
Colos. 3
1. Pet. 3
Hester. 1

expers in interitũ corruet sempiternũ? Quid ẽ em q̃d psal. in feruore spũs dñm affatur & ait. Maledicti q declinãt a mandatis tuis: nisi quia a mandato declinantes cũ illis futuri sint, q̃bus dicet: Ite maledicti in ignẽ æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius? Cũq; dicat dñs: Obedientiã uolo & non sacrificium: quid quæso prodest hostias orationesq; offerre, & ei quẽ laudas, quem deprecaris, cui supplicas, obedire nolle? Iure igit ac merito seruus ille qui cognouit uoluntatẽ domini sui, & non se præparauit, & nõ fecit secundũ uoluntatẽ eius, plagis uapulabit multis: multis non ad numerũ refert, qui infinitus est in inferno, sed ad plagarum grauitatẽ, qua sola inter se differunt pœnæ damnatorum, ut q magis peccauit, acrius torqueat. Non solũ igit pœnis æternis, uerũ etiam amarissimis afficietur & illi qui cognouerunt, & non obedierunt. Porro ut omnia mala quæ cōtumacibus proposita sunt effugiamus, & simul bona consequamur sempiterna. Christus dñs ut in omnibus, ita & hac in parte nobis imitandus est. Ipse ad patrẽ: Non sicut ego uolo, inquit, sed sicut tu. Et alibi: Sicut mandatũ dedit mihi pater, sic facio. Christus itaq; dñs noster factus est obediẽs usq; ad mortẽ, mortem aũt crucis: propter quod & deus exaltauit illum. Si ergo cum Christo exaltari cupimus in gloria, cum Christo prius prosternamur in humilitate, deo ante omnia obediẽdo, deinde hominibus illis, quorũ iussa exequentes domino seruimus. Illorũ uoluntatem nostræ uoluntati semper præferamus.

Psal. 118 · Lucæ, 12 · Mat. 26 · Ioan, 14

❡ De patientia calumniæ. Ca. XIII

PRofecto si humiles, si obedientes fuerimus, erimus etiam in omnibus patiẽtes. Nihil erit q̃d illius turbare mentẽ poterit, qui se totum diuinæ subdiderit uoluntati. Nõ igitur incongruum erit, si nunc de patiẽtiæ uirtute uerba fecerimus. Patientia est animi quædam constãtia, quam nec iniuriæ irritare, nec incommoda queunt frãgere. Patiẽtia semper iũcta fortitudini est, ita ut mutua inter se ope cõnexæ & iniurias quidẽ submisse ferant, & aduersa alacriter tolerent. Hoc totum aũt qualecunq; sit, uni nunc concedamus patientiæ, quandoq̃dem tam hominũ iniurias, q̃ casus aduersos pati dicimur, cũ acciderint. Pri-

mũ igit ut in oibus patiẽtiã conseruemus, meminerimus, nullũ omnino ea in re malũ esse, qua nõ offendit animus noster. Quid est aũt q̃ ille offendi queat, præter pctm̃? Solũ ergo pctm̃ cauendũ nobis erit, quia malũ est. Cætera quæcunq; cõtigerint, æquo animo ferenda, quia nec bona, nec mala sunt, sed inter bonum malũq; media. Quibus si applicueris uirtutẽ, bona erunt: sin uitium, mala quidẽ. Veluti aquæ potus cum uinũ additur, sapit: cũ uenenũ, interimit. Ita sane aduersis rebus quoties animi patientiam accõmodauerimns, non solum nõ nocebunt, sed etiã proderunt, ita ut materiam nobis suppeditent sperandæ beatitatis. Apostolica quippe sentẽtia est: per multas tribulatiões oportere nos introire in regnũ dei. In psalmo quoq; patiẽtibus dicit: Surgite postq̃ sederitis, q mãducatis panẽ doloris. Breue est quod patimur, ęternũ quod speramus. Ideò Ecclesiasticus ait: Vsq; ad tẽpus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis. Et apostolus: Existimo, inqt, q nõ sint cõdignæ passiões huius tẽporis ad futurã gloriã, q̃ reuelabitur in nobis. Quamobrẽ idẽ exclamat et ait: Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius Patiẽter ille qdẽ talia pertulit pro Christi nomine, nunc cũ Christo bonis fruitur sempiternis. Quid ergo tam graue, tã triste atq; acerbum esse potest, quod non sit libenter subeundum proposito tanto præmio? Si persecutione inquietaris, audi dominum dicentem: Beati q persecutionẽ patiuntur propter iustitiam. Si uerbis petulantibus lacesseris. Beati estis, inquit, cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersum uos mentientes propter me, gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in coelis. In perferendis igitur calumnijs, imitemur Moysi mansuetudinem, pro illis a quibus procaciter iactatus fuerat, sollitus orauit: precibusque eius annuens dominus Mariam quæ de illo immodestius oblocuta fuerat, lepra exulceratam sanitati restituit. Imitemur Saulis æquanimitatẽ, qui iam rex creatus cũ ab inuidis probro afficeret, dissimulauit se audire, & stipatores suos qui ulcisci uolebant iniu

Act. 14
Psal. 126
Eccl. 1
Rom. 8
Ibidem.
Matt. 5
Moyses
Num. 12
1. Re. 10. 11
Saul.
2. Reg. 16

riã,prohibuit qdẽ,abstinuitq; uindicta. Imitemur & Dauidis humilitatẽ,q Semeim non modo maledictis,uerũetiã lapidũ ictu se prouocantẽ lædi uetuit, atq; inoffensum dimisit. Cũ em̃ filij Absolonis p̃meret seditiõe. Forte,inqt, respiciet dñs afflictionẽ meam, & reddet mihi bonũ pro
Tobiæ.3 maledictione hac. Imitemur et Sarã Raguelis filiã, q̃ qm̃ anteq̃ ducta esset,septẽ maritos amiserat, ab ancillis interfectrix uirorũ suorũ inicq; compellabat̃ : earũ tñ petulantiã tacita sustinuit, tm̃ dominum precata, uti se ista contume lia liberaret,exaudita octauo uiro desponsatur, Tobiæ iuniori dominoq; fauẽte cũ illo feliciter uixit. Tu quoq; bea tus eris,& preces tui ad aures domini sabaoth peruenient,
Psal.37 si cum psalmista dicere poteris: Qui inquirebant mala mi hi locuti sunt uanitates,& dolos tota die meditabant̃:ego aũt tanq̃ surdus nõ audiebã,& sicut mutus nõ aperiẽs os suum, & factus sum sicut homo non audiẽs & non habẽs in ore suo redargutiones : quoniam in te domine speraui, tu exaudies me domine deus meus. Sic certe exaudita est
Matt.15 Chananæa mulier pro filia supplicans, quando canibus comparata humili resposonso intimam cordis patientiam indicauit.

De patientia persecutionis. Ca. XIIII

2.Timo.3 PAuli apostoli, in quo Christus loqbatur, sentẽtia st: Omnes qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu, persecutionẽ patiẽtur. Quid de aliorum inuidia q̃rimur,si ea ipsa testis est nostræ in deum pietatis ac religionis? Dñs noster Iesus Christus malorum inuidiam passus est. Cum ab hominibus expelleret immundos spiritus, dixerunt: In
Matt.12 Beelzebub eijcit dæmonia. Idẽ sola uerbi uirtute morbos
Ioan.9 curat,mortuos suscitat,& aiunt: Non est hic homo a deo q sabbatum non custodit. Si ergo pro benefactis male audit iustus & innocẽs dominus, quare cum detractationes acci
Iohan.15 pit,irascitur peccator seruus? Ille apostolis suis dicebat: Si mundus uos odit, scitote quia me priorem uobis odio habuit: si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret : quia uero de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Quoties ergo patimur quæ in carne passus est dei filius, quæ passi sunt electi

serui eius, ęquo anĩo toleremus. Nõ est seruus maior dño: aut fateamur nos, q multorũ criminũ conscij sumus, indignos esse iniuria, & illũ dignũ q peccatũ nõ fecit: uel illos qui spũsctõ repleti erãt, & tamẽ infestationibus impiorũ hoim carere nõ poterant. Quod certe fateri nemo, nisi stultissimus fuerit, potest. Dñs igitur oĩm innocẽtissimus, oĩm optimus, falsis criminatiõibus circũuenit & tacet, accusat & nihil respondet, ab hoibus dijudicat hoĩm angelorũq; conditor atq; dñator, & sustinet. Nos uero in peccatis geniti, in uanitatibus enutriti, nos inquã oĩbus iniurijs digni, etiã ad leues offensas excãdescimus, ringimur, furore replemur. Quod si paulo diligẽtius conscientiã nr̃am examinabimus, inueniemus, nihil mali nobis nõ iure ac merito accidere. Nam licet illũ a q̊ accepimus iniuriã nunq̃ offenderimus, offendimus tamẽ deũ in multis. Ideo quicquid etiã ab illis quos nõ lęsimus patimur: ex iusto dei iudicio prouenire sciamus, feramusq; molliter ac modeste: Micheæ. 7
iuxta illud Micheæ prophetæ: Iram dñi portabo, qm̃ peccaui ei, donec causam meã iudicet, & faciat iudiciũ meũ, & educet me in lucẽ, & uidebo iustitiã eius. Iram ergo domini perq̃ humiliter toleremus, quia peccauimus: tũc aũt ab eo speremus lucẽ, cum p peccatorũ pœnitentiã iratum placauerimus. Neq; eñ aliter egit latro in cruce, cũ fateretur iuste se pati & digna factis recipere, & conuersus ad saluatorẽ clamaret: Memento mei dñe cum ueneris in regnũ tuũ. Ob quã tolerantiæ subiectionẽ meruit & ipse inuitari ad lucem, dño respondẽte: Hodie mecũ eris in paradiso. Tunc oĩs pœna illa delinquentis uersa est in gloriã pœnitẽtis, cum se pœna dignũ diceret, seq; illi cui peccauerat cõmendaret. Porro qñ inimici inuidia uitę tuę insidiat propone tibi illã erga Saulẽ regẽ Dauidis patientiã. Sępius David
ab ipso ad necẽ petitus fugiẽdo declinabat periculũ. Bis quidem potuit capitalẽ inimicũ sua interimere manu, sed noluit. Qua cõstantia dignissimus uisus est, q ei in regno succederet. Vnde confidẽter postea locutus est: Si reddidi retri Psal. 7
buentibus mihi mala, decidã merito ab inimicis meis inanis. Et iterũ: Cum ijs qui oderũt pacẽ, eram pacificus. Hoc Psal. 119
plane patientiæ genus cõmendatũ est nobis in euangelio,

Matth. 5 dño dicēte: Diligite inimicos uros, benefacite ijs q oderūt uos, & orate pro psequētibus & calūniātibus uos, ut sitis filij pris uestri, q in cœlis est. Qui ergo parū patiēs fuerit, q odientē nō dilexerit, q deniq pro iniuria bñficiū beniuolentiāq nō reddiderit, pris cœlestis filius esse nō poterit. Ille solē suū oriri facit sup bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, ut doceat te oēs diligere, neminē lædere, nullā appetere uindictā cū offensus fueris, sed potius offensa te dignū iudicare. Hęc hūilitatis, hæc patiētiæ uirtus est. Virtus aūt (ut aplo placet) in infirmitate pficitur. Vbi exerceres patiētiæ uirtutē, si nemo esset q aduersaret, qui inuideret, qui hostiliter infestaret? Ob hoc igitur etiā malos eē pmittit deus, ut p eos boni exerceanť, & ad pfectionē uitæ perueniāt, odia hoīm nō uindicando, sed sustinendo.

De patientia ingratitudinis, percussionis, et bonorum ablationis. Capus XV.

SEd ab illis, inquies, quibus imprimis obsecutus sum, in qs beneficia plurima cōtuli, patior iniuriā: & quos mihi semp amicissimos fore sperabā, eorū odia sustineo, magisq me angit ipsoꝝ ingratitudo q̄ offensa. At etiam Christus dñs tuus qs uenerat saluare, ab ijs passus ē necem. Christi qq apli, quibus uiā ueritatis mōstrabāt, ut credēdo btitudinē cōsequerenť, ab illis ludibria, uerbera, mortem sustinuere. Vis tu nō amittere bonū qđ feceris? æquo anīo feras et ingratos: magisq tibi proderit patiētia tua, q̄ nocebit illoꝝ pfidia. Ad hæc si etiā uerberibus afficeris, si opibus exueris, si torqueris & ad mortem posceris, talia sancti martyres ppessi sunt, talia pro nobis dñs & saluator noster non inuitus tolerauit. Deniq nullus unq̄ sctōꝝ uindictā appetijt, sed oēs pro malo bonū reddere semp co-
3. Reg. 13 nati sunt. Vir dei in Bethel manū Hieroboami regis aduersum se indigne extentam, atq ideo statim arefactam, fusis pro illo precibus restituit sanitati. Stephanus pro illis a
Stephanus Act. 6. et 7 quibus lapidabatur orauit, sicut & pro suis crucifixoribus dominus, ne illis imputaretur ad peccatum, quod ignorāter commisissent. Iubemur præterea maxillam nostram alapa percutientibus & alteram offerre, ut semper parati si

mus pro ueritate, pro iustitia, pro noie domini Iesu plura
pati q̃ patimur. Alapa ille a seruo percussus non repercus- Iesus Chri-
sit, sed humili responso ruborem iniecit percussori, argu- stus.
ens atq; conuincens q̃ percusserit innocentem. Apostolus Luc. 23
Corinthiorum tolerantiam laudat, dicens: libenter suffer- Ioan. 18
tis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si 2. Cor. 11
quis uos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis acci
pit, si quis extollitur, si quis in faciem uos cædit: utq; illi
magis in proposito confirmentur suarum passionum ca-
thalogum contexit dicens, exercitum se fatigatumq; fuisse Paulus.
in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in pla-
gis supra modum, in motibus frequenter. A Iudæis, in-
quit, quinquies quadragenas una minus accepi, ter uirgis
cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, no-
cte ac die in profundo maris fui, in itineribus sæpe, pe-
riculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere,
periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in soli
tudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in la-
bore & erumna, in uigilijs multis, in fame & siti, in ieiu-
nijs multis, in frigore & nuditate. Quod si uas electionis
tanta ac talia pertulerit, quid indignatur uas iræ, si quid
eiusmodi sibi accidat? Quando tibi prædia & opes aufe Matth. 5
runtur, dominici præcepti recordare: Qui uult, inquit, te-
cum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimit
te ei & pallium: hoc est, paratus esto plura potius perdere
ad conseruandam animi patientiam, quam ad infringen-
dam altercationibus deseuire. Eundem sensum habet
quod in Luca dicitur: Qui aufert quæ tua sunt, ne repetas: Luc. 6
ne forte repetendo & raptorē irrites, & tuam in domino
conturbes quietem. Patientia enim pauperum (ut in psal- Psal. 9
mo habetur) non peribit in fine. Si tamen sine lite reparari
res poterit, non prohiberis exigere, imo debes, nō tam tua
q̃ eius qui rapuit causa: ne uidelicet ille alienum iniuste
possidendo pereat. Nam & Tobias in deum pientissi- Tobiæ. 9
mus pecuniā sub chirographo creditā a Gabelo exegit: ne
q; opus reprehendi potest, quod Raphaele angelo adiuuā
te pactum fuisse constat. Tunc igitur nō erit rem ablatam

repetendi locus, cũ ꝑ iram delinquẽdi imminet periculum. Cũ hoc cõtigerit, tam lente ferendũ erit damnũ q̃ suũ intu-
4. Reg. 20 lit Ezechias Hierosymarꝝ multę sanctitatis rex. Cũ em̃ per
Esa. 39 prophetã didicisset, oẽm gazã quã legatis regis Babyloniorũ gloriabũdus ostẽtauerat, ad Babylonios q̃q; transferẽdam, nõ est anĩo turbatus, nec tristitia deiectus, sed uoluntati dñi nihil refragatus. Bonus, inquit, sermo dñi, sit tm̃ pax et ueritas in diebus meis. Quid tu tandẽ quęreris opes tibi ereptas, quas Christus dñs apl̃is suis interdixit? quas plurimi ut liberius expeditiusq; deo seruirent, sponte abiecerunt? Lætare potius oblatam tibi occasionẽ uitæ perfe-
Matth. 19 ctioris ineundæ, dicente dño: *Si uis perfectus esse, uende om̃ia quæ habes, & da pauperibus, & ueni sequere me.* Lætare ꝙ tibi impedimẽta sublata sint sequendi illũ, qui sequentibus se non terrenas opes largitur, sed cœlestes: nõ
Psal. 36 fragiles, sed æternas. Crede igitur prophetæ dicenti: Melius est modicũ iusto super diuitias peccatorꝝ multas.

¶ De patientia morbi et aduersitatum. Ca. XVI.

SI qua præterea corporis ægritudine laboras, & morbo uehemẽter afficeris, caue ne per impatientiã deũ offendas, & grauius animo ægrotare incipias q̃ corpore. Corpus hoĩs fictile uas est, corruptioni obnoxium, solutioni proximũ, morti semper opportunũ: quod etiam si nulla aduersa infestat ualitudo, senilis tamẽ ætas carpendo consumit. Thesaurus aũt in uase isto fragili animus est, quem nulla uis potest offendere præter peccatũ. Peccas autem, si morbi molestiã fers impatienter. Quæ igitur demẽtia est, cum corpus languore torquetur, committere ut etiam animus impatientiæ peste lædatur? Gratias deo age æger, gratias age sanus, & tolerantiæ merito ad æternã peruenies salutem, ubi nec morbos ultra timebis, nec mortẽ. Hæc sunt
Iob. illa duplicia, quæ accepisse Iob memoratur post humiliter toleratas erumnas. Cum em̃ ditissimus inter municipes suos fortunatissimusq; esset, amisit simul facultates, iumenta seruos, liberos, oĩm in suo corpore membrorꝝ sanitatẽ, & tamen nihil interea stultum de ore eius prodijt: sed Si bona inquit, de manu dñi accepimus, mala quare non toleremus? dñs dedit, dñs abstulit: sicut dño placuit, ita factum

est: sit nomē dñi benedictū. Tobias inter oēs, qui de Samaria in Assyriā translati fuerant, pietate notus, casu cæcus efficitur: sed qui melius animo q̃ oculis cernebat, non fuit ideo tardior in proposito uirtutis, sed feruētior. Oculis captus gratias egit deo, fideliterq; ei seruiens, ut antea fecerat, nihil commisit, quo ea calamitas ipsi grauis esse uideretur. Flesse uero & orasse fertur Ezechias, nō tamen ob ægritudinē in qua erat, sed propter mortē quā formidabat, incertus de dei iudicio. Neq; enī ante dicitur contristatus q̃ audisset: Dispone domui tuæ, quia morte morieris tu, & non uiues. Præterea q̃ paruo nocumēto sint hoī morbus & inopia, Lazari mendici ulceribus pleni exitus probauit: exiguo temporis momēto miser fuit, si miser dici debet qui non peccat, sed mox a corpore secedens ab angelis translatus est ad æternæ felicitatis locum, omni prorsus liber molestia, repletusq; lætitia ineffabiliū bonorū. Quicquid ergo nobis ad beatitudinē transituris non uidetur uiam impedire, tolerabile est, & iustæ querelæ causam dum uirtuti nihil officit, excludit. Ad illa ueniamus, quæ falso fortuita mala nuncupantur, cum nihil sit quod non prouidentia diuina contingat. Ea sunt terræ marisq; pericula, proscriptiones, exilia, carceres, tormēta, cædes, incendia, cæteraq; id genus multa. Quæ ut fortiter perferantur, primo sciendū aduersa quæq; in hac uita necessario euenire, & tam bonis q̃ malis esse cōmunia: sed iustis bona esse, iniustis uero mala: si modo castigati non se correxerint. Porro istæ aduersitatū causæ sunt. Iustis ideo accidunt, ut per patientiæ uirtutem maiora uereant̄ præmia, ac ne forte prospero rerum successu elati labant̄. Vnde colaphizatus ē Paulus, ne magnitudine reuelationū extolleretur: afflicti martyres, ut cumulatius remunerarentur. Iniustis autē ob hoc tristia contingunt, ut ad iustitiā reuertant̄: & si redire noluerint, iuste comdemnētur, æternisq; mancipent̄ supplitijs, quorū duritia temporalibus contusa malis, mollescere nequiuit. Si aduersa pateris, & scripturæ diuinæ fidē præstas, negare non potes, q a dño diligaris. Ego quos amo, inquit, arguo & castigo. Testimoniū igitur diuini erga te amoris habes, quoties aduersis concuteris, quoties

Tobiæ. 2
Esa. 38
Esa. 38
Lazarus
Luc. 16
Paulus.
Apoca. 3

calamitatū procellis iactaris. Fruantur suis delitijs luxurio si, tu uero dño tuo placere studens asperitatibus te exerce. Arcta em̄ & angusta uia est quæ ducit ad salutē, lata atque ampla quæ mittit in perditionē. Hinc est q̄ sanctissimi ho m ines prospera mūdi contēnentes, renunciātesq; præsentibus bonis, tolerāt spontaneā paupertatē, ieiunāt, esuriūt sitiunt, algent, uigilāt, orant, peregrinant, laborant, nunq̄ conquiescunt: ut p̄ dura atq; aspera uictis uoluptatū illecebris, debita uirtuti p̄mia percipiant, & pro breui afflictione æternā capiāt beatitudinē. Corripiamur ergo a dño, ne cum hoc mūdo damnemur. Pugnemus cū calamitatibus ut cū uicerimus, coronemur. Nauigantiū ars atq; doctrina nō in trāquillo, sed in tēpestate probat. Militis uirtus in certaminis discrimine noscit. Christianus an deū diligat, aduersitatibus experit. Nec potest esse Christi famulus, q̄
Luc. 14 cum illo laboriosa atq; difficilia subire recusarit. Qui non baiulat, inquit, crucē suā, & uenit post me, nō potest meus esse discipulus. Et iterū: Qui uult uenire post me, abneget semetip̄m, & tollat crucē suam, et sequat me. Eis q̊q; q̄ in regno ipsius ad dextrā & sinistrā suā sedere petierāt,
Mar. 16 respondit: Potestis bibere calicem, quē ego bibiturus sū? docens gloriæ suæ consortē fieri nō debere, qui passionū suarum se nō fecerit participem. Hæc itaq; crux & hic calix sunt stigmata illa dñi nostri Iesu Christi, q̄ se in suo cor
1. Cor. 5 pore portare apl's gloriabat, dicens: Vsq; ad hanc horā & esurimus & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur & instabiles sumus, & laboramus operātes manibus nostris, maledicimur & benedicimus, p̄secutionē patimur & sustinemus, blasphemamur & obsecramus: tanq̄ purgamenta huius mūdi facti sumus, oīm reiectamētū usq; adhuc. Siqua talia tibi casu contingāt, quæ multi pro Christo sponte subire solent, de necessitate fac uoluntatē, libenter cuncta sustinēdo, quorū patientia dño tuo te reddituram
Psal. 16 sit chariorē. Beatus eris si cū propheta dicere poteris: Probasti cor meū deus, & uisitasti nocte: igne me examinasti, & nō est inuenta in me iniquitas: ut magis ad probationē tribulatio incumbat, q̄ ad correctionē. In illa em̄ iu
Psal. 65 sti gaudent, dicētes: Quoniā probasti nos deus, igne nos

examinasti, sicut examinatur argentum. Et quoniã aduersitatum patientiã sequitur consolatio. Transiuimus, inquiunt, per ignem & aquã, & eduxisti nos in refrigerium.

¶ Quantum prosint res aduersæ. Ca. XVII.

PRosunt igitur, nõ obsunt aduersa, si æquo animo pferantur. Si em̃ assuesces ferre difficilia, q̃ facilia sunt feres leuius. Deinde per sapientiã aduersitatũ pro delictis facimus satis: quoniã quæ per uoluptatũ blandimenta perpetrantur, per contrarij doloris tolerationem purgari debent. Et cum hoc contigerit, tunc est nobis dominus, ignis conflans (ut Malachias ait) & quasi herba fullonum excoquens & emundans quicquid in nobis feculentię sordisq; restabat. Ad hæc in tribulationibus ardentius ad supplicandũ accedimus, promptius ad exercenda pietatis studia exurgimus, perseuerantius de cœlestibus cogitamus. Hoc testatur Dauid, dicens: Bonũ mihi dñe q̧ humiliasti me, ut discam iustificationes tuas. Deniq; cum calamitatibus oppressi obsecramus, facilius exaudimur: eodem sancto attestante, cum ait: Ad dñm cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Quod si uehemẽtior ingruerit tempestas orandũ erit, ut uel illa liberemur, uel uires nobis ad resistẽdum suppeditent: ipso dño præcipiente ac dicente: Inuoca me in die tribulationis tuæ & eruam te, & honorificabis me. Et in alio psalmo: In tribulatione inuocasti me, & liberaui te. Contingit præterea ut miserijs grauati ad illius opem confugiamus, de cuius bonitate, dũ sine his ageremus, parum recordabamur, otio tabescentes ac delitijs. Esaias hoc docet, dicens: Dñe in angustia requisierunt te. Et in euangelio, Geraseni non ante uenisse referuntur ad Iesum, q̃ iacturam passi fuissent porcorũ. Nec filius luxuriosus prius ad patrem est reuersus, q̃ dilapidatis bonis, quę ab eo acceperat, cœpit esurire. Tunc autẽ & uirtute magis pficimus, cũ cõtra casus aduersos luctamur. Hic em̃ solus cãpus est cõstantiæ, fortitudinis, humilitatis exercẽdæ. In qbus dũ laboramus, cętera conseruant. Cum em̃ pręsentiũ rerum felicitas, plurimis scatere solita sit uitijs, ecõtrario infelicitas ipsa custos innocentiæ sit necesse est, in his, qui

Malach. 3
Psal. 118
Psal. 119
Psal. 49
Psal. 80
Esa. 26
Mar 5
Luc. 15

ante infelicitatẽ innocẽtes erãt. Felicitas terrena luxuriȩ mi nistra est, cõtaminat & cõfundit intelligẽtiȩ puritatẽ. Inde mens cupidinibus corrupta inter turpe & honestũ nullũ agit discrimẽ, eoq; facillime inclinat, quo malarũ uoluptatũ appetitus impellit. At uero in calamitatibus anxia sollicitudine excussus animus, ignauiȩ abijciens caliginẽ sapientiȩ luce incipit illustrari, & q̃ magis pmit. eo magis quidẽ ad sobrietatẽ rationẽq; sese trãsfert. Tunc & fragilitatẽ nrãm plenius recognoscimus, & summi dei potentiã sublimius contẽplamur. Ex rebus aũt prospere fluẽtibus, plerumq; supra hũanæ cõditiõis uires efferimur, & dum plagas nõ sentimus, de ipso oĩm q̃ in mũdo accidũt plagarũ
Manasses autore minus cogitamus. Manasses dũ feliciter regnaret, pessimus erat, amisso regno & in seruitutẽ redactus, opti-
2. Para. 33. mus euasit. Unde ait scriptura: Et cognouit Manasses, q dñs ipse esset deus. Nõ ergo antea nouerat, q̃ malis cõpellentibus uires illius desyderasset, quẽ in prosperitate con-
Hiere. 31 tẽpserat. Hoc est qđ in Hieremia dicit: Castigasti me dñe,
Paulus. & eruditus sum. Paulus q̃q; apłs ante lupus rapax ecclĩæ
Actu. 9 psecutor, postq̃ aũt Christi uoce pterritus incidit in cæcita
Actu. 22 tem, de lupo uersus est in agnũ: & q aduersus Christũ steterat pro synagoga, pro Christo stare coepit aduersus synagogã, uim diuinitatis eius inter flagella expertus, & illum ipm cõfitens, cuius cõfessores fuerat psecutus. Qđ si tantũ prodesse queũt aduersa, nõne fallit, q illa in malis põnẽda arbitrat.

¶ De patiẽtia Iob, & quare bonis accidãt mala (Ca. 18.

VT aũt oĩm psentiũ tempestatũ magnitudinẽ superes, q̃ta passus fuerit uir deo charissimus Iob, & q̃ ad oẽm erumnarũ impetũ immobilis pmãserit, semp tibi occurrat: et si multo grauiora illũ leniter placiteq; ptulisse inuenies, pudeat te in leuioribus minus esse fortẽ. Si quã opũ tuarũ iacturã feceris, illi de immensis pecudũ armẽtorũq; gregibus nihil relictũ est pter unum seruũ, q ab inimicis cũcta die uno direpta atq; ablata nunciauit. Si filio orbatus es, illius filios & filias oẽs unius domus ruina simul extinxit. Si aduersa laboras ualetudine, ille a plãta pedis usq; ad uerticẽ capitis ulceribus totus tabefactus; nõ in lectulo, sed in sterquilinio sedẽs; nõ molli

linteolo, sed duriore fictilis uasis testa uulnerũ saniẽ deradebat. Non habuit amicos q sic languentem consolarẽtur, sed qui magis exasperarent, exprobrantes ei pctã, quorum expers erat. Insup uxor ipsa ad impatientiã urgebat, ut deo malediceret & moreret. Ille tñ in se firmus, & aduersum quæcp difficilia spũssancti uirtute stabilitus, pro oĩbus gratias agebat deo: & nullis ærũnis, nullis doloribus, nullis obtrectantiũ molestijs, ab ipsa quã in deũ habebat charitate potuit separari. In corpe miserabiliter fracto integra pmãsit fides, & hoiem oĩbus miserijs oneratũ, sola in deo spes sustentauit. Quod si tanta ac talia iustis quocp inferant ad probationẽ, quare cõqueris pctõr cũ castigat ad correctionẽ? Verberaris q pctõ res, ut de pctõ doleas, de quo fortasse non doleres, si impunitus dimittereris: nõ dolẽdo aũt, sanari omnino nõ posses. Tu puniris ut resipiscas, pcuteris ut cõualescas. Ius aũt plectit, ut per patiẽtiam maius sibi futuræ remunerationis meritũ acqrat, & ueluti de igne aurum, ita ille de miseriarũ angustijs purior exeat atcp clarior Hic satis constat, q̃ male cũ illis agit, q nihil aduersi patiuntur, & tñ peccare non cessant. Manet eñ eos post breuẽ p̃sentium rerũ successum nunq̃ finiẽdus cruciatus & horrenda apud inferos supplicia. Alia etiam præsentis felicitatis infelicitatisq; ratio est: qm̃ dum differt in fine iudicium discretiocp iustorum atcp iniustorũ, interim tam prospera q̃ aduersa mundi huius omnibus cõmunia sunt: ideo & his aliquando bene, & illis male. Cæterũ obduratis & in scelere pseuerantibus male cædit prosperitas, qa isolẽtiores reddit. Iustũ aũt necp prospera extollũt necp frãgũt aduersa i utrocp rerũ euẽtu eãdẽ seruat aĩ cõstantiã. Sed in aduersis si non melior, certe tutior efficitur. Semper enim ad delinquẽdum magis prouocant, quæ secundo flatu feruntur.

¶De patientia martyrũ. Ca. XIX

POrro ad confirmandam patiẽtiæ uirtutẽ, præter ea q̃ hactenus dicta sunt, martyrum Christi uictorias atcp triumphos contemplari operepretium erit. Eculei laminæ, sartagines, fustigationes, omnia tormentorum genera proponebant illis, qui gentilium deos adorare nol

lent. At uero fortissimi fidissimiq; Christi milites, perferre multo grauiora q̃ tyrannorum impitas excogitare poterat parati erant. Promissis etiam ingẽtibus ad sacrificandum sollicitabantur opum, honorum, dignitatum, sed qui suppliciorum territicationibus non cædebant, nec pollicitationum quidem magnitudine moueri poterant. Itaq; in proposito perstantes, non modo imperata non fecerunt, uerũetiam Christum suum liberius confidentiusq; prædicarunt palam docendo hunc quidem dei ueri esse filium, & idola uana non deos esse, sed malorum dæmonum inuẽta: ut homines impiæ credulitatis laqueo captos, in baratrum traherent perditionis. Cũq; post multos corporis cruciatus ad necem damnarẽtur, finem uitę intrepidi expectabant: magisq; timebant ne dimittantur, q̃ ne occidantur. Fortiores ergo & tormentis & carnificibus & regibus fuere, dum pro iustitia, pro ueritate, pro deo certarent. Vicerunt supplicia patientia, prophana imperatorum edicta constanti atq; immota Christiani nominis confessione. Deos deasq; colere compellebanur: illi uero his contemptis Christum crucifixum colendum adorandumq; esse asseuerabant. Cũ hac sentẽtia finire, martyrij uictoria erat. Vulnera autẽ corpore excepta membrorum lacerationes, exustiones, fidelis militiæ insignia existimabant, et inuictæ uirtutis certissima testimonia. Atq; ita Romani principes omnium potẽtissimi, urbium, prouinciarum, regnorum uictores, a solis Christi seruis & inermibus & paucis & mori uolentibus uicti sunt. Quando ne unum quidem ex his qui constanter Christum confitebantur in suam trahere sententiam totis imperij uiribus potuerunt. Postremo ut omnibus pateret ipsos esse superatos, manus dederunt his quos persequebantur, & abiecto falsorum deorum cultu, pro quo pertinacius q̃ pro finibus regni stabant, religionẽ Christi quã delere nitebantur, susceperunt. Quid est enim aliud in sententiam aduersarij concedere, nisi plane se uictum confiteri? De ijs igitur qui totum fere terrarum orbem suo subdiderant imperio, ipsi Christi milites triumpharunt: non armis pugnantes, sed patiẽtia, nõ uiribus, sed fide: tanto ista fidelis patiẽtiæ uirtus om̃i ui humana potẽtior extitit atq;

ualidior. O præstantissimam pro Christo patiẽtium uirtutẽ. Inuictos uicerunt: totius orbis dominatoribus imperare cœperunt, dum pro Christi nomine nihil non sustinẽdũ iudicant, dum illis quoq; a qbus uulnera patiunt, mederi desyderant, dum deniq; in tenebris errantibus lumẽ ostẽdere ueritatis cupiunt. Qui em̃ calicẽ domini p patiẽtiam bibebant, inebriati sunt uino charitatis, ita ut pro illis quoq; orarẽt a qbus cædebantur, illis uiam salutis aperirẽt, q̃rũ immanitate ipsi trucidabantur. Magis eis dolori erat, psecutores suos errore interire, q̃ se illorum sæuitia excruciari morteq; affici. Omibns itaq; aduersariorũ iniurijs fortior in ipsis erat dilectio. I nunc miser & infelix homo minus ab altero offensus, leuius læsus, irascere & exardesce furore & odij stimulis agitatis uindictã para: ut & illum pro cuius salute mori debueras, perdas, & ipsemet infelicius intereas. Nolenti em̃ iniuriam remittere, deus pctã non ignoscit. Nunq̃ in sanctorum martyrũ consortium uenire poteris, q illorum tolerantiam non fueris imitatus. Vindicari uis de inimico? & te dei manet uindicta. Ipse q tibi ignoscere uolẽti, parabat patiẽtiæ coronã, iniuriam referẽti debita impatientiæ ingeret supplicia. Amando inimicos nõ ulciscendo ad martyrij gloriam peruenitur: & is cũ Christo regnat, qui cum Christo pati mauult mala q̃ reddere. Martyr es, si bonum reddis pro malo: sin uero malum malo repẽdis, Christi aduersarius es, qui iubet & inimicos diligere. Hic nẽpe gloriosissimus fuit martyrum triumphus pati iniuriam, & pro iniuria referre beneficiũ, uitam impendere, & animas lucrari Christo. Videbant impij q̃ illi constãtes essent in proposito, q̃ parati ad omnia extrema subeunda prius, q̃ ut Christum desererent, & cogitare cogebantur, nequaq̃ uanum esse, quod tormentorũ patiẽtia uitæq; impendio defendi cernebant, miraculorũ etiã magnitudine, quæ per illos fiebant commoti conuertebanť: et q paulo ante in Christianos grassati fuerant, cũ Christianis necari optabant. Atq; ita auctis ampliatisq; rebus Christianitas p̃ualere cœpit, infidelitas dissolui, et euanescere. crux sanctà adorari, idola uana euerti, Christus dñs excoli, diaboli potestas calcari. Ipso deniq; martyrũ sanguine creuit

ecclesia, & effuso cruore pinguior facta perq; uberem emi sit segetem fidelium filiorum. O beata mors, quæ mortalibus largita est immortalitatem, infidelibus fidem, & errãtibus ueritatem, pereuntibus salutem, & pro Christo patiẽtibus gloriam. Cui unq; regum principumq; terræ tantũ boni attulere opes, delitiæ, amicitię, uictoriæ, regna, imperia, quantum uni fideli martyri sua tormenta? Petrus p crucem, Paulus per gladium, per ictus lapidum Stephanus, atq; alij per alias corporis afflictiones, ascensum, sibi ad cœlum parauerunt, & nunc omnes bonis pfruuntur æternis, nunc cum domino suo regnant, quia pro nomine eius mũdi aduersa forti animo pertulerunt. Futurorum ergo bonorum spe erecti, etiam in tormẽtis animo gaudebãt: & cum flagellati fuissent apostoli, ibant gaudẽtes a conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Ad quod sane gaudium & nos inuitant atq; hortanť, uolentes & martyrij sui habere socios, & gloriæ con-
Iacob. 1 sortes. Vnde Iacobus apostolus. Omne gaudium, inquit, existimate fratres mei, cum in tentationes uarias incideritis, sciẽtes q; probatio fidei uestræ patiẽtiam operatur: patientia aũt opus perfectum habeat, ut sitis perfecti & integri & in nullo deficientes. Ipse etiam apostolorũ caput Pe-
1. Pet. 4 trus: Communicãtes Christi passionibus gaudete, ut & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultãtes. Vas electiõis
Rom. 5 Paulus non solum gaudet, sed etiã gloriať. Gloriamur, inquit, in tribulationibus, scientes q; tribulatio patientiam operať, patiẽtia aũt probationẽ, probatio uero spẽ, spes aũt non confundit: q̃a charitas dei diffusa est in cordibus nr̃is
2. Corin. 12 propter spm̃ sctm̃, qui datus est nobis: Et iterũ ait: Libẽter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi: propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in cõtumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. Gaudent ergo atq; etiam glorianť in pressuris huius mundi omnes sancti, & nos dolebimus? Doleat qui diffidit: gaudeat autem & glorietur, qui spem suam in deo collocauit.

¶ De exhortationibus ad patientiam martyrij. Ca. XX

QVod si milites suos rex ipse cœlestis non in delitias & uoluptates huius seculi, sed in conflictum & certamẽ sæuiẽtium ꝑsecutionum destinabat, ut uincentibus inestimabilis boni donatiuum distribueret: profecto ad militiam eius nullo modo pertinere poterit, qui nõ ita se subiecerit, ut pro tuenda ueritate nec supplicia nec mortem subire recuset. Is demum Christo militat, qui sępe mundi turbinibus quatitur, & nunq̃ superatur: dicẽte ipo domino: In mundo pressuram habebitis, sed cõfidite, ego uici mundum. Quando hic qui uicit mũdum, seruos suos confidere iubet, nullus de uictoria futura dubitandi relinq tur locus. Qua eñ uirtute ipse uicit mundum, eam aduersus persecutiones certantibus nobis commodabit, ut uincamus. Immittent uobis, inquit, manus suas, & ꝑsequent̃ tradentes in synagogas & custodias, trahẽtes ad reges & præsides propter nomen meum. Ne aũt terreamur subdit. Et ego dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & cõtradicere omnes aduersarij uestri. Demũ ut proposito præmio ad oĩa ꝑpetiẽda magis alacres redderet, ait: In patiẽtia uestra possidebitis animas uestras. Hæc est eñ quod alibi dixit: Qui ꝑdiderit animã suam in hoc mundo in uita ęterna inueniet eam. Possidere ergo animã est, non hic sed in æternitate uiuere. Omnis quippe possessio in pręsenti dubia est & incerta, in futuro aũt erit stabilis & ꝑpetua. Quod ut luculentius intelligas, rursum ille alibi ait: Beati q persecutionẽ patiunt̃ propter iustitiam, qm̃ ipsoꝝ est regnum cœlorum: beati estis cum maledixerint uobis homines, & ꝑsecuti uos fuerint, & dixerint omne malũ aduersum uos mẽtiẽtes propter me, gaudete & exultate, qm̃ merces uestra copiosa ẽ in cœlis. Quã certe mercedem si alta mente consyderabimus, terrena omnia facile contemnemus: neq; omnino quicq̃ toleratu graue uidebit̃, quoties bona quę pro malorum perlatione cõpensanda sunt cogitabimus. Immensa eñ & ineffabilia sunt illoꝝ bona, de quibus in apocalypsi dicit̃. Hi sunt qui uenerunt de tribulatione magna, & lauerũt stolas suas in sanguine agni: ideo sunt ante thronum dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui sedet in throno habitabit sup illos: nõ

Ioan. 16
Luc. 21
Luc. 21
Matt. 10
Matth. 5
Apoc. 7

habitabit sup illos: nō esuriēt neq; sitiēt amplius, neq; cadet sup illos sol, neq; ullus æstus: qm̄ agnus q i medio throni est reget illos, & deducet eos ad uitæ fontes aquaꝝ, & absterget deus omnē lachrymā ab oculis eoꝝ. Talia secū
Phil.4 meditabat̄ Paulus, cū diceret: Et satiari & esurire, & abūdare & penuriam pati, omnia possum in eo q me confor-
Act.21 tat. Hinc est qd de illo in gestis apostoloꝝ legimus: Cū prophetante Agabo discipuli eius didicissent, ipsum Hierosolymis uincula passuꝝ, & animo consternati rogassent, ut supersederet illo proficisci. Quid facitis respondit flentes et affligentes cor meum? ego aūt nō solū alligari, sed & mori in Hierusalē paratus sum, propter nomen dn̄i Iesu. Non est ergo suoꝝ lachrymis motus, nō mortis periculo deterritus, ut a proposito desisteret, tanto amore flagrabat Christum omnibus qbus poterat euangelizandi, decernēs nō ante a p̄dicatione eius cessare, q̄ in corpe uiuere cessasset. Neq; solū Paulus, q plus omnibus laborauit, certum ac deliberatū id habuit, sed plane omnes illi, q supplicia necēq; pati maluerunt, q̄ fallacibus dijs libamenta offerre.

Verba sanctorum martyrum ad tyrannum in ipsos sæuientem. Ca. XXI

QVid em̄ aliud dum torquerentur, tacēdo ad infidelem tyrannum dicere uidebant̄, nisi ure, tunde, diuelle, lania, idola tua non adorabimus, Christum aūt dei filium cōfitemur, cum patre & spiritu sancto unū deum, unum dominum. Potes corpora ista cæsar cruciatibus absumere, facere uero ut aliud sentiamus aut loquamur non potes. Dummodo hac in parte fortitudo nostra tuæ præualeat, iuuat in illis qua te potentiorem existimas, non esse imbecilles atq; imbelles. Quo em̄ magis nos affligis grauiusq; excrucias, magis uita ęterna dignos efficis: & dum nocere arbitraris, prodes. Tua sæuitia, nostra est gloria. Cū nos interficere credas, carcere isto corporis liberas. Vnde soluti de terra, tollimur ad cœlum, & pro patientiæ uirtute a domino coronamur: non corona sicut est tua pitura, sed nunq̄ deficiēte, nūq̄ defutura. Libet itaq; abs te interimi, ut uiuamus cū Chr̄o, quē nulla ui nobis potes auferre, neq; nos ulla quæstione, ullo tormentorum

genere ac charitate eius separare. Hoc te frustra prorsus conatum scies, cum etiam ipsa postrema in mortem anhelantium uoce Christum inuocari, Christum glorificari audieris: et tunc demum te uictũ senties, sed fateri pudebit. Nos enĩ in isto fidei agone uoti nostri compotes erimus, tu tui nequaꝗ: qui ideo nos torques, ut a Christo auertas, & ad deorum quos palam contemnimus, cultum compellas. Et cum hoc quod maxime cupis, perficere in nobis minime ualeas, nonne superatus es nostra constantia, nostra pro Christo fide, quos ne interficiendo quidem ut tibi assentiamus potes inducere? Citius saxa scopulosꝗ; & montes de loco suo mouebis, ꝗ̃ nobis fidem a Christo datã eripies. Non tamen stabilitatis nostræ nobis laudem damus, Christi beneficio fortes sumus, Christi uirtute in nobis manente tibi non succumbimus, Christo deniꝗ; adiuuante contra omnia aduersa luctamur, & potimur uictoria. Eidem gratias agimus, & cum pœnis afficimur, & cum in sententia ueritatis perseueramus. Tota autem perseuerandi ratio est quia post laborem in illo requiescere speramus, semper beati futuri, qui semꝑ usꝗ; in finẽ fuimus fideles nec uicti sæuitia tua, sed probati. His quidẽ & hmõi uerbis illos uel locutos, uel loqui potuisse ꝗs dubitat, nisi qui euangelio non credit, & peruersæ mentis aure non admittit ueritatẽ? Ipsorꝫ enĩ oĩe studium fuit, dñi sui uestigia obseruare, cũ morꝫ integritate, tũ patiẽtia ꝑsecutionũ. Præbuit ille se nobis inexẽplũ, & ꝗ resistere poterat uiolẽtię hõim, atꝗ; oẽs sibi uno uerbo oris sui iterficere: maluit iiurias pati, & ignominiosa crucis morte consumi, ut suis fidelibus hũilitatẽ patiẽtiãꝗ; cõmẽdaret. Quãobrẽ ait: Qui nõ accipit crucẽ suã & seqtur me, non est me dignus. Quid inqes agam, si desijt ꝑsecutio, si nemo ad impietatem compellit, quõ crucẽ dñi portare debeo? Si paratus es impia suadentibus nunꝗ̃ cędere, & prius oẽs oĩm tormẽtorꝫ cruciatus forti animo subire, ꝗ̃ Christũ deserere, crucẽ dñi geris, & ipsum seqris illoꝗ; te dignum præstas. Da igit operã, ne prompta desit uolũtas ad patiẽdũ tuncꝗꝗ; cũ patiẽdi nõ suppetit occasio Quod si feceris, tu ꝗꝗ; a dño in pace collectus cũ sctis martyribus dicere poteris: Ego sum pauper et dolens, & salus

Matt. 10

Psal. 68

tua deus suscepit me: laudabo nomen dei mei cũ cantico magnificabo eũ in laude. Interim martyriũ tuũ sit, castigare corpus tuũ, & in seruitutẽ redigere, ut obediat spũi: uigilare, orare, ieiunare, die ac nocte ĩ lege dei meditari, euãgelij pcepta obseruare, amicos inimicosq; diligere, nemini malũ pro malo reddere, & pati potius q̃ inferre iniuriã Talis uita eos etiã ad beatitudinis gloriã euexit, quos psecutiõis gladius non attigit. Quotidianũ quippe martyriũ est, aduersus carnis molestias diaboliq; dolos assidue stare & non sinere suffodi domũ, nec irruẽtibus uitijs uasa diripi uirtutis. Oportet igit̃ supbiam repellere humilitate, libidinẽ castigate, parsimonia luxuriã, patiẽtia iracundiã, liberalitate auaritiã, & breuiter uitiũ uirtute. Sic uincere nõ eqdẽ minus laudabile esse reor, q̃ execrãda infideliũ impia p tormẽtorꝝ patiẽtiã supare. Nã q ita uitã instituerit, eum iam idoneũ esse scias ad oĩa dura, difficilia atq; aspera pro nomine dñi pferẽda. Non põt nõ habere talẽ tolerãdi affectũ, q dño in omnibus obsequẽdi gerit curã. Audi Hieronymũ dicentẽ: Vtinam ob dñi mei nomẽ atq; iustitiã cuncta gẽtilium turba me psequat̃ & tribulet: utinã in opprobrium meũ stolidus hic mundus exurgat, tñ ut ego merear a Christo laudari, & suae pollicitatiõis sperare mercedẽ. Quoties igitur exercendæ patientiæ cessat occasio, non cesset in nobis ipsa patiẽdi uoluntas, & martyrum glorię participes esse merebimur.

Quod non debemus vltro nos offerre supplicijs. Ca. XXII

Matt. 14 VEruntamẽ in persecutionibus ultro nos offerre impijs non debemus. Quoniã temerarium est obijcere se periculis nulla cogente necessitate. Vnde præcipit dominus, dicẽs: Cum uos persecuti fuerint in ista ciuitate, fugite ad aliam. Et ipse secessisse in desertum dicit̃,
Iohan. 8 cum Ioãnem Herodis gladio peremptum audisset. Quando etiã Iudæi ad feriendũ illũ lapides corripuissent, abscondit se (ut euãgelista ait) & exiuit de templo. Poterat oẽs unico nutu ĩterimere, et maluit fugere, ut nos doceret etiã imbecilliorũ iracundiã potius deuitare, q̃ resistendo ma-
2. Cor. 11 gis accẽdere. Paulus Damasci Iudæorꝝ insidias, & præpo

siti Aretæ regis minas p murũ in sporta depositus effugit: nõ tamẽ mortis metu, sed dilatiõe, ut adhuc superuiuens multorꝫ saluti cõsuleret. Nunq̃ eñ cessauit prędicando, disputando, scribẽdo, oẽs q̃s erroribus implicitos cernebat, ad uiam ueritatis reuocare: utq; illos q̃s ad Christũ cõuerterat, in fide solidaret, sæuissimi Neronis furorẽ cõtempsit. Suo igitur exẽplo mõstrauit, tunc quidẽ mortẽ nõ esse timendã, cum prospiciendũ est saluti aliorꝫ: tunc uero fugiendã, cũ magis expedit ut fugiamus q̃ ut cõprehendamur. Exempli grã: Inter hæreticorꝫ turbã fidelesq; psequentiũ occulte Christianus es, uides alios deprehensos torqueri, cædi, laniari, q̃ diu fortiter tolerãt, nec a fide recedũt, non est ut teipm prodas. Cũ aũt aliquis eorũ titubare cœperit, & supplicijs uictus cædere, palã eum exhortari ad patientiã debes, & in periculo animæ alienę uitã propriã cõtemnere. Plus eñ debemus diligere bonũ animæ nõ nr̃æ modo, uerũetiã alienæ, q̃ bonũ corporis nr̃i: hoc eñ tẽporale est, illud æternũ: hoc carnale, illud spiritale: præferenda aũt sunt carnalibus spiritalia, & tẽporalibus æterna, & mortalibus nunq̃ moritura. Quod si te q̃q; in hoc pietatis agone intrepide currentẽ ab infidelibus occidi cõtigerit, gaude: quia iam cũ illo uiuere incipies, q pro oĩbus occidi uoluit, & in illo inclyto gloriosoq; martyrꝫ cœtu receptus exultabis, tuq; donatus corona uictoriæ sempiterna.

¶ Quid multum prodest in calamitatibus recolere passionem Christi. Caput. XXIII.

IN oĩ aũt pressura & afflictiõe siue mẽtis siue corporis, cõmodissimũ erit, dñi saluatoris labores atq; dolores pro nobis ultro susceptos ad memoriã reuocare, secũq; ratiocinari ac dicere: Quis ego sum, ut aduersis p̃sentiũ infelicitatum casibus grauari debeã, cũ dñs meus, q̃ diu in terris uersatus est, nõ otio delectatus sit, sed fatigatione, nõ uoluptatẽ ullã corporis appetierit, sed tribulationes & angustias & cruciatus & cõuitia & probra ab impijs illata, et acerbissimã atq; despicatissimã crucis mortẽ? Ille saluandi mei grã qui perierã, cũ deus esset, hoĩem assumpsit: hõ factus nunq̃ cõquieuit, Iudæã, Galilæã, Samariam peragrãdo, ignaros instruere, ægros curare, mortuos

suscitare, multa mira & incredibilia operari. Cumq; in omnibus diues esset, elegit sibi paupertatē, aliorum impensis uitā sustentauit, alieno usus est hospitio, esuriuit, sitiuit, fatigatus est: flesse pluries legit, risisse nunq̃. Adhuc puer quęsitus est ad necē: deinde adultus odia semp perpessus est impiorum; a discipulo uenditus ac proditus est a Iudęis cōprehensus et afflictus, & q pctm̃ nō fecerat, ligat, accusat, falso testimonio circumuenit, conspuit, alapis cædit, deludit, maledicit spinis coronat, arundine uerberat, nudus flagella sustinet, nudus crucē ascendit, in manibus ac pedibus plagas patitur clauorum, lanceæ in latere, atq; de tot uulneribus manante cruore totus perfundit. Cumq; moriens sitiret, aceto felleq; potatur: tam dire cōsumptus hostiam se deo patri pro omibus obtulit. Quis sum ego, ut indigner, & iniquo animo ferā, siqua mihi calamitas incidat, siquod incommodū patiar, siqua me inuidorum infestet persecutio, cū presertim nihil mali mihi inferri possit, quod peccata mea non merent? Non ergo grauate perpetiar, quod iuste irrogatur, sed dñm meum deprecabor, ut concedat mihi in omibus patientiā, & in ipsa patientia scelerū meorum purgationem atq; ueniā: ut qui me dignatus est facere laborum suorum participem, faciat tandē & gloriæ consortem, dicente apostolo: Sicut socij passionū estis, sic eritis & consolationis. Et
2.Cor.1 iterum: Si, inquit, cōmortui sumus, & conuiuemus, si sustinebimus, & cōregnabimus. Igitur siue psecutionis turbo totā inuaserit ecclesiā, siue priuata lacessiti fuerimus inuidia, siue opes uis aliqua rapuerit, siue morbi sæuierint, siue charissimorum mortes frequētarint, siue aliud aliquid aduersi acciderit de omibus gratias agere nos oportebit, et in omnibus confiteri ac dicere: Iustus es dñe, & rectū iudicium tuū. Scriptum est em̃: Increpationē domini ne reprobes, quia ipse uulnerat & medetur, percutit & manus eius sanabunt. Paulus & Sylas in Macedonia uirgis cæsi, carceri traditi, in uincula coniecti, deo laudes decantant. Et ipse dominus noster accepto calice gratias egit, ut nobis documēto esset, ad persoluendas gratias deo, quoties aduersitate aliqua grauati fuerimus atq; afflicti: per calicē em̃ tribulationes mundi huius intelligimus: iuxta illud: Transeat a

Margin notes: 2.Cor.1 (beside "lo: Sicut socij…"); 2.Timo.2 (beside "iterum: Si, inquit…"); Iob.5 (beside "um tuū. Scriptum est…"); Actu.16 (beside "bes, quia ipse…").

me calix iste. Cuius igit̃ prouidẽtia cũcta cõtingũt, illi de cũctis grã ç agant̃, ut p̃ hoc probet̃, nos & patiẽtes eẽ in ad uersis, & in prosperis non ingratos.

¶De impatientiæ uitio erga deum. Ca. XXIIII.

ET q̃m uirtus optabilior atq; amabilior fit uitij cõpa ratiõe, restat ut euoluamus impatiẽtię mala. Per im patientiã murmurauerũt Israelitę egressi de ęgypto Exod. 16
cum esurirent in deserto Syn: & iterũ in Raphadin cum si Exod. 17
tirent: saturauitq; illos dñs mãna de cœlo pluente & aquis fluentibus de petra. Vide q̃ mitis, q̃ misericors est deus: nõ continuo impatientiã nostrã punit, sed interdum uotis murmurantiũ facit satis, ut beneficio prouocet ad pœnitẽ tiam. At uero si benefacta nõ profecerint nec murmuratio num cessauerit impia temeritas, tunc demũ ulciscitur in gratos & iuste pœnas exigit ab obstinatis. Ideo illi tandẽ Num. 11
cœlestẽ cibum fastidiẽtes, cũ ollas carnesq; ægyptias con cupiscent, coturnicũ nubes uento delata, locum in quo ca stra fixa erant, operuit: uolente dño ut discerent q̃ male ce dant illa q̃ intemperãter concupiscunt̃. Adhuc, inquit, car nes erant in dentibus eorũ, & populus percussus est plaga magna. Multi eñ ex illis cũ usq; ad nauseã carnis edulio se implessent, ueluti ueneno hausto, sic repente mortui conci derunt. Pari aduersus deũ proteruitate usi sunt ad aquas cõ Num. 20
tradictionis, cum sitim paterent̃: postremo ad mare rubrũ Num. 21
itineris labore offensi, quãdo iratus dñs misit ignitos ser pentes, quorũ ueneno morsibusq; disperibant. Quid ergo aliud agit, qui aduersitate oppressus in deum indignat̃, ni si ut ab eo prorsus destitutus, faucibus incidat serpẽtis an tiq diaboli, & post temporale m alũ quod patitur, æternis tradatur supplicijs? Hoc nempe illud est, quod Salomon in prouerbijs ait: Qui impatiens est, sustinebit damnũ, & cũ Prouer. 19
rapuerit aliud apponet. Primo enim damno rapto, id est, accepto, aliud applicat, & malis quibus affligitur, cumu lum addit. Quid autem dementius, q̃ tribulationum pon dus grauare linguæ procacitate, aut aliqua immodica ani mi perturbatione? Quicquid eñ patienter tolerat̃, leuius fit. Quid etiã magis perniciosum, q̃ deũ iratũ, cum placare humilitate debeas impatientiæ tumore magis prouocare,

ut citius pereas? Ideo rursum Salomõ ait: Impatiẽs opera-
Prouerb.1. bit stultitiã. Et iterũ: Qui impatiẽs est, exaltat stultitiã su-
am. Quõ exaltat stultitiã? Impatientiã utiq; non refrenans
prolabit in iram, de ira in furorẽ: de furore in quandã belua
rum feritatẽ, ut iam nõ modo impatiẽs, uerũetiã sæuus im
piusq; existat. Nullũ enĩ crudelitatis genus est, ad qđ nõ cõ
Cain. pellet impatiẽtia, si te ab illa diutius possideri permiseris.
Filij iacob. Per impatientiã fratrẽ suũ occidit Cain. Fratrẽ suũ in serui-
abimelech tutẽ uendiderunt filij Iacob. Fratres suos interfecit Gedeo
Saul. nis filius Abimelech. Saul rex sacerdotes Nobæ impie pe-
Athalia rimi imperauit, quia illi pij erga Dauidẽ extiterãt. Athalia
Iorami regis uxor, defuncto Ochozia nepote regiã cædi-
bus impleuit, neminẽ regij sanguinis relinquẽs uiuũ, pter
Manahen. unũ Ioam, q furtim subtractus fuit neci. Manahen Sama-
riæ rex thersa oppido capto, ne quẽ in eo uirilis sexus uiuũ
Herodes relinqueret, mulieres etiã pregnãtes scidisse fertur. Herodes
non minus in filios crudelis q̃ in hostes fuit, ut Iosephi hi-
storia testat: & ut in euãgelio discimus, indigne ferẽs Chri
stum puerũ a Magis adoratũ, oẽs Bethlemi infantulos q bi
matum nõ excesserant, interimi iussit, ipm simul perdere
Herodes uolens, quẽ qui ex illis esset ignorabat. Huius uero succes-
sor Ioannis bap. plusq̃ prophetę caput ad se deferri manda
uit, ne de nece eius, a quo de adulterio se argui indigne fe-
rebat, incertus esset. Ad talẽ ergo ac tantã animi trucidenti
am facile perueniet impatiẽs, nisi mature ab ingenitę pro-
teruiæ uitio submoueat, & iracũdiæ motũ pro uiribus cõ
pescere assuescat. Minoribus igit delictis obstaculũ faciat
ne ad maiora prorũpat: qñ ne minima quidẽ hinc decedẽ-
tium impunita erunt, nisi ante pro illis pœnitudinis opera
Matth.20 laboreq; satisfactũ fuerit. Hoc tibi in euãgelio operariorũ
uineæ parabola testat, qui inuidiæ a dño arguunt, eo q de
nario pro opera accepto, alijs q tardius ad operandũ acces-
serant, ex cõductoris liberalitate tantundẽ datũ fuisse dole
bant. Nõ est itaq; negligendũ, sed maxime curandũ, ut eti
am ab his caueas, q̃ uel leui increpatiõe digna cognoueris
Paulatim decidit, inquit scriptura, q minima contemnit.
Eccle.19 Habet & inuidia suã impatientiã, q̃ mortẽ affert nisi caue-
atur. Dolere enĩ te cogit, q alij affluant diuitijs, præstẽt ho

ntoribus, multæ apud oẽs opinionis sint, & te uel pcedant gloria, uel ęquent. Talis profecto diaboli liuor est, qui sem per tristat ac moleste fert, q̃ iusti eo ascendãt unde ipse de cidit. Quid dicam de illis, quorꝫ intantũ excedere solet fu- ror, ut aliquid aduersi passi, in deũ maledicta euibrent atq; iaculent. Proh facinus oĩm sententijs execrandũ: lingua illa quã fecit deus, ipsum blasphemat, & creatura creatorẽ su- um uerbis petulantibus inuadere audet: ipm regem regũ ac dñm dominantiũ plena probri procacitate lacessere nõ ueret: cũ Michael archangelus (ut Iudas aplꝰ ait) de Moy si corpore altercando nõ sit ausus ipsi diabolo iudiciũ infer re blasphemiæ. Hoc tam immane nefas in seruis uestris pu niẽdo coercete terreni principes, aut mirari desinite, si uos una cũ illis diuina uerberet uindicta. Siquis uos uel leuissi ma offenderit cõtumelia, cõtinuo maiestatis læsæ reus per agit, & acerbius etiã q̃ meret punit. Mulctat qñq; q in ali quẽ priuatũ hoĩem indigne cõuitiatus fuerit, sola in deũ cõ tumelia tuta est. Poena ab hoĩe expetit ob iniuriã hoĩ illa- tam, & deũ maledicẽtis scelus nulla denunciatiõe reprimi tur. Vbi nunc est illa Iudęis data dei lex, qua blasphemi la- pidibus obrui iubent, qua quidẽ cũ altero rixatus cum no men dñi maledixisset, extra castra eductus est, ut hominũ cõsortio indignus, & lapidũ ictibus interemptus, linguæ impietatẽ morte corporis persoluit? Vbi est illud Babylo- nij regis uno miraculo conuersi edictũ. Quicũq; deũ Sy- drach, Mysach & Abdenegabo blasphemauerit, dispereat & domus eius uastetur? Vos uero tot prodigijs, tot mira- culis in dei ueri cultu cõfirmati, eiuscemodi crimẽ dimit- titis impunitũ. Qua in re plane ostenditis, terrena uobiscu ræ esse, nõ coelestia, & nomẽ uos habere Christianorꝫ non religionẽ neq; iustitiã. Vir em̃ fidelis obturare statim ma- nibus aures debet, ne uocem dñm suũ maledicẽtis audiat uel repente auersus fugere, ne sacrilegi oris petulantiæ faue re uideatur si manserit, uel auscultarit, & simul cũ maledi- co ipso diuinã incurrat ultionẽ. Quod si murmurantis po- puli contumaciã deus iustus sæpissime corripuit, quõ sce- leratissimorꝫ hoĩm impietatem non castigabit? & si a mur muratione q̃q; aduersus deũ cauendũ sit, q̃to magis a ma

In deũ maledicta proferens

Iudæ. 1

Leuiti. 24.

Danie. 3

ledicto siue blasphemia? Cumq; oīs impatiētia iustitiam dei nō operet̃, non frustra de salute Philippensiū sollicitus
Philip. 2 apl's: Omia, inquit, facite sine murmuratiōibus & hæsitationibus, ne sitis sine quærela, & simplices filij dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ. Ex his ostendit, eum q̃ patiens est, nunq̃ murmurare, nunq̃ conqueri: sed inter malos q̊q; mitem atq; mansuetū esse, & inter inquietos quietum. Impatiens aūt prius ipse suę inquietudinis causa est, deinde etiam aliorꝶ: hos odit, illis irascitur, alijs contumelios, alios afficit uerberibus: ipse uero intra se iracundia æstuat, bile tumet, liuore consumit̃: iuxta
Eccle. 30 illud: Zelus & iracundia minuent dies. Dum ergo alteri nocere affectat, seipsum perdit: immo quod deterius est, seipsum æterna pœna dignū efficit, dum alterum odio atq; maliuolentia persequi non desistit.

¶ De impatientiæ uitio erga proximum. Ca. XXV

PErsequamur igitur nunc in proximos impatientiam ostendamusq; quanto ipsa suo autori detrimento sit. Hæc est quæ nos facit iracundos, ita ut leuissimis interdum de causis intemperanter commoti rixemur, depugnemus, ad arma concurramus. Canū ferocium ista rabies est, qui protento tantū contra se digito irritantur, & frendenti rictu hominem allatrant. Turpe est autem nobis caninam habere iracundiam, & ad quamlibet offensiunculam indecentius q̃ oporteat turbari ac furere, et esse domū super arena fundatam, quam uentorum euertit flatus: uel arundinem illam, quam etiam leues auræ grauiter exagitant & percellunt. Vix quidem ulla in re modestiam seruabit, qui cohibere nescit iracundiam. Salomonis ista senten
Prouer. 29 tia est dicentis: Qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum procliuior. Ille præterea qui in paruis grauiter irascitur, magnam iniuriam quomodo feret? nonne in rabiē tunc uertetur, cum paulo deterius læsus fuerit? Quanq̃ eos etiam qui non læduntur, ineffrenata impatientia interdū in rabiem agit: sicut & illos, de quibus paulo ante locuti sumus, qui neq; fratribus, neq; liberis, neq; dei sacerdotibus, neq; fœtibus in aluo matrum adhuc latentibus pe-
Moabitæ percere. Vt autem ista quoq; minus miremur, Moabitæ

impatientia facit: qui regis Idumæorum ossa de tumulo eruta, ignominiæ causa, igni cremarunt. Quis erit iracundiæ finis, si neq; morte eorum, quos odio habet satiatur, & in corpora quoq; humo obruta desæuit? Merito igitur tantam animorum feritatem etiam in nationes incredulas ultus est deus, dicente Amos propheta: Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non conuertam eum, eo quod incenderit ossa regis Idumææ usq; ad cinerem: & mittã, inquit, ignem in Moab, & deuorabit ædes Carioth, et morietur in sonitu Moab, in clangore tubæ, & disperdam iudicem de medio eius, & omẽs principes eius interficiam cum eo dicit dñs. Quod si ita infidelium impatientiã punit interdum deus, quanto magis credentium, quibus leges dedit & præcepta & noticiam sui? Iure igitur ac merito Salomon dum perpenderet impatientis furentem iracũdiam. Graue est saxum, inquit, et onerosa arena, sed ira stulti utroq; grauior. Et prosequitur dicens: Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor, & impetũ concitati qs ferre poterit? Quid aũt infelicius, q̃ carere misericordia & dilectione, sine qua beatitudinẽ consequi nequimus? Idcirco impatientia ipsa, quia charitati contraria est, deo etiam qui charitas est aduersatur & repugnat, animũ a coelestium contemplatione auertit, & æterni boni reddit negligentem. Impatientia em̃ tota de rebus terrenis est: a quibus certe quanto secedimus longius, tanto proximiores deo efficimur. Cui quidẽ si iũgi uolumus, humilitate opus est, & patientia & omĩ mansuetudine: non supercilio, nõ indignatione neq; ira, quę deus odit & execratur. Post hęc mentem quoq; hoĩs excæcat impatientia: & quæ recta ueraq; sunt, non sinit dignosci neq; intelligi. Ideoq; ista animi perturbati passio, maxime in iudicijs faciendis cauẽda est. Nunq̃ em̃ iuste iudicabit, q iratus est. Nam si ille cui iratus fuerit, pro crimine delato mulctari merebit, hic ulciscẽdi auiditate iustę pœnæ modũ excedet: aut si de rebus lis erit, omissa iudicij cõsultatiõe, aduersus eũ cui infensus ẽ, ferre sententiã festinabit, & cõuertet (ut in Amos propheta ẽ scriptũ) i amaritudĩe iudiciũ, & fructũ iustitię i absinthiũ nõ causam cõsyderãs dũ iudicat, sed psonas. Nec solũ iniu

Amos. 1

Prouer. 27

Amos. 6

stũ uerιq; nesciũ hoĩem facit impatiẽtia, sed etiã si ei ratio ne nõ resistit, ad insaniã usq; adducit, unde furere dicitur is,
Facies irati q impatiẽtiæ stimulis actus ira inflãmat. Ardet oculi, tremunt labia, frons adducit, arteriæ clamoribus intumescũt os distorquet, uerba sine delectu effutiunt, facies aut rubore aut pallore suffundit, & breuiter nihil tam simile alienatæ mentis hoi q; homo præter modũ iratus. Quod si aspectui tam fœdo nõ satis credis, facta inspice. Princeps ille
Matth.26. sacerdotum in Christum iratus, ipse sua scidit uestimenta. Quid aũt demẽtius, q; in alterũ indignari, & a semet pœ-
3.Reg.21 nas exigere? Achab etiã rex Israel, q Naboth Iezrahelita uineã suã ipsi petenti neq; uendere neq; cõmutare uoluit, tantũ furoris cõcepit, ut domũ reuersus lectulo se iniecerit, paneq; nõ comederit, inedia se conficiens, donec uxoris tãdem usus consilio, Nabotho per dolũ sublato, agellũ eius
2.Reg.17 ui possedit. Achitophel iudaicæ militiæ princeps Absalonis partes secutus, indigne ferens q ille aduersus Dauidẽ patrẽ uti suo consilio noluerit, sibiipsi suspẽdio mortẽ consciuit. Quis insanus unq in alterũ fœdius desæuit, q; in se-
Iob.5 ipsum iræ impatiẽs Achitophel? Recte itaq; dicit: Stultũ interficit iracundia: quandoquidẽ eo usq; insaniũt, ut nec suæ uitæ parcant, & dũ in alterũ sæuiẽdi negat facultas, in
Maledici in sanctos semetipsos grassant. Sũt pterea q irati sanctos maledictis lacessant, sed cũ dñm eadẽ oris petulãtia prouocare nõ formident, minus mirũ est, q etiã seruos eius quõ possunt offendant: de qbus quia satis paulo ante dictũ sit, hoc tantũ dicendũ restat, q nec a sanguine eorũ, qs deo famulari uident abstineãt, cũ indignant. Quãuis em eiusdẽ religionis sint cum his qs infestant, diuersis tñ moribus uiuũt, sempq; melioribus inuident atq; aduersant: Hinc est q Iorã Sa-
4.Reg.6 Ioram. mariæ rex a Syris obsessus, cũ fames urbẽ inuasisset, quid ageret nesciebat, & ex dolore in furorẽ uersus mandauit interimi Helisæum prophetã, qui nisi præscius cauisset, innocens regis male indignãtis culpa perisset. Rex uero q a pœnitentia ductus humiliauit se, prophetã perseq ui desijt, & obsidione liberatus est & fame: tñ prodest repentina pra-
Asa. 2.Para.16 ui propositi pœnitudo. Asa q; q; Hierosolymæ rex, qm ascito sibi Syrorũ exercitu ab inuasione Basæ Samariæ regis se

defenderat, coarguitus ab Anani propheta, φ fiduciã habu
erit in rege Syriæ & non in dño, iussit illũ mitti in neruũ,
& dei nunciũ in uincula conijcere non fuit ueritus. Sed ma
le illi cessit ista audacia, plurimi de populo perierunt, ipse
anno deinde tertio pedũ dolore consumptus est. Sed neq;
Ioachino Iudææ regi fuit impune, Hieremiæ uolumen per Hiere. 36
manum Baruch scriptum, in quo mala super regno suo uẽ Ioachim
tura pdicebãt, manibus discerpsisse tradidisseq; igni, ipos
q; uoluminis autores cõprehẽdi iussisse: quæsitos ad necẽ
(ut scriptura ait) dominus abscondit, ac de rege pro culpa
puniẽdo dixit: Non erit ex eo qui sedeat sup solium Dauid
& cadauer eius proijcietur ad æstum per diem, & ad gelu
p noctem: insuper mala quæ in uolumine descripta fuerãt
se adducturũ affirmauit. Igitur nõ multo post urbe euer-
sa, ipse cum populo abductus est Babylonẽ cathenis uin- 4. Reg. 24
ctus atq; in captiuitate perijt. Herodis tetrarchæ exercitum Herodes
parua qdẽ Arabũ manu ad internitionẽ pene cæsum ideo
fuisse, quibusdam ex Iudæis uisum est (ut Iosephus refert) Iosephus
quia Ioannẽ baptistam præcipuæ sanctitatis uirũ interfice li. 18. ca. 14
re ausus fuerit, ut liberius sceleratis nuptijs, quas ille argue
bat, abuteret. His exẽplis discant superbi q̃ male indignẽt
aduersus eos, qui sese Christi seruitio dedicarunt. Tu quis Rom. 14
es (ingt apostolus) qui iudicas alienum seruum? dño suo
stat aut cadit, stabit aũt, potens est eñ deus statuere illum.
Quod si nefas est iudicare seruum dei, quanto magis eun-
dem odio habere, iniuriaq; afficere? Et si neminẽ simultate
atq; inimicitijs psequi debemus: quãto minus eos qui pro
omnibus quotidie pcationi insistunt, quotidie pro omni-
bus sacrificia offerũt, deniq; nobis propitiare totis uiribus
contẽdunt, nobis baptismum, nobis pctõrum remissionẽ
subministrant, ægrotantibus assistunt, mortuos efferunt,
pro elatis deo supplicant? numquid redditur pro bono ma
lum, ut his infensi simus, quibus pro bñficio parẽ gratiam
referre non possumus? Quod aũt ne illis quidẽ qui tecum
seculo seruiunt, hostiliter irasci debeas, audi ueritatis ma- Matth. 5
gistrum in euangelio dicentem: Omnis qui irascitur fratri
suo, reus erit iudicio: q aũt dixerit fratri suo racha, reus erit
concilio; qui aũt dixerit fatue, reus erit gehẽnæ ignis. Ne-
h

mo igitur non reus est, qui fratri irascitur. Vitio fratris irasci rationabile quidem est, fratri aūt irasci rationi contrarium est. Ex odio em̄ proficiscitur, quicquid mali in personam tantum confertur. Disce itaq; tres esse male irascendi gradus, alium alio nequiorem. Si tacitus irasceris, & linguam a cōtumelia coerces, reus est iudicio: quia quod iracundiæ motus intra te deliquit, hoc rationis iudicium, ne foris erumpat, refrenauit. Grauius aūt peccas, cum iratus in uerba opprobrij prorūpis, tantoq; magis, quanto furiosius id egeris. Racha hebræum est, & uanū designat: fatue aūt turpius dictum est. Illa ergo impatiētiæ indignatio rea est concilio, ubi adhuc pēdet sentētia, donec uel progrediaris irascendo ut damneris, uel regrediaris pœnitēdo ut uenia dignus habearis. Porro si ulterius progressus fueris, & furoris impetu in aduersum ferri nō destiteris, & fratrē tuū quasi fatuum ex animi maliuolentia despexeris, reus eris gehennæ ignis: nisi cessabis ab iniuria, & amare incipies quem oderas. Tales ergo excursus habet impatientia, ut hominem immoderate furētem, usq; in abyssum inferni deuehat, & pœnis illis, quarū nullus finis est, irreuocabiliter tradat, si ei usq; ad uitæ exitum dñata fuerit.

¶ De ira nō vitiosa, sed vtili, & de ira dei. Ca. XXVI.

EST tamen ira quædam rationi parēs, cum uitijs irascimur uel nostris uel alienis: hoc est, cū illa corrigi & emendari cupimus. Hinc sane & in nos uoluntariā corporis castigationē assumere consueuimus, ut mortiferę uoluptatis incitamenta excludamus, & carnē spiritui repugnantem, ueluti lasciuiens iumentum fatigatione aliqua laboreq; domemus. Illos uero q curæ nostræ cōmissi sunt, si monitis non obtēperarint, minis uerberibusq; persequmur: non nocendi causa, sed gratia iuuandi: ut qui sponte sese corrigere noluerint, corrigantur saltem inuiti, ne pereant. Ira igitur ista, quia ratione nititur, non modo non culpanda est, sed etiam necessaria. Charitati em̄ proxima est, dum per eam hominum saluti consulitur, medicorū more, qui putrescentia ulcera incisionibus cauterioq; curare aggrediuntur, & morbo irati dū sæuiunt, restituēdæ sanitati operā impēdūt. Hinc est illud Ecclesiastis: Melior ē ira risu

quia p tristitiam uultus corrigitur animus delinquētis. Triste tantūmodo uultum, aduersus ęqualium sæuiorūq; crimina ostēdere oportet, ne malefacta eorꝝ mitiore aspectu probare uideamur: ira tamen abstinendum erit, ne magis exasperemus eos, in quos animaduertendi ius non habemus. Illa ira duntaxat nobis concessa est, qua uel subditos corripimus ne delinquant, uel nosmetipsos affligimus ne malarꝝ cupidinum blandimentis uincamur. Porro ira hæc tantum ab ea quæ prohibetur differt, quantum ratio ab insania, quantū uerꝝ ab errore, quantū deniq; iuuandi appetio a cupiditate nocendi. Hanc sequamur, si nobis, si alijs qbus pręsidemus consultum uolumus. Illā uero brutā & irrationalem declinemus, tanq̃ & nobis & oībus q ea utūtur, noxiam atq; pniciosam. Per hanc iustificatus est Phinees, cum uirꝝ Israelitā & Madianitidē meretricē turpiter coeuntes pugione cōfodit. Per illā aūt damnatus est Cain, alijq; multi, qui sanguinē innocentē indignati effuderunt. In hac deum imitamur, qui peccatis offensus irascit. In illa diabolum, q cum malus sit, bonis inuidet, & iratus eos deijcere nititur de altitudine uirtutum. Dei aūt ira percutit ut sanet, mortificat ut uiuificet, & meliora quidem uulnera sunt diligentis, q̃ fraudulenta oscula odientis. Hic pterea q diligendo uulnerat, interdum odiendo læderet definit. Vnde loquitur: Non uisitabo sup filias uestras, cū fuerint fornicatæ, & sup sponsas uestras, cum adulterauerint. Magna ira est, inquit Hieronymus, cum peccantibus non irascitur deus: hoc est cum peccantes punire differt. Quos aūt ad correctionē affligit, de illis ait: Visitabo in uirga iniquitates eorꝝ, & in flagellis peccata eorꝝ, misericordiam aūt meam non auferā ab eis. Nullā tamen iracundiæ pturbationē patit deus, neq; dum corripit corrigēdos, neq; dū punit obstinatos: apud se semp placidus est atq; trāquillus apud illos uero iratus & furens, qui malum quod meruerunt patiunt. Ita nos q̃ minimū pturbare debet iracundia cū delinquentes punimus, sed mouere charitas, ut punitos disciplina nostra emendet, & a uitio reuocet ad uirtutē. Publici quoq; iudicij præsidem, ab odio atque ira procul esse oportet dum iudicat. Debet tamen meritas ab il-

Phinees Num. 25
Cain Gen. 4
Prouer. 27
Oseæ. 4
Psal. 88

lis qui mali aliquid ꝑpetrarunt, pœnas exigere, siue ut ipsi corrigãtur, siue ut alij reprimãtur similis pœnæ metu, quã dãnatos iuste perpeti uiderint. Equidem ita reor, inter irã & iustitiam dei nihil interesse, nisi ꝙ iræ uocabulum tunc usurpet scriptura, cum peccata uindicãtur. Iustitiæ aũt nomẽ etiã ad remunerationẽ pertineat bonoꝝ, in qua nullus iræ locus est, sed benignitatis. Audiamus ergo in psalmis
Psal.4. monentem: Irascimini & nolite peccare. Irascitur & non peccat, qui non odio mouetur hominis cum indignat, sed criminis, qui punit: non ut lædat, sed ut ledendo emendet: quod quidem opus non inimicitiæ est, sed beniuolentiæ & dilectionis.

¶ De remediis iracundiæ. Ca. XXVII

Non possumus efficere, quin aliqñ plus etiam ꝙ oportet irascamur. Quãdoquidem id sanctitate quoq; præditis hominibus interdum contigisse satis con
Exod.32 stat. Moyses iratus præuaricationi plæbis uitulũ adorãtis, tabulas legis digito dei scriptas confregit. Idẽ iratus fuisse dicitur filijs Aaronis sacerdotis, ꝙ hyrcũ quẽ pro pc͂tõ ob-
Leuit.10 latum comedere debuerant, totum in holocaustum obtulerint. Dauid in Absolonem filium iratus fraternæ cædis reũ
2.Reg.14 uix amicorum precibus exoratus post biennium coram se apparere illum permisit. Hi tñ excusabiles uidẽtur, quia in delinquẽtes animo extiterint indignato, nec sine causa irati fuerint. Sed quo pacto excusabit nescio ipse in utero ma
Hier.20 tris sanctificatus Hieremias, uel ipse ore domini laudatus
Iob3 Iob? Ambo eñ ob indignationẽ impatiẽtiamq; mentis, diei in qua nati sunt, maledixisse referũtur. Alter cõqstus ẽ ꝙ probra irrisiões q; ꝓferret pro sermonib. dei, q̃s i populũ uulgabat. Alter ꝙ supramodũ miserijs calamitatibusq; oppressus esset. Quasi uero non liceat dño quicq̃d uult de ser-
Ionę.4 uis suis facere, Ionas etiã sanctus propheta mortẽ sibi expetiuit, indigne ferens, ꝙ Niniue seruata suam fefellerit diuinationem. Vnde arguitur a domino dicente: Putas ne bñ irasceris tu? Quis aũt excusare illum audet, qui increpatiõe accusatur diuina? Quid de apostolis dicam, & his quidẽ a sapiẽtia dei electis? nonne indignati fuisse memorant, cũ a filijs Zebedæi principatũ peti audissent? Sed quẽadmo-

dum illi ab ambitione ad humilitatem, & ab indignatiōe ad placabilitatem domini admonitionibus reuocati sunt, ita & nos quoties repētina aliqua mentis ægritudine commoti fuerimus, q̃primum ad æquanimitatis remedia recurramus. Morbus inueteratus plus laboris exigit in medendo, recentis uero facilis curatio est. Primum cauendæ tibi sunt contētiones, & eorum qui natura iracundi sunt, cōsortia fugienda, litibus foroq; abstinendum, dicēte aplo: Seruum dei litigare non decet. Cum nemine p̄tinaciter cōtēdas, quia arrogantiæ uitium est. Delatoribus non facile credas neq; de absente obtrectātium iniuria irascaris. Inualidus est ad lædendum qui tibi coram negocium exhibere non audet. Quod si præsentium offensam moderate ferre debemus, quanto magis absentium? Si cōtigerit ut irę motum concipias, conceptum reprime: & quod intra te natū est, intra te & moriatur, nec uerba exterius prorumpāt nec opa. Audi psalmistam dicentē: Turbatus sum, & nō sum locutus. Et iter̄: Cor meum conturbatum intra me. Abortiuum igitur fiat, quicquid iracundia intra te cōceperit. Parum concepta indignatio nocet, ędita multum. Viperarum genimina sunt, quæcunq; parere solet furor. Irascimini & nolite peccare ait apostolus, sol non occidat sup iracundiā uestram. Irasci hominis est: per iram non peccare, Christiani est. Illis autem solē iustitiæ occidere credas, qui iram in odium conuertunt. Nunq̃ cito in alter̄ excandescas: dilatio incipiētem sedabit motum. Obserua itaq; Iacobi apostoli præceptum Sit, inquit, omnis homo uelox ad audiendum, tardus ad loquendum, & tardus ad iram. Ira em̄ uiri iustitiam dei non operatur. Obliuiscere iniuriæ, & de uindicta ne cogites. Impatientiæ uitium est ulcisci cupere. Patientiæ aut̄ uirtus, offensam memoria non retinere. Diuinæ legis est pręceptum: Non quęras ultionē, nec memor eris iniuriæ ciuiū tuor̄. Deū time, & irasci q̃q; timebis. Obserua aplm̄ dicētē: Oīs amaritudo & ira & indignatio et clamor & blasphemia auferat a uobis, cū oī malicia. Cui sentētię Salomon astipulat̄, dicēs: Aufer irā tuā a corde tuo & amoue malitiā a carne tua. Hoc ipsum sc̄tūs propheta i psal. iubet cū ait: Quiesce ab ira, & derelinque furorē, noli

2. Timo. 2
Psal. 77
Psal. 108
Ephe. 4
Iacob. 1
Leui. 19
Ephe. 4
Eccli. 12
Psal. 36

emulari ut malefacias: qm q malignant, exterminabunt. Nihil existimes laudabilius, nihil Christianodignius placabilitate atq; clemētia: & rursum nihil indecētius neq; fœdius immanitate, supbia ira, impatiētia. Reticulū iecoris offert dño, q toleratiōe supat iracūdiā. In iecore eīm ipō hu
Leuit. 4 more fellis, iræ receptaculū esse credit. Et qm hoc sacrificiū in lege pro pctō offerri iussum fuit, puto q̄ is q ī oībus patiēs fuerit, & pteritorꝝ criminū facile ueniā cōseqt, & in futurꝝ innocētiā custodiet, seruata aūt innocētia inter beatos cōputabit. Sup oīa uero proderit, mēte reuoluere, tū q̄ patientibus proposita sint pmia, tū qualia impatiētibus tormēta. Cogitare q̊q; quāta pro nobis ptulerit dñs, quāta oēs, q nūc cū illo sunt scti, ut tali dño digni inuenirent.

De benedicendi studio Ca. XXVIII

POst hæc optimū erit, ad seruandā erga oēs humanitatē animiq; māsuetudinē, bñdicētiæ linguam assuescere, ac semp ueluti immane pcipitium, sic euitare maledicti uerbum. Omnibus benedicere, & ne maledicentibus, qdem maledicta referre, magnæ constantiæ, ma
Eccl. 3 gnæq; toleratiōis iudicium est. Benedic liberis tuis: qa scri
Gen. 37 ptū est: Benedictio patris firmat domos filiorꝝ. Benedixit
Gn. 49 Isaac filio suo Iacob, & dño annuente cuncta quæ illi in uotis fando cōgesserat, feliciter successerunt. Ipse etiā Iacob uita decedens bñdixit nepotibus suis Manassæ & Ephraim, diuinitusq; inspiratus futuras filiorꝝ sortes cecinit: Benedic seruis tuis. Christus dñs bñdixit discipulis suis. Etēm
Luc. ult. sicut Lucas ait, ab eis in cœlū recessurus eleuatis manibus benedixit eis: ostendens, q̄ qcunq; sua benedictione se dignū exhibuerit, ipsum in celū euntem sit secuturus. Bene-
Leuit. 9 dic pouplo tuo: Moyses et Aaron sacerdos benedixerūt populo, & apparuit gloria dñi oībus q aderant, ut ait scriptura. Vt ergo benedicētiū merita testaret, mirā manifestāq; sui splendoris uisionē oculis humanis obiecit dñs, & quantū sibi benedicta seruorꝝ suorꝝ placeant, apte significauit. Atq; ut bñdicendi magis studiosos redderet, ipse quō be-
Num. 16 nedicant docere uoluit. Sic, inquit, benedicetis filiis Israel, & dicetis eis: Bñdicat tibi dñs, & custodiat te: ondat dñs faciē suā tibi, & misereat tui: cōuertat dñs uultū suū ad te

& det tibi pacẽ. Vtq; sciamus oĩbus bñdicẽdũ eẽ, idẽ dñs in enangelio pro maledictis q̃q; iubet referri bñdicta, di- Luc.6
cẽs: Bñdicite male dicẽtibus uos, & orare pro ꝑsequẽtib9 Deut.33
uos. Moyses diẽ suũ obiturus cõuocatis tribubus ne itesta tus decederet, singulis bñdixit, & quę futura erant simul prophetauit. Quis igiẗ dubitet, q̃n illi spiritu sctõ repleãt, Salomon
q̃s bñdicere, bñq; oĩbus optare plurimũ delectat. Salomõ 3. Reg.8
cui cœlitus infusa sapiẽtia erat, arca in tẽplo collocata, uictimisq; immolatis, bñdixisse diciẗ acclesiæ Israel, tẽplũq; dedicasse. Sed q̃m iuxta apostoli sentẽtiã. Tẽplũ dei est q̃d estis uos: tẽplo dei bñdicit, q̃squis fideli populo bñdicta impẽdit. Discant nostri tp̃is episcopi prõptiores esse ad benedicẽdum, ne tẽplo dei maledixisse arguanẗ, cũ temere et non merito aliquẽ fuerint execrati. Semꝑ tutius est in bene dicẽdo q̃ in deuouẽdo errare. Sciẽdũ p̃terea duo esse bñdi- Duo bñdi-
ctionũ gña: alteꝝ spiritale, alteꝝ terrenũ. Spiritalis bñdi- ctionũ gña
ctio de uirtutibus est præmioq; eaꝝ: terrena de diuitijs, de frugũ ubertate, de corpis incolumitate, de honoribus, de uictoria subiugationeq; inimicoꝝ, & alijs hmõi, q̃ in Le
uitico promittuntur obseruatoribus mandatoꝝ dei. Qua Quæstio
in re q̃dem quæri potest, cur multi prophetę sanctiq; legis qui præceptis diuinis pro sua uirili semper obtemperabãt egestates, angustias, persecutiones passi sint, & post illos apostoli Christi, martyres, alijq; fideles? Quia certe illa terrena bona ciuitates, prouintiæ, regna solent appetere, turba uidelicet in perferẽdis angustijs minus fortis, ne tentẽẗ supra id q̃d possunt. Sctõs uero atq; ꝑfectos, ut appareat q̃ constantes q̃ firmi sint in cõtẽnendis oĩbus q̃ diu stare nequeunt, & in in illis q̃ æterna sunt diligẽdis, necesse est aduersitatibus erumnisq; probari. Neq; ideo fit illis iniuria siue dolus, q terrenis bonis minus abũdẽt, q̃n ea ipsimet q̃dem præ cœlestium desyderio contẽnunt atq; aspernanẗ: maluntq; in aduersis experiri, q̃ in prosperis otio torpescere. Prospera em̃ plærũq; ad ignauiã cõpellunt, aduersa magis incitant ad uirtutem. Quæ iusti patiẽdo spiritaliũ bñdictionũ gratiã acq̃runt, bonis utiq; nõ his modicis & caducis, sed illis igẽtibus et æternis fruituri: q̃ p̃ssius euidẽtiusq; i euãgelio q̃ i lege promissa sũt. Quãq; lex q̃q; spiri

talis est, si tollatur uelamen: & ea quæ scripta sunt nõ omia iuxta literam intelligãtur. Spiritalis bñdictionis meminit apostolus, ubi ad Ephesios scribens ait: Benedictus deus et pater domini nostri Iesu Christi, qui bñdixit nos in omi benedictione spiritali in cœlestibus in Christo. Profecto q huius bñdictionis particeps est, eius cõuersatio in cœlis est, non in terra. Proinde nec terrena bona ad eum spectant, qui his expeditus capere properat cœlestia. Nos ergo talem ante omnia bñdictionem, tam proximis nostris q̃ nobis ipsis impartiri semp optemus & precemur: qua impetrata, nec aduersa efficere poterunt, ut indignemur, nec prospera ut lasciuiamus. Bona igitur & dicamus omnibus & optemus, ita tamen ut semper animæ ratio habeat magis q̃ corporis: ut quod cuiq; ad beatitudinem adipiscẽdam accommodatius futurum sit, hoc est in præsenti tẽpore contingat, siue id triste putat, siue lætum, cũ nihil tã graue sit, ut id non eleuet spes bonoꝝ quæ promissa nobis expectamus. Sic igitur benedicatur omnis homo q timet dominum, ut exuberet frugibus uirtutũ, ut bonoꝝ operꝝ fœcundus sit, ut animæ sanitate pfruatur, ut hostes inuisibiles uincat, & omes carnis molestias superet, fide firmus spei plenus, charitate feruidus, & ad bona tandẽ perueniat sempiterna: bñdicatq; ei dominus ex sion, qui fecit cœlũ & terram. Hic quippe bñdicẽdi mos apostolorum proprius fuit, ut eorum scripta testãtur. Omnes fere Pauli epistolę sic finiuntur, ut eis ad quos directe sunt, gratiam precentur & pacem: non huius mundi pacẽ uel gratiam, sed dei patris & domini nostri Iesu Christi & spiritussancti. Nihil ei deesse poterit, quẽ ubiq; dei gratia comitabitur. Qui autẽ linguam suam ad bñdicendum assuefecerit, hic uere Christi seruus habebitur, illorum in cœlo copulandus consortio quorum morẽ in terra fuerit emulatus.

Apostoli

¶ De maledicendi nequitia Ca. XXIX

VT autem benedicẽdi studio diligentius incumbamus, opportunum uidet nunc scrutari, quantũ mali maledicis & impuræ linguæ hominibus propositum sit. Semeim cuius maledicta patiẽter pertulerat rex Dauid, ultus est postea rex Salomõ: & ille q regẽ incessere

3. Reg. 2

ausus fuerat, capite mulctatus pœnas dedit: nõ ab eo hoc passus cui iniuriã intulerat, sed ab eo q punire debuit alijs illatã, dño iubente: Principi populi tui nõ maledices. Magis tñ pœna illa uerenda est, de q̃ apls ait, maledicos a regno dei excludẽdos cũ fornicarijs & idolorꝝ cultoribus. Qui aũt inde repulsi sunt eos ad inferos cruciari certũ est. Qm̃ impij ac scelesti nõ solũ bono summo priuant̃, sed etiam supplicijs asscribunt̃ æternis: ita ut lingua nequã nulli ꝑnitiosior sit, q̃ ipsi cuius est. Mordet alios maledicus, & semet maledictiõis suæ telo conficit, similis uiperæ illi, q̃ cũ manũ Pauli apli mordicus apprehẽdisset, nihil illũ læsit, sed ipsa in ignẽ excussa & exusta perijt. Perire nõ debuit dicet aliquis, q̃ nõ læsit: sed ideo nõ læsit, quia deo prohibente lædere nõ potuit: perijt aũt quia lædere uoluit, & mortẽ quã alteri inferre tentauit, iuste ipsa ptulit. Sic maledicus, dñ oris sui procacitate alios offendere cõcupiscit: licet non offendat, tanq̃ si offenderit, pœnas dabit. Vnde in lege scriptũ est: nõ solũ qui ꝑcusserit, sed etiã q maledixerit pri suo uel matri, morte moriat̃. Et in alio loco: Nõ maledices, inquit, surdo: nec corã cæco pones offendiculum. Maledicit surdo q de absente obloquit̃. Cæcũ offendit, q opprimit incautũ. Hinc etiam ait: Nõ eris criminator et susurro in populis. Deniq; adeo magnũ uitiũ est maledicentia, ut probis honestisq; uiris interdicta sit cũ maledico cõsuetudo, dicente in prouerbijs Salomone: Remoue a te os prauũ, & detrahentiũ labia sint procul a te. De qbus Hieremias ait: Sagitta uulnerãs lingua eorũ. Vulnerãt eñ & illos q libẽter in alios dicta auscultãt: & illos de qbus dicta sunt, si impatiẽter tulerint: Ipsi tamẽ q detrahũt, multo magis sibi q̃ alijs nocẽt: dño p Oseæ prophetã succlamante ac dicente: Cadent in gladio principes eorũ a furore linguæ suæ. i. qui alios linguæ suæ petulãtia puertunt, ipsi cadent gladio diuini iudicij: de q̃ surgere ultra non poterũt, cum corruerint in interitũ sempiternũ. Quęris quare in prophetis & in psalmis legunt̃ maledictiones. Illæ quidẽ non ex odio execrantis, sed ex uaticinio futurũ prædicẽtis æditæ sunt: & cũ sanctorꝝ in scripturis maledicta iudicis dei sententię sint nobis qui futurorꝝ ignari sumus, maledicere mi

Actu. 18
Exod. 21
Leui. 19
Prouerb. 4
Hiere. 9
Oseæ. 7
Quæstio

 MA-
nime licet: nisi forte cũ hæreticos impijs assertionibus ec-
clesiam ꝑturbãtes aplica autoritate deuouemus. Hoc egit
Galat.5 Paulus, cum Galatis, qͣs docuerat, a pseudoapłis timeret.
Actuum.8 V tinã, inquit, abscindant qui uos conturbãt. Maledixit et
Petrus Simoni mago, q spũs sancti donũ uenale putauit,
pecuniã offerẽdo, ut miracula faciendi ptãtem acciperet.
Oẽs itaq; q peruersi aliqua doctrina rectę religioni aduer
sant: quia deo iniuriã faciũt, sub anathemate censent: utpo
te diuersi ab ecclia, & nõ Christi sed sathanę mẽbra facti,
pro quibus tamẽ oramus, ut dño miserãte errorẽ suũ agno
scant, & couertant & salui fiant. Atq; ita eis etiã quoꝝ im
pietatẽ maledicimus, benedicere solemus, dũ illos ab igno
rantię tenebris ad lucẽ ueritatis reuocari cupimus & preca
mur. Maledictio uero q̃ illis infertur, qui maledicendi nõ
sunt, plærũq; diaboli suggestione fit: & tunc quidẽ imitã-
Balaam dus nobis erit Balaam ariolus, q (ut in Numeris legimus)
Nume.22 a Balach Moabitaꝝ rege cõductus, ut malediceret Israeli-
tis: & econtrario a dño iussus ut bñdiceret, maluit deo q̃ re
gi obtemperare, atq; pro maledictione intulit benedictio
nem, Amalech deuorans interpretat, eumq; designat, qui
deuorare animas hoĩm concupiscit. Sed qui Balaam est, de
prehensis inimici dolis, magis quęret benedicẽdo obsequi
deo, q̃ maledicendo diabolo. Qui eñ obsequetur deo, me
rebitur præmiũ: qui diabolo supplicium.

De calumnia et detractione. Ca. XXX.

AD hæc qm̃ omis offensa, quã per linguæ intempe-
rantiã alicui irrogamus, maledictũ dici potest: eti
am ille qui conuitiat, quiq; famã carpit alioꝝ, nõ
minus maledicus est, q̃ȝ qui denoratione aliquẽ damnat.
Prouer.20. Conuitijs aũt contendere atq; rixari, insanire est, dicente Sa
lomone: Oẽs stulti miscentur contumelijs. Et iterum: La
bia stulti miscent se rixis, & os eius iurgia prouocat. Tales
quippe clemẽtissimum dñm ad iracundiã prouocant, his-
Sopho.2 q; per Sophoniã prophetã minatur, dicens: Audiui oppro
brium Moab, et blasphemias filioꝝ Amon, quę exprobra
uerunt populo meo, et magnificati sunt super terminos eo
rum: pro pterea uiuo ego dicit dñs exercituũ, deus Israel: qa
Moab & Sodoma erit, & filij Amon quasi Gomorrha. Ad

inferos ergo pcipites delabent. Sodomæ & Gomorrhæ urbium instar, qui linguã a contumelia probroq; nõ coercẽt. Nam hoc quoq; illorũ uitium est, q tam impatientes ad ferendam contumeliã sint, q̃ auidi ad inferendã. Gaudent insilire dorsis alior, suo aũt uelut indomiti equi neminẽ admittunt, atq; hæc ferme natura contumeliosor est. Eadem ratio detractor habetur, nisi q minus ei creditur, q iratus opprobrat, q̃ qui odiũ cælans de moribus pronunciat alienis, ut quẽ ipse insectatur, alijs quoq; dissimulata inimicitia facilius odibilem reddat. Sed uideamus qualiter & hi a domino plectantur. Maria quoniã Moysen probro taxauerat lepra perfunditur, & extra castra propellitur. Illis etiam q de populo ipsum contumaciter offenderant, denegatũ fuit terram ingredi promissionis. Ex quo apparet detractores ab ecclesiæ cõmunióe alienãdos, & promissam fidelibus paradisi regionẽ nõ ingressuros, nisi ad pniam cõuersi sese correxerint. De isto hoĩm genere psalmista ait: Exacuerunt ut gladiũ linguas suas, intenderunt arcũ, rem amarã, ut sagittent in occnltis immaculatũ: quibus & imprecat, dicens: Muta fiant labia dolosa, quæ loquunt aduersus iustum in superbia & abusione. Quin etiam ipse dñs minacibus admodum uerbis aggreditur detractorem, dicens: Os tuũ abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos, sedens aduersus fratrẽ tuũ loquebaris, & aduersus filiũ mr̃is tuæ ponebas scandalũ, hæc fecisti & tacui, existimasti inique q ero tui similis? arguã te, & statuã illa contra faciem tuã. Et quoniã nihil terribilius est, q̃ incidere in manus furentis dñi: subdit propheta & ait: Intelligite nũc hęc qui obliuiscimini deũ, nequãdo rapiat & nõ sit qui eripiat. Et paulo post: Deus conteret, inquit, dentes eorũ in ore eorũ, molas leonũ confringet dñs. Quorũ dentes? quorũ leonũ molas? Illor utiq; de quibus alibi ait: Filij hominũ dentes eorũ arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Et alibi: Acuerunt, inquit, linguas suas sicut serpentes uenenũ aspidum sub labijs eorum. Quos etiam damnandos declarat, dicens: Caput circuitus eorum, labor labiorũ ipsorũ operiet eos, cadent sup eos carbones, in ignẽ deijcies eos, in miserijs nõ subsistẽt. per carbones & ignẽ & miseri

Nume. 12.
Nume. 14
Psal. 63
Psal. 57
Psal. 56
Psal. 13

as pœnę designant inferni, cæteris atrociores: quales reor
Luc. 16 & ille diues patiebaт, totus quidē ardens, linguę tamē ma
gis sentiēs ardorē, quā solā refrigerari frustra petijt. Ex quo
apparet q̃ graue peccatū sit detractio, q̃ talem meretur ani
Eccle. 7. maduersionē. Quod si melius est (ut Salomō ait) bonū no
men, q̃ diuitiæ multæ, nōne magis peccat qui famā alioꝝ
praua sugillatione denigrare conaт, q̃ qui bona diripit, &
innoxios exuit opibus? Vnde idem dicit: Cogitatio stulti,
Prouer. 24 peccatū est, & abominatio hoīm detractor. Et hunc qui-
Ibidem dem ueluti pestē quandā nos fugere suadet, dicēs: Cum de
tractoribus nō commiscearis: qm̄, inquit, repente cōsurget
perditio eorū & ruinā utriusq; quis nouit? Periculosa est
eñ cū peruersis conuersatio, ne ipse quoq; peruertaris, et una
cum illis pereas. Non solū ergo cauendos esse, sed etiā de-
Psal. 100 testandos docet Dauid cū ait: Detrahentē secreto proximo
suo hunc persequebar. Siquādo in eiusmodi hoīem incide
re contigerit, nō præstemus aures, ora auertamus, nō dele
ctari nos sed offendi suis sycophantijs malignus nugator
cognoscat, et pudore confusus obtumescet. Id quoq; Salomō
Prouer. 25 testatur, dicēs: Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tri
stis linguā detrahentē. ¶ De delatoꝝ malignitate. Ca. 31

Ecclesi. 28 Delator etiā qui suis criminationibus discordias cō
serit, maledicıт in Ecclesiastico, ubi scriptū est: Su-
surro & bilinguis maledictus: multos eñ turba-
Prouer. 25. uit pacem habentes. Et flagelli, inquit, plaga liuorem facit
plaga aūt linguę cōminuet ossa. Cui simile est illud Salo-
monis: Iaculū & gladius & sagitta acuta, homo qui loq-
tur contra proximū suū falsum testimoniū. Delatoꝝ enim
ea quoq; malignitas est, ut ubi uera crimina quę deferant, de
sunt, falsa confingant, & mētes nimis credulas mendacio
peruertant, & ubi quietis ac pacis triticū satum est, super-
seminent zizania tumultus & dissensionis: & hi quidem
Psal. 11 prophetico ore cōdemnantur, cū dicitur: Labia dolosa in
corde & corde locuti sunt, disperdat dn̄s uniuersa labia do
losa. In corde et corde loquıт delator, quia duplex est: simu
lat se amicū illius, ad quē crimē defert, cui tamē auferre ni-
titur quod amabat, eum cui ipse amicus erat accusando.
Disperdet aūt hmōi accusatorē dn̄s, quia siue falsum, siu

uerũ dixerit:nõ uoto corrigendi proximũ ſuũ,ſed in inuidiam mittendi uerba profert. Cui iterũ propheta pœnã denunciat increpãdo ac dicẽdo: Dilexiſti oĩa uerba ꝑcipitationis lingua doloſa,propterea deus deſtruet te in finem, euellet te,& eradicabit te de tabernaculo tuo,& radicem tuã de terra uiuentiũ. Sunt prętereа q̃ aſſidue contentionibus ſeruiũt,litigãt,iurgant:de quibus Salomõ ait: Qui meditatur diſcordias,diligit rixas,& qui exaltat os ſuũ,quærit ruinã. Interdũ de re leuiſſima inter ſe diſſidẽtes ad maximos furibundi prorũpunt clamores, inde ne manibus quidem tẽperant. De uerbis eñ ad uerbera facile ꝑuenire,proprium cõtenſioſorꝝ eſt,atq; contumaciũ. Cũq; diu obſtinatis animis fuerit altercatũ,ſanguine & cædibus ꝑtinax finitur contẽtio,uſq; adeo noxiũ eſſe ſolet,nolle linguæ moderari,& ſupbiæ uitio ab altercationibus nõ recedere. Recte itaq; Iacobus apl's: Vbi zelus,inquit, & contẽtio, ibi inconſtãtia & oĩe opus prauũ. Scriptũ eſt aũt: Abſtine a lite,& minues peccata. Multiplicanť quippe nequitiæ,iracundia exardeſcit,concipiť odiũ,ex quo mala ingẽtia oriri ſolent. ſi lingua a uelitatione nõ cohibeatur. Reliquũ eſt ut qui ita obduratus fuerit,diabolo flagellandus tradať,& hoc iuxta Salomonis ſententiã dicentis: Semꝑ iurgia quærit malus,angelus aũt crudelis mittetur cõtra eũ. Neq; eñ poteſt particeps eſſe æterni boni quod mitibus datur,neq; expers eſſe malorꝝ,quæ peſſimũ quẽq; manent: quia malis mentẽ animũq; nõ auerterit,& odij ſermonibus nõ abſtinuerit. Vnde rurſum Salomõ ait: Qui peruerſi cordis ẽ, non inueniet bonũ,& qui uertit linguã,incidet in malum

Pſal.51 Prouer.17 Iaco.3. Eccle.28 Prouer.17 Ibidem

¶De maledicentiæ uitandæ cura. Cap. XXXII.

VT aũt cuncta maledicẽtię uitia deuitemus, imponendũ eſt ori frenũ taciturnitatis. Quẽadmodũ loquacitas prona eſt ad lites & contẽtiones, ita ſilentium quietis & placabilitatis eſt cuſtos. Vir linguoſus (ut in pſalmo diciť) nõ dirigeť in terra. Et in prouerbijs: Vidiſti hoĩem uelocẽ ad loquendũ, ſtultitia magis ſperãda eſt, q̃ illius correctio. Et iterũ: Sicut urbs patens,& abſq; murorum ambitu,ita uir qui non poteſt in loquẽdo cohibere ſpiritũ ſuũ. Sicut ergo urbs illa quã mœnia nulla protegũt,

Pſal.139 Prouer.29 Prouer.25

facile aditum præstat inimicis, ita inconsulta garrulitas peccatis blande subeuntibus aperit ianuas cordis. Cor autem, quo repletum fuerit, hoc per oris claustra effundet, cum in uerba proruperit. Ex abundantia eñ cordis os loquitur, et quæ procedunt de ore, de corde exeunt, hoĩemq; coinquinant. E diuerso autem scriptum est: Qui odit loquacitatẽ,

Eccle. 19 extinguit malitiam. Tacitus & sensatus honorabit. Re-

Iob. 39 cordatus est Iob, duo quædam se fando emisisse, quæ emissa nollet, & ait: Manum meam ponã super os meum, unũ locutus sum, quod utinam nõ dixissem, & alterum, quibus ultra non addam. Hunc igitur imitemur, & pœniteat nos uerbositatis, qua certe non bis, sed milies lapsi sumus, quodq; multiloquia nos deliquisse meminimus, silentio

Esa. 36 emendemus. Bonos uiros taciti audiamus, ut discamus. Caueamus aũt cum malis multum loqui, ne subuertamur. Rapsaci Assyrioꝝ duci, cum Hierosolymã obsedisset, & plæbem uerbis ad deditionem sollicitaret, nihil responderet permisit Ezechias rex & suos tacere iussit. Corrumpũt

Sulpitius Seuerus enim bonos mores colloquia praua. Seuerum Sulpitium, qui diui Martini Thuronensis episcopi uitam scripsit, cũ se iam in senectute sua deceptũ a Pelagianis agnouisset, silentium usq; ad mortẽ tenuisse. Hieronymus tradit, ut qđ per dicacitatem deliquerat, tacendo dilueret. Et tu ne lingua labaris, obserua quãdo loqui, qnãdo tacere debeas. A Salomone diuinæ sapientiæ uiro est dictum: Tempus ta-

Eccle. 3 cendi, tempus loquendi. Os tuum aperi discere uolentibus Contendere aũt rixariq; parantibus claude, neq; nisi necessitate cogente respondeas, nisi utilitate suadente loquaris. Quicquid præterea dicitur, superuacaneum est. De omni autem uerbo otioso, reddituri sumus rationem in die iudicij. Quod si de otioso, quid de turpi? quid de mordaci? quid de rixoso iram inimicitiasq; prouocante? Audi apo-

2. Tim. 2 stoli præceptum: Stultas & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia generant lites, seruum autem domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt

Ephe. 4 ueritati. Et iterum: Omnis sermo malus, inquit, ex ore uestro non procedat, sed siquis bonus, ad ædificationem fi-

dei,ut det gratiam audientibus. Audi & prophetam dicẽ
tem: Quis est homo qui uult uitam, & diligit dies uidere Psal.33
bonos? prohibe linguam a malo, & labia tua ne loquantur dolum, diuerte a malo & fac bonum, inquire pacẽ & persequere eam. Audi etiam apostolorum principẽ Petrũ: Petri.3
Nolite reddere malũ pro malo, nec maledictũ pro maledicto, sed econtrario benedicite, quia in hoc uocati estis, ut benedictionem hæreditate possideatis. Memento quoq; ꝙ indignus habetur monachi nomine, qui tacere nescit cum oportet, dicente Iacobo aplo: *Siquis putat se religio-* Iaco.1
sum non refrenans linguam suã, sed seducens cor suũ, hu- Ibidem.3
ius uana est religio. Deinde ait: *Siquis uerbo non offendit hic perfectus est uir: potest etiam freno circunducere totũ corpus* Potest ergo omnibus corporis sensibus imperare, qui sic linguæ suæ fungitur officio, ut nõ delinquat. Recordare etiam ideo duas quidem te habere aures & os unum ut multa audias, & pauca loquaris. Lingua si bene uteris, iuuat: si male, perimit. Salomonis hæc sententia est dicentis: Qui custodit os suum, custodit animã suam, qui autẽ Prouebi. 3
inconsyderatus est ad loquendum, sentiet mala. Et iterũ. Prouer.15.
Lingua placabilis lignum uitæ, quæ autem immoderata est, conteret spiritum. Et rursum, Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem, lingua sapientum ornat scientiam, os fatuorum ebullit stultitiam. Quæ igitur dementia est, cum tui arbitrij sit linguam facere bonam, committere potius ut facias malam? Beatus es si cum beato Iob dicere poteris, Non inuenietis in lingua mea iniqui Iob.6
tatem, nec in labijs meis stultitia personabit. Beatus es, si tibi ad dñm conuerso cum Hieremia gloriari licebit, dicẽte Qđ egressum est de labijs meis, rectũ in cõspectu tuo fuit. Hiere.17

¶ In fine operis peroratio. Caput. XXXIII

AD finẽ tandẽ operis deo auxiliante peruentũ est. Cui soli gratias agimus atq; habemus, confitentes eius esse beneficiũ, quicquid a nobis recte institutum recteq; tractum fuerit. Nihil autem non recte dicitur, quod cœlestis disciplinæ ueritate firmatur. Quare oĩs equidem, qui ista legent, rogatos uolo, ne forte incompti impolitiq; sermonis mei asperitate offendant, ad ipsas dun-

taxat diuinæ scripturæ autoritates atq; sensus animũ appli-
cent. & quod salubriter monent, hoc etiã omĩ studio pfice-
re curẽt, ut sancte religioseq; uiuẽdo, uitã illã acquirãt, qua
melius feliciusq; optari queat nihil: uitã inquã illã q̃ nõ in
terra habet, sed in cœlo, incorruptibilẽ, immortalẽ, æternã,
beatã, gloriosam, bonorũ oĩm plenissimã, & nullius parti-
cipem mali, nõ philosophis, nõ oratoribus, nõ poetis pro-
missam, sed in Christũ credẽtibus, diuineq; obtẽperãtibus
legi, hoc est pietatẽ iustitiãq; colentibus Nihil itaq; uobis
proderit o philosophi, scite subtiliterq; ratiocinari, nisi eti-
am innocẽter integreq; uixeritis. Neq; uobis rhetores orna-
te copioseq; dicere ulli erit emolumẽto, nisi compti & ex-
culti uirtutibus incesseritis. Neq; uobis q in bicipiti som-
niastis parnaso, in cõponendis poematibus. Homero atq;
Vergilio esse pares usui erit, nisi profligata uitiorũ labe, mo-
rũ puritatẽ atq; munditiã retinueritis. Huc igit uota, huc
studia uestra conferant, ut si minus liceat eruditionẽ simul
& uirtutẽ possidere, magis optetis probitatẽ sine doctrina
q̃ sine probitate doctrinã. Qđ si fidẽ, spem, atq; charitatẽ
sancte colueritis, btitudinis pmia deo largiẽte capietis. Ip-
sis aũt qui ad illa peruenũt, impartit & scientia plenior, &
eloquẽdi ratio prestãtior, & uirtus omĩ ex parte pfectior, q̃
ullus unq̃ mortaliũ aut habuerit in terra, aut habere pos-
sit. Vbi em beatitudo uera, ibi & omnibus animi bonis re-
ferta possessio. Quod si Paulus ad tertiũ raptus cœlũ, audi-
uit arcana uerba, q̃ non licet hoĩ loqui, si nec oculus uidit,
auris audiuit, nec in cor hoĩs ascendit, quãta pparauit suis
cultoribus deus: profecto ista q̃ oculis cernimus, q̃ auribus
excipimus, q̃ mente cõplectimur, illis q̃ oẽm sensum supe-
rant, nullo mõ ualent cõparari. Nihil igitur uobis ad sum-
mã felicitatẽ defuturũ speretis, si nõ defuerit uirt9. Cui9 qdẽ
leges atq; pcepta ĩ his libris satis (ut reor) abũdeq; a me rela-
ta sunt: nõ ea inquã pcepta q̃ hoĩes q errare possunt, tradãt
sed q̃ ipse hoĩm angelorũq; conditor deus in q̃ solo nullus
omino cadere potest error, tribuit nobis. Ipm ergo audia-
mus, ipm sequamur, ad ipsius doctrinã, uitam moresq; cõ-
ponamus, si ad ipm, ut summo illo indicibiliq; bono sem-
per fruamur, uolumus peruenire. Finis.

Philosophi
Oratores
Poetæ.

